This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

N
i

[redacted]CONFINED

303536992/

CONFINED

303536992/

CORPUS
SCRIPTORUM HISTORIAE
BYZANTINAE.

EDITIO EMENDATIOR ET COPIOSIOR,

CONSILIO

B. G. NIEBUHRII C. F.

INSTITUTA,

AUCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARUM REGIAE
BORUSSICAE

CONTINUATA.

PARS II.

PROCOPIUS.

VOLUMEN III.

BONNAE
IMPENSIS ED. WEBERI
MDCCCXXXVIII.

HAVERFIELD LIBRARY
OF ANCIENT HISTORY
OXFORD
JUL 1934

PROCOPIUS

EX RECENSIONE

GUILIELMI DINDORFII.

VOL. III.

BONNAE
IMPENSIS ED. WEBERI
MDCCCXXXVIII.

CLAUDIUS MALTRETUS V 264

E SOCIETATE IESU

LECTORI OPTIMO S. D.

ΑΝΕΚΔΟΤΑ iam semel anno 1623. Lugduni separate edita, adiungo caeteris Procopii Caesariensis Operibus. Quae quidem ita recenset Nicephorus Callisti F. ut locum Arcanae huic Historiae postremum tribuat. Ego vero dedissem primum, si mutare ob Interpretis meritum licuisset. Novi quantus vir fuerit Nicolaus Alemannus: amplector nitorem styli: Notas, quas historicas appellavit, singulari plenas eruditione deosculor. Addiderat censorias, sive Graeci textus recognitionem, in lectionum diversitate, et eorum, quae Typographus peccaverat, correctione maxime positam. Eiusmodi notas omisi, utpote iam inutiles: cum et lectiones varias in margine disposuerim, et mendas editionis Lugdunensis vitarim. Nonnulla tamen collegi seorsum, retulique in emendationes meas: ubi etiam interpretationem ipsam correxi. Nam hoc in libro ter aut quater Procopius, nisi fallor, aliud Graece, aliud Latine dicit. Id quod valde humanum est. Vix enim potest fieri, ut cum Author quispiam evasit διγλωσσος ac lingua duplici loquitur, utraque semper constet, nec diversa interdum proferat. Quamobrem cautius cum iis agere soleo, qui, ut ita dicam, ore sunt gemino praediti, diligenterque attendo, num uno verum pronuntient, altero falsum. Sic attendas velim ad ea, quae ipse in Latinum verti. Iam vero sine, Lector, paucis commemorem beneficium R. P. Possini. Eram admodum adolescens, et a consilio suscipiendae interpretationis Procopii longissime aberam; quando inter ipsius manus Codicem vidi huius Historiae MS. quem habet amplissima Bibliotheca Illustrissimi Cancellarii Petri Seguierii. Ex eo ille in exem-

plar Lugdunense transtulit quidquid diversi legerat, ac multis post annis mihi, Procopii interpretationem aggresso, reliquit, Romam proficiscens. Sed hiabat adhuc exordium cum magna parte sequentis narrationis. Neque enim ex MS. utpote mutilo, suppleri potuerant quae desiderabantur. At eruditissimus Possinus in Italiam consilium afferens iuvandi Procopii, feliciter incidit in MS. Bibliothecae Ambrosianae. Unde cum lectiones varias, atque in primis ea, quae exordio deerant, excerpsisset, ad me pro sua humanitate misit. Ea nunc, a me Latine reddita et huic libro inserta, sic lege, ut magistro meo gratiam habeas. Vale.

ILLUSTRISSIMO ET REVERENDISSIMO D. V 263

D. LUDOVICO

CARDINALI LUDOVISIO,

S. R. E. CAMERARIO.

Nicolaus Alemannus F.

Qui publicum favorem, sive Principum gratiam sibi conciliare novarum rerum narrationibus consueverunt, nihil opportunius, nihil magis ex usu esse suo hac historia fortasse credent, quam ex Vaticana Bibliotheca depromptam, ad te, Cardinalis Amplissime, defero: usque adeo rerum novitate, variisque casibus ea referta est. Verum neque haec ita nova sunt, ut acroamata quis esse putet, iucundum scilicet, sed inutile animi delinimentum: neque ego tuam ita quaerere gratiam necesse habeo, qui eam singulari tuo beneficio longe ante tenere visus sim mihi, quam ullis vel factis, vel obsequiis promeruerim: neque tuus ille sublimis animus, quem in gravissimis rebus nunquam non occupatissimum videmus omnes, novis eiusmodi rebus capitur, quibus ut alii capiantur otii suavitas potius concedit, quam negotii severitas. Est tamen haec historia a tuis Ecclesiasticis curis non aliena. Nam Imperatoris Iustiniani (qui huiusce libri est argumentum) in sacerdotalem ordinem, in summos sacrorum Antistites, in rem Ecclesiae publicam, ad hanc ferme diem mirati sumus effusam licentiam: et Cardinalis Baronius aequalis doctrinae vir ac pietatis, cum huius Imperatoris res in annales referret, vehementer etiam atque etiam hunc Procopii librum expetivit, quod inde compertum fore putaret, Imperatoris Iustiniani mores qui fuerint, quod ingenium, quae prudentia, quae denique pietas; cum non bonam de illo opinionem movere videretur illa eius in

Ecclesiasticos licentia, quam in pium probumque Principem cadere minime posse et summus ille vir affirmabat, et boni omnes intelligunt. Haec porro in posterum Christiana Respublica mirari desinet, et quae Iustinianum suspicere adhuc visa est, licet despectura dehinc non sit, est tamen eius vicem, casumve infelicissimum deploratura; cum hic lubricos videbit calles, viamque vitae periculosam, quam Iustinianus ingressus, a vera regiaque deflexit, ac demum ad petram Christum offendit, sibique praecipitium paravit. Tantum ac tam illustre Iustiniani exemplum sub eius auspiciis in publicum prodire par est, qui in Ecclesiasticas ita curas incumbit, ita sacerdotalem tuetur dignitatem, ita denique propagandae Religioni studet, ut facere te omnes videmus, et publice gratulamur. Nec dubito quin Baronius ad tui quempiam similem delatum hunc librum voluisset, si tum a se inveniri contigisset, cum Apostolicum Bibliothecarium agebat. Nunc vero dum pro munere meo Vaticanam Bibliothecam perlustro, et optimos quosque libros, qui ad publicam utilitatem edantur iussus perquiro, hic se mihi primus obtulit, quasi non temere ac fortuito delitesceret, sed te patronum praestolaretur. Hunc tibi tot nominibus debitum ego pro mea in te observantia defero, do, et si qua pars hic mea est, dedico.

NICOLAI ALEMANNI V 275

DE PROCOPIO,

ET ARCANA EIUS HISTORIA IUDICIUM.

De Iustiniano Imperatore, deque rebus ab illo gestis ea vulgo est hominum opinio, ut quidquid secus affirmes, quam de eo fama percrebuit, suspicione id carere minime videatur. Quare non ambigo, multos, qui hanc Historiam lecturi sunt, statim dubitaturos, num vera illa sit, aut saltem ab odio sincera, et a malevolentia penitus integra.

Quamquam enim in confesso sit apud omnes, neque ulla defendi excusatione queat Iustiniani de Christo sententia plane perversa, et ad religionis dogmata definienda, Ecclesiasticasque sanciendas leges effusa licentia, et in Romanos Pontifices, Agapetum atque Vigilium, alioсque Praesules saevitia: duo tamen illa huius Historiae summa capita nullus temere credat; ita moribus incompositum eum Principem, qui terrarum orbem sanctissimis legibus temperavit; itaque Reipublicae perniciosum, qui tot urbes, regna, provincias, atque regiones Imperio Romano restituit; exteras ac barbaras gentes aut omnino delevit, aut repressit, aut denique in societatem populi Romani adiunxit. Sane post Constantini tempora Imperium Romanum pene corruens ita sustinuit Iustinianus, ut cum antiquis Imperatoribus merito comparari possit.

Enimvero harum rerum duarum splendor in Iustiniano sic enituit, A 2
ut quidquid culpae, vel criminis in illo fuit, ea sit occultatum claritate. De partis quidem victoriis, Imperioque Romano propagato P II
nihil hic attinet dicere, cum sola modo reliqua illorum memoria sit.

Constitutiones autem ab eo sapientissime conditae; vel veterum Im-
peratorum leges uno in Codice ordine distributae; vel antiquorum
Sapientum responsa ex immensa congerie summa studiorum facilitate
ac brevitate digesta; vel haec eadem ad Institutionis modum enu-
cleata, eam Iustiniano gloriam pepererunt, ut undecim iam et am-
plius hominum aetates eandem quasi per manus acceperint, foverint,
et magis ac magis amplificaverint. Nec sane facilius Iustiniano quic-
quam fuit, quam vel hanc solum ob rem gloriae ac nominis laude
reliquos omnes Romanos Principes infra se ponere; cum illi pro
suorum quisque facinorum praestantia, in Romana Republica, velut in
theatro, alius alio vel humiliore, vel editiore loco titulos, nomenque
sibi statuisse videantur; ipse vero qui Romanis legibus suum prae-
fixit, eminentissimum locum, atque aeternum invenerit.

Quamobrem in tanto publici favoris applausu, sinistri de eo ru-
mores pene siluerunt, ac tanta gloriae ac temporis diuturnitate omnis
de illo ingrata memoria exolevit. Exolevit autem tum apud alios,
tum apud eos praesertim, qui cum dies noctesque assidui cum Iusti-
niano sint, eam de illius iustitia, temperantia, pietate, innocentia
conceperunt animo opinionem, quae non rebus ab eo gestis, ad quas
parum fortassis attendunt animum, respondeat; sed quae latis ab eo
legibus conveniat; in quibus nihil fere est, quod non ad absolutam
virtutis normam scriptum inveniant, et quasi in imagine suis colori-
bus expressum contemplentur. Neque ipsis quidem aliter de Iusti-
niano sentire praestat, cuius commendationem non minimum suorum
esse studiorum ornamentum putant. Scilicet Iurisconsultos Procopii
haec offendet historia; nec tamen omnes passim, ut arbitror, sed
eos duntaxat, qui minus antiqua litterarum monumenta pertractarint.
Nam etsi modo in magna priscae historiae penuria, tenebrisque ver-
semur, multique rerum a Iustiniano gestarum scriptores desiderentur,
nempe illi Procopii aequales, Hesychius Milesius, Ioannes Lydius,
Theophanes Byzantius, Menander Protector, Paulus Florus, Ioan-
nes Antiochenus, Plutarchus Iustiniano a secretis, et alii plerique;
P III supersunt tamen Graeci, Latinique eiusdem aetatis graves Historici,
qui Procopio dant praeclarissimum in iis, quae narrat, testimonium;
quamquam Principum obtrectationibus sui quisque periculi formidine
abstinere soleat. Euagrius Epiphanius Scholasticus detestatur Iusti-
niani profundam avaritiam, rerum alienarum rapinas, subiectorum
cuiusvis ordinis vexationes; quas et longe diversis artibus ille com-

miniscebatur, et impudentissimis nonnunquam meretricibus admini-
stris in ditissimos quosque parabat. Addit, Magistratus, Praefectu-
ras, Officiaque ab eodem pretio divendita: Ecclesias, Nosocomia, A 3
Monasteria, et alia id genus aedificia ex privatorum exuviis ab illo
excitata. Venetorum ita fovisse factionem affirmat, ut Prasinos im-
pune contrucidandos iis permitteret, eorumque licentia caedibus, ra-
pinis, incendiis omnia compleret; Magistratus vero qui in Venetos
egissent ex lege, capite damnaret. Nempe haec summa est eorum,
quae Procopius in hac historia prosequitur: quamobrem Euagrii
Scholastici verba hic ideo praeterimus, ut in ipso huiusce libri li-
mine argumenti loco opportunius extent. Maiestatem Romanae Rei-
publicae pene labefactatam initio quidem suae dominationis non mi-
nima cum laude Iustinianus, ut dixi, sustentavit. Verum ubi con-
senuit, adeo illi vires, animusque defecit, ut, quemadmodum scribit
Menander, non Persis modo, sed Hunnis, Abaribus, Saracenis,
Cortiguris, aliisque Barbarorum populis tributarium fecerit Imperium
Romanum. Hesychius Milesius Iustiniani levitatem derisit, qui adu-
lanti Triboniano fore crederet, ut in coelum vivus surriperetur. De
illius fraudibus atque fallaciis uberius quam Procopius scripsit Aga-
thias Myrrhinaeus; nam et artes, et epistolarum exempla profert,
quibus Hunnorum Ducibus ad invidiam et odia excitatis, et ad civilia
bella crudelissimo dissidio inflammatis, eam gentem penitus abolevit.
Nec siluit patrimoniorum et haereditatum rapinas aeque in superstites
liberos, ac in demortuos parentes, crudeles, iniustas, impias.
Quare Iustinus successor apud Corippum,

——— *Vivus patri qui substitit haeres,*
Thesauros fidis privatos ferre ministris
Imperat. ———

Nam Corippus Africanus tam improvidus est Iustiniani atque Iustini P IV
adulator, quam levis Poeta; in alterius enim laudibus exultans, al-
terius in vituperationem labitur incautus, vel potius adductus veri-
tate. Gregorius Turonensis Iustiniani avaritiam a lectissima matrona
Iuliana Anicia delusam luculenta narratione commemorat. Vitalianum
V. C. Romanae militiae Magistrum, Iustiniani factione interemptum
narrat Victor Tunnensis.

Is ipse, et Liberatus Africanus memoriae prodiderunt eiusdem
in universum Ecclesiasticum ordinem, in Episcopos Orientis, et
Africae, in Romanos Pontifices saevitiam et immanitatem. Contra, V 267

Iustinianus sic Constantinopolitanorum Patriarcharum fastui ac supercilio blanditus est, ut Ioannes Scholasticus Cappadox, Iustiniano, a quo plurimum diligebatur, Rempublicam administrante, primum Oecumenici nomen sibi arrogarit, idemque ratum, gratumque primus omnium Orientis Imperatorum habuerit, atque suis Constitutionibus Iustinianus inscripserit. Quamobrem Epiphanius, qui Ioanni successit, quidquid in Romanos Pontifices ausus et ipse foret, ita sibi facilem Iustinianum futurum, ab eoque sibi adeo nihil fore timendum intelligebat, ut Ioanni Ecclesiae Romanae Pontifici Byzantium appellenti loco cedere noluerit, vixque tandem (ut Marcellinus Iustiniani Can-
A 4 cellarius refert, ac Theophanes explicat) dextrum Ecclesiae solium Pontifici Romano aegre concesserit. Demum quod Constantinopolitani, et Chalcedonensis Concilii duobus illis ab Ecclesiae Romanae adversariis decantatis Canonibus Byzantiorum Praesulum loci praerogativa semper titubaverit, sua fulcire sanctione, stabilireque nixus est Iustinianus.

Mitto quae iidem isti Auctores, ac nominatim Euagrius, Victor ac Liberatus habent de Iustiniani coniuge Theodora: neque enim hic operaepretium est quaerere Procopio testes, cum nullum tam inauditum, tam execrandum piaculum fingi animo possit, quin graviora molita sit perditissima foemina, et re ipsa perpetrarit in Rempublicam, in Senatum, in Magistratus, in plebem, in Deum; quippe Dei filium absolute passum fuisse Edicto pronuntiavit, et hanc exegit vi a Catholicis fidem, scriptamque manu approbationem. Chalce-
P V donense Concilium de medio tollendum, quoad vixit, summo studio curavit. Ecclesiis praefecit, quibus favebat, Haereticos; minis exagitavit Agapetum Romanum Pontificem, Vigilium per urbem Byzantium fune raptavit; exilio, morte Sylverium affecit. Tam infaustum Ecclesiae Catholicae monstrum Cardinalis Baronius non ex Procopio, quem plane vidisse se negat, sed ex veterum scriptorum historiis ita repraesentavit. *Tanta haec mala ordita est pessima foemina* (Theodora) *quae altera Eva serpenti obaudiens facta est viro malorum omnium causa, novaque Dalila Sampsoni eius vires dolosa arte enervare laborans, Herodias altera sanctissimorum virorum sitiens sanguinem, petulansque summi Sacerdotis Ancilla Petri negationem sollicitans: sed parum sit ipsam huiuscemodi sugillasse nominibus, qua reliquas impietate foeminas antecelluit: accipiat potius nomen ab inferis, quod furiis fabulae indiderunt, foemina furens Alecto potius, vel*

Megaera, aut Tisiphone nuncupanda, civis inferni, amica Daemonum, satanico agitata spiritu, oestro percita diabolico, initaeque summo labore inimica concordiae, pacisque redemptae sanguine martyrum, et sudoribus confessorum partae fugatrix.

Idem Baronius haec de Iustiniano Imperatore. *Opera ipsa, quae hinc abeuntem secuta sunt Iustinianum, adversus eum hactenus clamant in chartis, nempe iuge bellum Ecclesiasticum, quod (exule facta, quam reperit, pace) iugiter enutrivit, decedensque reliquit accensum; sacrilegiorum immensitas, cum saepe in Christos Domini sanctos Episcopos violentas manus iniecit, ut inter alios, in Vigilium Romanum Pontificem, et Eutychium sanctissimum Constantinopolitanum Antistitem; crudelitas insuper in cives innoxios ab Evagrio superius deplorata, et avaritia ab eodem pressius sugillata, ut omittamus reliqua. Quam autem mortuus ante horrendum maiestatis divinae tribunal sententiam acceperit, etsi non sit hominis iudicare; opinari tamen si cui licet, facilius est invenire, qui Euagrii de eius condemnatione velit sequi sententiam, quem iure sciat praerogativa temporis, cum quae scripsit, inspexerit, Historicis reliquis esse praeferendum, qui longe post Iustiniani tempora, res ab eo gestas scripsere: cum praesertim in eamdem proculdubio abiisse sententiam Procopius eiusdem temporis lucu-* V 268
lentus Historicus visus sit, dum quem ante saepe laudarat, postea scri- A 5
pto volumine, tam ipsum quam Theodoram coniugem, recantans pali-
nodiam, magnopere vituperavit, ut apud Suidam notatum habetur. P VI
Haec modo de Iustiniano et Theodora summatim; complura vero alia fusius in Notis ad singula quaeque Procopii loca confirmanda in medium adducemus. Hic testes duntaxat certissimos, id est, oculatos, qui eadem illa Iustiniani aetate vixerunt, satis sit produxisse, ex quorum apprime comperta, testataque fide iudicium Baronius pronunciavit.

Quamquam et posteriorum Historicorum testimonium non minoris momenti in hac Procopii causa censeri debeat; cum uti synchroni, sic etiam isti Iustiniani, ac Theodorae flagitiorum, et improbitatum non hauserint ex Procopio notitiam. Nam aequalibus quidem tam exploratum est, ignotum hunc librum fuisse, quam nulla re alia, nisi eodem suppresso, salvam sibi Procopius vitam fore putabat. Sane cum Euagrius illustrium Iustiniani factorum expositionem instituit, singulis quibusque capitibus editam iam tum Procopii historiam laudat, et longas ex ea narrationes excerpit, Autoris nomine summa

cum laude memorato; non item ubi refert Iustiniani, Theodoraeque
facinora; imo pleraque hoc libro a Procopio praetermissa narrat, et
eorum quae ab eo hic nonnunquam incuriose scribuntur, ipse loca,
tempora, virorum nomina, occasionesque rerum gestarum insuper
explicat. Ut plane hinc intelligamus non ex Procopii hoc fonte illa
derivata fuisse. Sane in paucorum manus hoc volumen olim perve-
nisse probavit diligentia doctorum virorum, qui, dum hanc nos edi-
tionem parabamus, certatim Viro amplissimo Scipioni Cardinali San-
ctae Susannae E. R. Bibliothecario in insigrioribus Bibliothecis hunc
librum frustra perquisiverunt. Posteriores autem Historici, si quidem
ipsis huius copia libelli fuisset, ea minime commisissent, quae ex hac
historia in illorum monumentis nunc emendanda occurrunt. Horum
sane video neminem, qui operis huiusce meminerit, praeter unum
Nicephorum Callisti; is vero neque argumentum, neque titulum recte,
certeque nobis explicat, tantum abest ut commentarium ipsum ali-
quando legerit. Unus Suidas ante aliquot secula bonam eius partem,
ac fere luculentiorem decerpsit, quam ex eius Collectaneis hinc inde
P VII recollectam unum in locum ad nostras Notas coniecimus, ut argu-
mento sit eandem Ἀνεκδότων Procopii editionem esse, quam et
Suidas habuit, et nos hac demum aetate vulgamus. Hanc quidem
posteriores Historici librum non viderunt; quotus tamen quisque illo-
rum est, qui traditam quasi per manus de Iustiniani flagitiis historiam
non repetat, atque confirmet? Quaedam narrarunt Theophanes Isau-
rus, vir Sanctus, Autor Chronici Alexandrini, Ioannes Antiochenus,
Suidas; nonnulla Anastasius Bibliothecarius, Paulus Diaconus, Ai-
moinus; pleraque Ioannes Zonaras, Georgius Cedrenus, Nicephorus
Callisti, Ephraemius, aliique Chronicorum autores. Quorum omnium
A 6 narrationes eorum maxime testimonio innituntur, qui Procopio aequa-
les fuere, ac eadem quae ille de Iustiniano scripserunt, scilicet He-
sychius Milesius, Paulus Florus, Agathias Myrrhinaeus, Menander
Protector, Euagrius Scholasticus, Ioannes Epiphaniensis, Cyrillus
Scythopolitanus, Theophilus Iustiniani Praeceptor, Innocentius Ma-
ronianus, Eustathius Byzantius, et ex Latinis Victor Tunnensis, Fla-
vius Cresconius Corippus, Gregorius Turonensis, Liberatus Afer,
Facundus Hermianensis, aliique complures, quorum testimonia in
Notis Historicis, prout res ipsa postulabit, in medium afferemus.

Sed non est cur tantopere Historicorum testimonium licet aequa-
V 269 lium hic urgeamus; cum domi testes, iique locupletissimi non desint,

qui ab hac historia falsitatem procul abesse fidem faciant, Iustinianus
ipse, Iustinus avunculus, iuniorque alter sororis Iustiniani filius Iusti-
nus. Nam hic quidem, extincto Iustiniano, dirisque Venetorum,
Prasinorumque seditionibus adhuc fluctuante Imperio Romano, popu-
lorum in Circo, atque Theatro, strictis mucronibus, gladiatorum,
vel potius hostium more in sese funestissimo spectaculo irruentium
tumultus, qua voce compescere aliquando voluit, eadem Iustinianum
malorum omnium prodidit autorem. *Heus,* inquit, *cives*, *Reipublicae
calamitatum sit denique modus. Vobis obiisse*, *Veneti*, *Iustinianum;
Prasini vobis superesse sciatis.* Sic illos, Iustiniani desperato favore,
coercuit, hos autem, eiusdem crudelitatem interminatus, deterruit.
Hac Iustini voce altera huius historiae pars, quae de Prasinis agit ac P VIII
Venetis, satis comprobatur. De altera vero, quae infamissimam
Theodorae educationem, vitam, moresque continet (quam uti nos
vertere sine rubore, sine stomacho non potuimus, ita neque lecturos
alios putamus) si quis dubitet, extat hodieque Iustini Senioris Con-
stitutio, qua mulierum abiectarum Principibus viris permittuntur con-
nubia. Illud hac lege Iustinus egit, ne Iustinianus sororis filius, qui
Theodoram vilissimum scortum deperibat, eiusque coniugio ut frui
posset flagitabat, Imperio, et quacumque alia dignitate hoc ipso pro-
hiberetur. Illud etiam eadem illa lege apertissime testatum posteri-
tati reliquit, e scena Theodoram fuisse: ex omnibus enim abiectis
mulierculis, quae a Principum virorum matrimonio lege Constan-
tiniana excludebantur, scenicas tantummodo ea Constitutione Iustinus
complectitur. E scena igitur Theodora cum fuerit, quidquid flagitii,
quidquid obscoenitatis de illa commemores, nihil credet nimium,
qui credet.

Tertiam huius Historiae partem, quae est de Iustiniani crimini-
bus, ipsemet comprobat Iustinianus; licet autem haec ille nec sin-
gillatim, nec aperte fateatur, tamen rerum a se fere omnium male
factarum originem non solum non celat, sed etiam serio profitetur.
Haec, inquit, *omnia apud nos cogitantes* ET HIC QUOQUE *partici-
pem consilii sumpsimus eam*, *quae a Deo data est nobis*, *piissimam
coniugem.* Felicem plane Iustinianum, eiusque principatum Scripto- A 7
res omnes fortunatissimum futurum fuisse affirmant, nisi Theodoram
consiliorum, rerumque gerendarum participem habuisset. Deinde
sua Iustinianus facinora prioribus octo illis historiae Procopii libris
omnino visus est confirmasse, quos iam tum ab Autore vulgatos Im-

peratoris consensu universae per Imperium Romanum gentes (ut est libro ultimo) lectitabant. Quare nemini mirum videbitur, si ad historiam Ἀνέκδοτον asserendam, hic et in Notis probationes ex reliquis Procopii libris petamus, cum nullam tam veram, tamque fidelem de Iustiniano historiam invenire liceat, quam cui calculum ille album adiecerit, quamque subiectorum manibus totos septem ac decem fere annos pervolutari tam ambitiose viderit, ut aucto honoribus ac digni-
P IX tatibus (uti statim dicemus) Autore, eidem novorum de suis Aedificiis cudendorum librorum curam demandarit. In ea igitur tam prolixa historia adeo sobrie, ne dicam ieiune, Iustiniani laudes Procopius delibavit; contra vero tam copiosa sparsit eiusdem semina vituperationum, ut neque ibi per adulationem, neque hic per calumniam egisse posteritati videri possit; imo fidem universae historiae ea dicendi libertate conciliasse, quam suo Iustinianus suffragio et autoritate probaverit.

Lector, si vacas, hunc postremum cum reliquis committe Procopii libris, pluraque et graviora quam hic habeantur Iustiniani crimina in illis invenies, pleraque etiam fusius et maiore apparatu explicata; crudelitatem, avaritiam, infidum animum in amicos, datam hostibus fidem, ac violatam, in probos odium, amorem in improbos, ius humanum atque divinum, denique omnia ad Theodorae imperium, atque libidinem temperata: haec in illis libris raptim indicare non piget. Ioannem Cappadocem Praefectum Praetorio, a Theodora privatas iniurias persequente falso perduellionis accusatum liberare Iustinianus non audet, submissis vero clam nunciis de Augustae insidiis certiorem facit: tandem urgente foemina hominem crimine, cuius quidem insimulabatur, vacuum, sibi vero unice gratum atque amicissimum exilio, et bonorum proscriptione damnat; ab exilio, nisi extincta Theodora, insontem revocare non ausus. Inita pace cum Chosroe, Alamundarum, et Hunnos ad bellum Persis inferendum spe et pretio solicitat, idque in gravem Imperii Romani perniciem. Militem per urbes praesidiarium negatis diu stipendiis ad defectionem impellit. Praeter urbanos ac domesticos, in castris duos habuit insignes suae avaritiae ministros, Ioannem Quaestorem exercitus, qui ut sumptibus parceret Imperatoris, pane sordido ingentem militum multitudinem impune necavit; et Alexandrum Forficulam, cuius odio milites rem de industria male gerere in Italia pergebant. Propter avaritiam Logothetas ibidem instituit; et Romae omnes honorum

gradus abolevit. Sceleratissimos quosque semper ad dignitates ac magistratus evexit, inter hos Acacium, cui post caesum Amazaspem, Armeniae imperium concessit; et Ioannem Zibum, qui ut Colchi ad P X
Chosroem deficerent autor fuit. Haec, aliaque complura in historia, A 8
quam Iustiniano legendam Procopius tradidit, eodemque vivo publicavit.

Neque posteaquam ii commentarii emissi, atque multorum calumniis et obtrectationibus, ut ferme accidit, expositi sunt, offensioni aliquando Iustiniano fuerunt, vel crearunt autori periculum: imo non diu post octavum Procopius librum edidit, in quo ab insectandis notandisque Iustiniani criminibus nihilo magis quam antea abstinuit. Nam iterum stipendia militibus negata inculcat; iterum neglectos belli apparatus commemorat; iterum Iustiniani prodigentiam in excipiendo fastosissimo Barbaro Isdiguna Persarum Regis legato vituperat; addit hic vero eas domum retulisse ab Iustiniano divitias, quibus opulentissimos quosque Persarum facile deinde superarit. Praeter haec rem Romanorum sub Iustiniano eo loci venisse dicit, ut Persis tributum quotannis penderetur; Hunnis vero in fines Romanorum perpetuo excurrentibus magnificentissima munera per singulos annos darentur. Denique intempestiva reorum indulgentia, praesertim ducum exercitus, magnopere Iustinianum obfuisse Reipublicae. *Εἰώθει γὰρ Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς ἐπιχωρεῖν τὰ πολλὰ τοῖς ἄρχουσιν ἁμαρτάνουσι, καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἔς τε τὴν δίαιταν, καὶ τὴν πολιτείαν ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον παρανομοῦντες ἡλίσκοντο.* *Consueverat enim*, inquit, *Iustinianus Imperator ut plurimum crimina ignoscere ducibus exercitus delinquentibus: atque haec causa erat, quamobrem illi cum in disciplinam militarem, tum in Rempublicam gravissime peccare deprehenderentur.* Verum ne singula numerando modum excedere videamur, historiam *Ἀνέκδοτον*, et priores illos libros, quos Iustiniano Procopius obtulerat, ita concinnasse videtur, ut nihil fere in hac sit, quod ex illis Iustiniani ipsius confessione probare non possis.

Ita sane, inquies, at nemo est, qui non videat huius historiae acerbitatem, quae ut malevolentiam subolet, ita veritati detrahere iure potest. Nam primo quidem nonnulla Iustiniani facta deteriorem in partem accepta animum minime sanum, nedum benevolum scriptoris ostendunt. Deinde documenta studiose conquisita, quibus persuasum sit semihomines furias Iustinianum ac Theodoram

P XI fuisse, praeter odium, habent etiam nescio quid levitatis. Tertio,
V 271 cum decretas a Iustiniano in Haereticos capitis poenas Procopius
damnat, in scirpo quaerere nodum videtur, ni forte cum Haereticis
et ipse sentiebat.

De odio quidem atque malevolentia vetus suspicio est, qua
omnes fere laborant Historici, qui veritatem liberius profitentur.
Et in tantis vitiis hominum plura culpanda sunt quam laudanda; tum
si laudaveris, parcus; si culpaveris, nimius fuisse dicaris: quamvis
illud plenissime, hoc strictissime feceris. Sed Autoris notitiam habeamus
ante necesse est, quam hic de illo quidpiam statuamus.
Procopius Caesarea Palaestinae, quae illi patria fuit, sub Anastasio
A 9 Imperatore Byzantium venit; ubi vir omnis generis litteraturae, summaeque
prudentiae facile in se Principum oculos convertit. Nam
Iustinus Senior difficillimo Reipublicae tempore, Persis bello praevalentibus,
Belisario Procopium a consiliis dedit. Iustinianus vero
in Africana et Italica expeditione nunquam a Belisarii latere divelli
Procopium passus est; cuius fide atque consilio non minus quam armis
ac virtute Belisarii Romanos fines prolatari atque stabiliri sentiebat:
dumque Belisarius ex Africa recens subiugata in Orientem
evocatur, Procopius Carthagine apud Solomonem designatum ducem
exercitus subsistere iussus est, ad formandum in ea Provincia tenerum
adhuc imperium, et rebellionibus opportunum. In Perside, in
Italia, Romae, Neapoli, Syracusis quae gesserit, ipse quidem
memoravit; at ea per occasionem, temperateque dicta licet minus
insignia et pauca videantur, parta tamen gloria in Rempublicam
Procopii merita declarat; nam Illustrium dignitatem adeptus, et in
Senatum cooptatus est. Post editam vero integram historiam (eam,
quae tot Iustiniani crimina continet) ad summum Romani Senatus locum,
id est, Urbanam Praefecturam, anno Iustiniani quinto et trigesimo
pervenit: quo ferme etiam tempore absolvit opus *Ἀνέκδοτον*.

Ergo in homine cordato, tantis honoribus et dignitatibus aucto,
quis facile repererit adversus Principes beneficentissimos Iustinum et
Iustinianum malevolentiam? Ego certe nisi dicendi, scribendique li-
P XII centiam non video, qua ut insigni Procopius fuit, ita non ab Iustiniano
solum, sed etiam ab amicis, quorum in historia mentio incidisset,
eam plene sibi dari atque concedi statim in exordio postulavit.
*Πρέπειν ἡγεῖτο ῥητορικῇ μὲν δεινότητα, ποιητικῇ δὲ μυθοποιΐαν,
συγγραφῇ ἀλήθειαν. ταῦτά τοι οὐδὲ τῶν οἱ ἐς ἄγαν ἐπιτηδείων*

τὰ μοχθηρὰ ἀπεκρύψατο, ἀλλὰ τὰ πᾶσι ξυνενεχθέντα ἕκαστα
ἀκριβολογούμενος ξυνεγράψατο εἴτε εὖ, εἴτε ἄλλῃ πῃ αὐτοῖς
εἴργασται. *Ratus decere Oratores quidem eloquentiam, Poetas vero
fabulas, et Historicos veritatem. Quamobrem ne amicissimorum qui-
dem peccata occultavit, sed quae cuique accidissent, sive illa pro
dignitate, sive secus ab iis patrata fuerint, summa diligentia con-
scripsit.* Eam licentiam vel Procopii autoritati in Senatu clarissimae,
vel ingenio eius plane Censorio concessam fuisse cum ex editis ab
eo libris, publicoque tunc receptis applausu liquet; tum quia Iusti-
niani rerum Scriptores Agathias Myrrhinaeus, et Ioannes Epipha-
niensis suos Commentarios ad Mauritium usque Imperatorem, ut
Evagrius est autor, occuluerunt. Quamquam illi si quid in Iustinia-
num scripserant, id quam modestissime, cautissimeque fecerunt, ac
in reliquos Imperii Romani proceres, quam pro illorum improbitate
morum levius egerunt. At Procopius liberrime Ioannis Praefecti
Praetorio impietatem obiurgat; Triboniani Quaestoris avaritiam ar-
guit; Arethae ducis ingenium subdolum et infidum vituperat; militum
legiones, oppida, et urbes numerat, quae vel omnino abolitae, vel
hostibus praedae fuerunt, ob foedissimam Bessae, Acacii, Ioannis A 10
Zibi, et alterius Quaestoris exercitus, atque Forficulae pecuniae
cupiditatem; Veri temulentiam accusat; Sergii fastum ac mollitiem; V 272
Maximini ignaviam, nullamque rei militaris peritiam. Artabanem
coniurationis, Arsacem proditionis crimine, etsi Iustinianus ob gene-
ris claritatem absolverit; Procopius tamen neutri etiamnum super-
stiti aeternae poenam infamiae condonavit. Quid de Belisario di-
cam, ad cuius unius laudes tota respexisse historia videtur? semel
in Italia ignaviter ille rem gessit, haec una Procopio libere de illo
scribendi ampla fuit occasio. *Βελισάριος μὲν τὴν ἐπὶ τὸ Βυζάντιον
οὐδενὶ κόσμῳ ᾔει, γῆς μὲν τῆς Ἰταλῶν πεντάετες οὐδαμῇ ἐπιβὰς,
οὐδέ πῃ ὁδῷ ἰέναι ἐνταῦθα ἰσχύσας, ἀλλὰ φυγῇ κεκρυμμένῃ
ἐχόμενος πάντα τοῦτον τὸν χρόνον ἔκ τε ὀχυρώματος ἐπιθαλασσίου
τινὸς ἐς ἄλλο ἐπὶ τῆς παραλίας ὀχύρωμα διηνεκὲς ναυτιλλόμενος,* P XIII
*καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἀδεέστερον τοὺς πολεμίους τετύχηκε ῥώμην τε αὐ-
τὴν ἀνδραποδίσαι, καὶ τὰ ἄλλα ὡς εἰπεῖν ἅπαντα. Τότε δὲ
καὶ Περυσίαν πόλιν, ἣ πρώτη ἐν Τούσκοις οὖσα ἐτύγχανε, πικρό-
τατα πολιορκουμένην κατέλιπεν, ἥπερ αὐτοῦ ὁδῷ ἰόντος κατά-
κρας ἑάλω. Belisarius nullo decoro Byzantium discessit, cum quin-
que totos annos nunquam in Italia pedem figere potuerit, neque certis iti-*

neribus progredi, sed toto hoc tempore clanculum fugitans ab uno maritimo praesidio ad aliud classe devehebatur; unde tanto securius hostes et Romam, et caetera omnia subiugarunt. Perusiam vero primariam Tusciae civitatem dira cinctam obsidione reliquit, quae illo Byzantium contendente, capta est. Haec in primarios Senatores, et Imperii Romani proceres summa sibi necessitudine coniunctos Procopius, ipsis vivis, evulgavit. Quae sane scribendi severitas quemadmodum magnam veritatis laudem eius historiae conciliat, ita omnem removet simultatis suspicionem obiurgationis et censurae gravitas; quae tantum ab odio et maledicentia distat, quantum violatae Reipublicae querelas, iustumque dolorem, et communis damni castigationem spectare videtur. Quod non solum in prooemio *τῶν Ἀνεκδότων* Autor ingenue profitetur, sed ipsa etiam re praestitit, cum ea duntaxat de Iustiniano commemoraverit, quae publicae rei damno, et in subditorum perniciem peccavit; illaque ipsa foeda narratio de turpissima Theodorae vita eo pertineat, ut quantum augustissimam Imperii Romani maiestatem execrandis nuptiis primus violaverit, dehonestaveritque Iustinianus, clarius intelligas.

Quod autem Iustinianum ac Theodoram semihomines furias Autor appellet; est qui credat, monstra Poetarum narrare Procopium, atque ita suam in Imperatorem evomere acerbitatem voluisse? Erit de hac re in Notis Historicis opportunior locus.

Quod denique poenam in Haereticos capitalem a Iustiniano constitutam non probet; non tam odii, quam pravae de religione sententiae suspicionem movet atque confirmat. Illud in Procopio saepe miratus sum, quod de nostrae religionis mysteriis ita dicat, ut ab iis modo alienus, nonnunquam recte sentire videatur. Quamquam
A 11 Hesychium Milesium, et Ioannem Lydium aequales Procopii, qui eadem ambiguitate luserunt, Photius atque Suidas Gentilium impie-
P XIV tate damnarint. Sane non rata fuit istiusmodi hominum turba Iustiniani tempore, et quidem in Aula Imperatoria (ut in Notis Historicis dicam) officiis ac dignitatibus insignis. Sed ex hac plane Procopium eximo, quod non solum hic, sed etiam in Aedificiorum libris Gentilium sacrificia et libamina, et, ut ipse loquitur, *ἀθεΐαν τε καὶ πολυθεΐαν* detestetur, et libro Persicorum primo Ioannem Cappadocem Gentilitiae superstitionis damnet; certe Iustinianus de sacris a se excitatis aedificiis historiam Procopio Gentili nunquam commisisset. Haereticos autem et Samaritas, qui Caesareae Palaestinae frequentes

admodum erant, prorsus aversatur. Demum in libris aedificiorum Iustiniani aperte Christianorum fidem non semel profitetur. Quamobrem ad eos se composuisse videtur, quos POLITICOS appellant; sed longe verius haeresium omnium sentinas, prorsusque Atheos appellarent; qui licet in speciem Catholici videantur, nullique sectae V 273
nominatim addicti sint, privatis tamen rationibus, vel Reipublicae commodis Christianam religionem, pietatemque metiuntur, neque de Deo quid sentias, quidve doceas, si res ita ferat, vehementer laborant; Haereticos autem et Astrologos, aliasque eiusmodi Catholicae fidei pestes, prout e re, ac tranquillitate publica esse illis videtur, ita recipiunt, et insectantur. Quod de Haereticis et Astrologis dico, habes hic in Ἀνεκδότοις. De Deo autem libro Gotthicorum primo, haec est Procopii sententia, qui cuique pro libidine de Deo credere permittendum potius existimat, quam Reipublicae procellas videre, quibus tum Romanum Imperium ob nonnullas de Fide quaestiones iactabatur. *Πρέσβεις ἐκ Βυζαντίου παρὰ τὸν Ῥώμης ἀρχιερέα ἧκον, ὅ τε τῆς Ἐφέσου ἱερεὺς Ὑπάτιος καὶ Δημήτριος τῶν ἐν Μακεδόσι Φιλίππων δόξης ἕνεκεν, ἣν Χριστιανοὶ ἐν σφίσιν αὐτοῖς ἀντιλέγουσιν ἀμφιγνοοῦντες. Τὰ δὲ ἀντιλεγόμενα ἐγὼ ἐξεπιστάμενος ὡς ἥκιστα ἐπιμνησθήσομαι. ἀπονοίας γὰρ μανιώδους τινὸς ἡγοῦμαι εἶναι διερευνᾶσθαι τὴν τοῦ Θεοῦ φύσιν ὁποία ποτέ ἐστιν. Ἀνθρώπῳ γὰρ οὐδὲ τὰ ἀνθρώπεια εἰς τὸ ἀκριβὲς οἶμαι καταληπτὰ, μή τί γε δὴ τὰ εἰς Θεοῦ φύσιν ἥκοντα. Ἐμοὶ μὲν ταῦτα ἀκινδύνως σεσιωπήσθω μόνῳ τῷ μὴ ἀπιστῆσαι τετιμημένα. Ἐγὼ γὰρ ἂν οὐδὲν ἄλλο περὶ Θεοῦ ὁτιοῦν εἴποιμι, ἢ ὅτι ἀγαθός τε παντάπασιν εἴη, καὶ σύμπαντα ἐν τῇ ἐξουσίᾳ τῇ αὐτοῦ ἔχει. λεγέτω δὲ ὥς πῃ ἕκαστος γινώσκειν ὑπὲρ αὐτῶν οἴεται καὶ ἱερεὺς καὶ ἰδιώτης.* *Legati ad Romanum Pontificem Byzantio venē-* P XV
runt Hypatius Ephesiorum Antistes, ac Demetrius Philippensium, qui sunt in Macedonia; nimirum de ea quaestione acturi, in qua dubiis sententiis inter se Christiani dissentiunt. Eam controversiam etsi probe ipse teneam, minime tamen commemorabo; quod vesanam esse putem insaniam, Dei quae sit natura disquirere: nam humana haec ipsa, nedum Dei naturam, perfecte assequi mortales haudquaquam existimo. Quare tutius haec ego silentio praeteribo, sola tantum credulitate veneratus. Siquidem de Deo nihil ipse praeterea affirmaverim, nisi quod bonus omni ex parte sit, resque universas sua potentia complectatur. De hisce vero controversiis ita quisque vel sacerdos, vel privatus homo A 12

loquatur, quemadmodum illi sentire libuerit. De Deo autem atque fortuna nonnunquam permittere videtur optionem, utrum malit quisque defendere vel casu res humanas, et fortunae temerario impetu ferri, vel Dei providentia gubernari. Qua in re Gentilium saepe nomina usurpat, quod libro secundo belli Vandalici antiquus Censor ad marginem ita reprehendit: *Οὐκ ὀρθῶς παρεισφέρεις τῇ τῶν Χριστιανῶν πίστει δαιμόνιον, καὶ τύχην καὶ εἱμαρμένην. Non recte Christianae ingeris religioni Genium, et fortunam ac fatum.* et in margine Codicis Vaticani manuscripti ad perversam illam de Deo vocem legitur: *Σημείωσαι εἰ ὀρθόδοξός ἐστιν ὁ συγγραφεύς. Nota num orthodoxus sit autor.* Quemadmodum ergo Procopii historia ex his quae hic disputavimus, fidem habet indubitatam; ita quae ipse de religione scribit, nullam autoritatem habere iure censemus.

A 13

IDEM AD LECTOREM P XVI

DE PROCOPII LIBRIS ET HAC EDITIONE. V 274

Pars haec historiarum Procopii Caesariensis, quam tibi fruendam, Lector, proponimus, mole licet exigua, et ordine postrema sit; erit tamen minime iniucunda, cum ipsa per sese, tum quia primum in lucem nunc prodit, atque tibi ab Autore lucubrata videtur. Quam enim aequalibus ille suis ἀνέκδοτον, abditam esse voluit, solique posteritati destinavit, tibi ex posteris omnibus haec modo conceditur. Plena, prorsusque incorrupta ut tibi concederetur, nos pro virili parte adnisi quidem sumus; verum consueta est et bene vetus Procopii Commentariorum iniqua illa conditio, ut nullam eorum partem ab omni vel hominum, vel temporis iniuria teneamus immunem. Leonardus Aretinus Procopii libros de bello Gotthico primus omnium publicavit; sed ludum eruditus ille vir lusit nobis plane illiberalem. Nam suppressa Graeca historia, et Autoris nomine dissimulato, Latinam quam ipse ex Graeca fecerat, tanquam e variis scriptoribus a se decerptam, de bello Italico praenotat, et Iuliano Caesarino nuncupatam in publicum emittit. Eandem Graece scriptam Blondus Flavius industria primum sua Italiam habuisse memorat; sed is cum in historia Procopii modo desideret quae hodie nos minime desideramus, modo ea carpat, quae in vulgatis editionibus bene habere videmus: antiquas Blondi membranas, vel interpretem, quem ille nactus est, fraudi eidem fuisse nemo non dicat; cum ea ipse nota carere facile possit, qui se linguae Graecae prorsus imperitum fatetur. Christophorus Persona, qui aegre simulationem Leonardi tulit, Autoris integro nomine eandem historiam vertit quidem e Graeco; multis tamen partibus diminutam, et pene laceram dedit. Post illos
Raphael Volaterranus reliquos de bello Persico et Vandalico libros A 14
Latine vulgavit: sed nihilo meliore quam Christophorus Codice P XVII

usus est. Certe neuter, licet Vaticanae Bibliothecae uterque praefectus, versionem ex Codice hausit Vaticano, quem plenissimum video, et omni ex parte integrum, atque emendatissimum, ut ex alio fonte eas illorum virorum interpretationes manasse non dubitem. Libros de Iustiniani Aedificiis quales Arnoldus Vesaliensis habuerit, ipsa eius docet interpretatio; de qua, et Volaterrani atque Personae versionibus, quam bene sensa scriptoris exprimant, aliorum esto iudicium. Graeca denique Procopii Editio Augustana, quae ex multis antiquis manu descriptis libris emendata et aucta, omnibus creditur numeris absoluta, tam longe a primae scriptionis fide, quam a Vaticani Codicis integritate abesse videtur, ut persuadere tibi vix possis, quantum ex hoc illa locupletari queat. Utinam in eodem volumine, et ex eadem librarii manu, et hunc illarum postremum historiarum libellum haberemus: sed quemadmodum octo illis ab Autore libris in vulgus emissis, nonus hic ad odium Iustiniani, Theodoraeque vitandum, semper in angulo caute delituit; ita deinde seorsim ab amanuensibus descriptus est, atque ad posteritatem pervenit. De cuius casibus, atque sinistra fortuna quid loquar? Duo eius exempla servat Vaticana Bibliotheca, alterum ex altero derivatum, utrumque in principio mutilum, multisque passim hiatibus deforme.
V 275 Ex his quod est antiquius etiam fine decurtatum est, recentius vero, licet tumultuaria scriptione exaratum, extremam nobis partem ab interitu conservavit, qui, praeter hanc accessionem, nulla nobis in re usui fuit. Sic in brevissima historia tot loci dubii, obscuri, deplorati manserunt. Quamobrem saepe inter interpretandum duos illos celebres ἀνεκδότων Procopii Codices expetivimus, Ioannis Lascaris alterum Constantinopoli ad Laurentium Medicem adlatum, quem deinde (ut fama est) Catharina Medices Regina in Gallias asportavit, et Galli hodie in exteris Bibliothecis requirunt. Alterum Ioannis Vincentii Pinelli, quem ante aliquot annos, praeter hosce Vaticanos, unicum (quod ego sciam) habuit Italia; sed hic, ut accepimus, in navigatione Neapolitana naufragium fecit. Ex eo tamen quaedam a
P XVIII Petro Pithaeo, et Guido Pancirolo, Pinelli familiaribus excerpta fragmenta, maris et undarum discrimen evaserunt. Sed, quae nec librariorum incuria est, nec temporis, aut maris iniuria, haec quam tenemus non uno in loco manca videtur historia, in qua multa narraturum se quidem Autor pollicetur, et tamen promissum non facit. Quibus passim defectibus ita hic hiat commentarius, ut per hasce ve-

luti rimas Procopium pene furtim scribentem deprehendas, et festi-
natione, vel metu memoria turbatum interdum agnoscas. Accedit,
quod annum secundum et trigesimum Principatus Iustiniani narratio
haec non excedit, ille vero quadragesimum attigit. Denique illa,
λίαν γὰρ ἐς αὐτὴν ἡ Θεοδώρα ἠγριαίνετο καὶ ἐσεσήρει: et illa,
μήτηρ δὲ τῶν τινος ἐν θυμέλῃ πεπορνευμένων, narrationum particu- A 15
lae sunt, quas olim Suidianus Codex habebat, hic Vaticanus non habet.

De huius porro libri ordine, deque tempore quo scriptus est,
sic habeto. Reliquos octo historiae libros ipse vivens Procopius emi-
sit, ac Iustiniano legendos tradidit: immo septem illi primi, nempe
duo de Persico bello, de Vandalico totidem, ac tres de Gotthico,
ut ipsemet affirmat, *ἤδη ἐξενεχθέντες πανταχόθι δεδήλωντο τῆς
Ῥωμαίων ἀρχῆς*, *iam evulgati in universo Romanorum Imperio noti
erant.* Quoto vero quisque anno editus fuerit, certum non est; duo
haec tantum habeo explorata. Ante obitum Theodorae, id est,
ante annum secundum et vigesimum Iustiniani, Persica, Vandalicaque
bella, et bonam Gotthicorum partem Procopium absolvisse; nam in
iis Amalasunthae structas insidias a Theodora, ob eius metum ta-
cuisse, indicat in hoc commentario. Praeterea, septem priores li-
bros ante annum Iustiniani sextum et vigesimum divulgatos fuisse.
Idque Autor memorat initio libri octavi, quem anno Iustiniani
septimo et vigesimo commentabatur. Caeterum octavus ille perpe-
ram inscribitur de bello Gotthico: complectitur enim quae cum Per-
sis, Vandalis, et Gotthis, post edita priora volumina, Romanis
contigissent; quae quod *γράμμασι τοῖς ἐς τὸ πᾶν δεδηλωμένοις
οὐκέτι εἶχον τὰ ἐπιγενόμενα ἐναρμόζειν*, *monumentis iam omnino
in publicum datis addere, haud amplius commodum esse* videret Pro-
copius, in octavum illa omnia librum coniecit, qui ob id historia
quaedam *σύμμικτος*, *miscella*, vel ut ipse ait, *ποικίλη*, *varia est.*
Hic liber editus eodem fere quo scriptus est anno, septimo scilicet P XIX
et vigesimo Iustiniani. Post hanc universam historiam licet animo
Procopius moliretur *Ἀνέκδοτα*, ut ultimo libro declarat: tamen ab-
stinuit, idque operis reiecit in annum secundum et trigesimum Iusti-
niani, quod hic saepius repetit, eodemque anno absolvit, totumque
septennium, id est, ad obitum Imperatoris, ac diutius abditum, at-
que reconditum habuit. Ex his corrigas aliorum, et Nicephori per-
versam Procopii librorum partitionem; de quibus Photii sententiam
atque censuram in Bibliotheca desideramus.

Nostra vero translatio sententiis quidem ad Graecae historiae
fidem, verbis, et modis ad Latinam consuetudinem aptis composita
V 276 est. Id genus interpretandi cum Hieronymo, ac universa antiquitate
optimum puto; et si historiam interpreteris, id maxime convenire
censeo: denique si cuius alterius scriptoris, Procopii certe stylus
hoc in primis requirere semper visus est mihi, cuius formam dicendi
si spectes, ea sophisticis compta est lenociniis, Atticisque leporibus
ad ostentationem instructa, a quo orationis habitu Latina gravitas
praesertim in historia quam abhorreat nemo nescit. Operaepretium
non est omnia recensere; sed nihil gestum, factumque Procopius dicit,
nisi per suam illam perpetuam periphrasin, ut statim in fronte
legis τόδε γενέσθαι ξυνηνέχθη, ξυνέβη, ξυνέπεσε, τετύχηκε.
A 16 Nec minus offendunt in tam claro scriptore orationis illae particulae,
quae passim redundant, potius ad levem quendam ornatum Sophistis
exquisitae, quam ad historicam gravitatem. Praeterea scatet eius
oratio frequentissimis transitionibus, et epilogis ad brevissimas quasque
narratiunculas. Huc accedunt illa, quae Asiatico dicendi genere
vel non opportune inculcat, vel longiore verborum ambitu dilatat.
Quaedam etiam esse in hac historia video, quae (ut in scriptis
ἀνεκδότοις plerumque accidit, et de suis affirmat Tullius) minus
perpolita limataque sint: sane in hoc brevissimo libello sexcenties
repetitam habes illam vocem ληΐζομαι, ne dicam de aliis; quae
omnia si Latina modestia et gravitate a me temperata sunt, aequi
bonique id consulat Lector, cui ut fidam dare historiam fuit animus,
ita non ineptam curavimus interpretationem.

P XX Nostras in calce libri Notas addidimus, easque duplices;
Censorias, quibus Graecum contextum mendis emaculatum, quoad
fieri potuit, nitidiorem legeres; Historicas, quibus universam de
Iustiniano historiam illustratam et confirmatam haberes. Denique in
hoc libello ne testimonium antiquitatis fidemque desiderares, Suidiani
et Vaticani Codicis collationem hinc inde decerptam adiecimus; nam
ex priscis omnibus, ut alibi dixi, unus Suidas hanc legit historiam,
quod etiam ex hisce veterum Autorum, qui Procopii, eiusque librorum
meminerunt, testimoniis obiter intelligere potes.

DE PROCOPIO CAESARIENSI HISTORICO TESTIMONIA VETERUM SCRIPTORUM.

Euagrius lib. 4. cap. 12.

Φιλοπονώτατα, κομψῶς τε καὶ λογίως ἐκτέθειται Προκοπίῳ τῷ ῥήτορι ἃ δὴ πέπρακται ὑπὸ Βελισαρίῳ στρατηγοῦντι τῶν ἑῴων δυνάμεων Ῥωμαίοις τε καὶ Πέρσαις πρὸς ἀλλήλους πολεμοῦσι. Procopius Rhetor res a Romanis et Persis dum inter ipsos praeliis decertabant, gestas, Belisario tum Orientalium copiarum duce, accuratissime, disertissimeque narrat.

Agathias Scholasticus lib. 1.

Τὰ πλεῖστα τῶν κατὰ τοὺς Ἰουστινιανοῦ χρόνους γεγενημένων ἐπειδὴ Προκοπίῳ τῷ ῥήτορι Καισαρείαθεν ἐς τὸ ἀκριβὲς ἀναγέγραπται, παριτέον ἐκεῖνα ἔμοιγε, ἅτε δὴ ἀποχρώντως εἰρημένα. Cum omnia fere quae Iustiniani temporibus gesta sunt, a Procopio Caesariensi causidico summa sint diligentia narrata, praetermittenda a me sunt, quippe quae satis iam explicata.

Ioannes Scholasticus Epiphaniensis lib. 1. A 17

Τὰ μὲν ὅσα Ῥωμαῖοί τε καὶ Μῆδοι πολεμοῦντες ἀλλήλοις ἔπαθόν τε καὶ ἔδρασαν κατὰ τὴν Ἰουστινιανοῦ τοῦ Ῥωμαίων αὐτοκράτορος βασιλείαν γέγραπται Ἀγαθίᾳ τῷ Μυῤῥιναίῳ μετά γε Προκόπιον τὸν Καισαρέα. Quae Romani ac Persae in bellis gesserunt ac passi sunt Iustiniano Imperatore regnum moderante, conscripsit Agathias Myrrhinaeus post Procopium Caesariensem.

Theophylactus Simocata lib. 2. cap. 3.

Ταῦτα Προκοπίῳ τῷ συγγραφεῖ ἐν τῷ πυκτίῳ τῆς ἱστορίας ἐγγέγραπται. Haec Procopius in Historiae volumine scripsit.

Symeon Metaphrastes in Vita S. Sabae.

Περὶ τούτων δὲ μικροῦ πάντων καὶ Προκόπιος ὁ Καισαρεὺς ἔν γε τῷ πέμπτῳ λόγῳ τῷ περὶ τῶν Ἰουστινιανοῦ κτισμάτων αὐτῷ

φιλοπονηθέντι κατὰ μέρος διαλαμβάνει συνῳδὰ Κυρίλλῳ τῷ τὸν βίον ἐξ ἀρχῆς τοῦ θείου Σάβα συγγραψαμένῳ φθεγγόμενος. De his fere omnibus Procopius Caesariensis libro quinto de Iustiniani aedificiis singillatim commemorat; conveniitque eius historia cum Cyrillo, qui Sancti Sabae vitam olim conscripsit.

Constantinus Porphyr. lib. 1. *Them.* 2.

Οὔτε γὰρ Προκόπιος, οὔτε μὴν Ἀγαθίας, οὔτε Μένανδρος, οὔτε Ἡσύχιος ὁ Ἰλλούστριος ἐμνημόνευσαν τοῦ τοιούτου ὀνόματος οἱ τὰ χρονικὰ συντάξαντες ἐπὶ τῆς Ἰουστινιανοῦ βασιλείας. Neque Procopius, neque Agathias, neque Menander, neque Hesychius Illustris, qui tempore Iustiniani Imperatoris Chronica composuerunt, huiusce nominis mentionem faciunt.

Photius in Bibliotheca cap. 63.

Ἀνεγνώσθη Προκοπίου ῥήτορος ἱστορικὸν ἐν βιβλίοις ὀκτώ, ἱστορεῖ δὲ τὰ ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ συνενεχθέντα πρός τε Πέρσας Ῥωμαίοις καὶ πρὸς Βανδήλους καὶ Γότθους, ἃ Βελισάριος στρατηγῶν διεπράξατο μάλιστα, ᾧ καὶ τὰ πολλὰ συνὼν τὴν ἱστορίαν ἐξ ὧν ὄψει παρείληφε συνεγράψατο. Legi Procopii Caesariensis octo libros historiarum, in quibus exponit quae Persis, ac Romanis, Vandalisque, et Gotthis sub Iustiniano acciderunt, quaeve praesertim a Belisario duce exercitus gesta sunt, cuius ipse Rhetor perpetuus comes, et rerum quas narrat spectator fuit.

Idem ibidem cap. 160.

Προκόπιος ὁ Καισαρεὺς ὃς εἰς μέγα κτῆμα καὶ ὄφελος κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τὰς γραφὰς συντάξας ἀείμνηστον αὐτοῦ κλέος τοῖς
A 18 *σπουδαιοτέροις καταλέλοιπεν.* Procopius Caesariensis Iustiniani aetate luculentissimas, maximeque utiles historias conscripsit, aeternumque sibi nomen apud eruditos comparavit.

Suidas in Collectaneis.

Προκόπιος Ἰλλούστριος ὁ Καισαρεὺς ἐκ Παλαιστίνης ῥήτωρ καὶ σοφιστὴς ἔγραψεν ἱστορίαν Ῥωμαϊκήν, ἤγουν τοὺς πολέμους Βελισαρίου, τὰ κατὰ Ῥώμην, καὶ Λιβύην πραχθέντα. γέγονεν ἐπὶ τῶν χρόνων Ἰουστινιανοῦ τοῦ βασιλέως ὑπογραφεὺς χρηματί-

σας Βελισαρίου, καὶ ἀκόλουθος κατὰ πάντας τοὺς συμβάντας πολέμους τε καὶ πράξεις τὰς ὑπ' αὐτοῦ συγγραφείσας. ἔγραψε καὶ ἕτερον βιβλίον τὰ καλούμενα ΑΝΕΚΔΟΤΑ τῶν αὐτοῦ πράξεων, ὡς εἶναι ἀμφότερα τὰ βιβλία ἐννέα. Τὸ βιβλίον Προκοπίου τὸ καλούμενον ΑΝΕΚΔΟΤΑ ψόγους καὶ κωμῳδίας Ἰουστινιανοῦ τοῦ βασιλέως περιέχει, καὶ τῆς αὐτοῦ γυναικὸς Θεοδώρας, ἀλλὰ μὴν καὶ αὐτοῦ Βελισαρίου καὶ τῆς γαμετῆς αὐτοῦ. Procopius Illustris Caesariensis Palaestinus, Orator et Sophista, scripsit historiam Romanam, bella scilicet Belisarii, res Romae et in Africa gestas. Fuit temporibus Iustiniani Imperatoris, a secretis Belisarii dictus, et comes in omnibus bellis, et rebus a se descriptis interfuit. Scripsit et alium librum qui Anecdota dicitur, de rebus Iustiniani: ut eius libri omnes sint novem. In hoc opere vituperationes et insectationes Iustiniani et Theodorae eius coniugis, atque etiam Belisarii et uxoris eius continentur.

Ioannes Zonaras Tom. 3.

Τῷ Βελισαρίῳ καὶ ὁ Καισαρεὺς συνωμάρτει Προκόπιος, ὃς τὰ περὶ τῶν ἐκείνου πολέμων ἱστόρησε πλατύτερον. Belisarium secutus est Procopius Caesariensis, qui eius in bello res gestas plenissima historia complexus est.

Georgius Cedrenus in Annal.

Τὰ τοῦ Βελισαρίου στρατηγήματα Προκόπιος ὁ Καισαρεὺς ἐν ὀκτὼ βιβλίοις συνεγράψατο. Belisarii bellica facinora Procopius Caesariensis octo libris narravit.

Anonymus in Chron. Vatic.

Προκόπιος Ἰλλούστριος Καισαρεὺς συνέγραψε τοὺς πολέμους Βελισαρίου τοῦ πατρικίου ἐν βιβλίοις ὀκτώ. Procopius Caesariensis Vir Illustris composuit historiam de bellis a Belisario Patricio gestis octo libris.

Niceph. Callist. lib. 17. *cap.* 10. A 19

Facta Iustiniani a Procopio Caesariensi eleganter admodum et docte in temporum suorum historia sunt conscripta. Quatuor autem volumina is ad antiquitatis stylum accedentia composuit: quorum unum Persica nominavit, in quatuor partes divisum opus: secundum pari

divisione Gotthica; quae scripta, bella ab ipso Iustiniano et Belisario in orbe Romano feliciter gesta complectuntur. Tertium Aedificia inscripsit, magnifice admodum commemorans, quae opera Iustinianus construxerit: templa scilicet, regias, oppida et urbes, pontes, atque alia ad publicum usum spectantia. Quartum opus retractatio est orationum, quas apud Iustinianum laudibus eum vehens habuit: quasi quaedam palinodia, seu recantatio minus recte ab eo dictorum.

Petrus Gyllius lib. 1. *de Bosporo Thracio cap.* 1.

Procopius restrictius Bosporum praefinire videtur in libro inscripto *περὶ τῶν ἀνεκδότων*; quem scripsit contra Iustinianum, contraque eius uxorem Theodoram. vide et lib. 3. cap. 4.

CLAUDII MALTRETI

PRAEFATIO

AD LIBROS DE AEDIFICIIS.

Animum expedi, Amice Lector, et ad longum iter accinge. Orbis Romanus, quam late patuit sub Iustiniano Augusto, obeundus est totus, excepta forte Italia. Se ducem offert Procopius Caesariensis, ubique notus. Tibi ipsum sequenti hospitia nusquam deerunt. Ubivis patebunt Imperatoris illius Aedificia: quae Scriptor hic adeo muniit, ut ea *non imber edax aut Aquilo impotens possit diruere, aut innumerabilis annorum series et fuga temporum* labefactare. Vide et mirare quantum adversus vetustatem bonae litterae valeant. Columnae, Porticus, Sacrae Aedes, Palatia, Pontes, Balneae, Castella, Oppida in foliis eruditis melius stant, quam ubi extructa quondam fuere opere solidissimo. Alibi vel foede mutila sunt, vel omnino nulla: hic nomen, situm formamque retinent. Quanquam visum est aliquando aevum scripta isthaec abolevisse. At cum diu latuissent in pulvere, extitere sensim, arcuum instar triumphalium: qui terra iam pridem obruti, paulatim reteguntur. Cum primum summa curvatura apparet, os aliquod effossi cadaveris videre te credas. Humo autem egesta ac solo purgato, decus molemque omnes suspiciunt, et suus honor monumento antiquitatis redditur. Eodem plane modo hi *περὶ κτισμάτων* libri, primum Basileae, subinde Parisiis editi ante annos 120. *) summa quaedam veluti fa-

[*) Videtur Francisci Cranveldii interpretationem Latinam dicere, quae Parisiis prodiit a. 1537. ex officina Christiani Wecheli. V. Fabric. B. Gr. vol. 7. p. 559. ed. Harl.]

stigia prodere coeperunt. Postea duplo ampliores prodiere studio atque opera Davidis Hoeschelii. Iam demum exhibemus integros, praeterquam duobus in locis, ubi admodum pauca librariis exciderunt. Huius beneficii primam originem positam audio in locupletissima Dn. SEGVIERII Illustrissimi Franciae Cancellarii Bibliotheca. Ibi MS. asservatur, cuius, ut ita dicam, propago est codex, unde textus Graecus Regiae huic editioni suppetiit. Eum ego codicem in Lectionibus variis Tolosanum iure appello; propterea quod doctissimi Philippi Iacobi Maussaci Tolosatis cura descriptus, post eius obitum, e manibus possessoris optimi ac spectatissimi Dn. Vitelli Senatoris dono transiit ad virum Clarissimum Bernardum Medonium. Qui ut privatum munus publicum faceret, mihi, amico veteri multisque obstricto beneficiis ipsum benignissime obtulit. Ego vero accepi, et accepisse laetor eo magis, quo melius novi praestantem eius humanitatem, doctrinam, atque ingenium. Caeterum moneo non ita me usum eiusmodi MS. ut nunquam ad editionem Augustanam respexerim. Immo semper illam ante oculos habui, ac sicubi meliora obtulit, excepi lubens, contextuique inserui. Quidquid discriminis fuit, id in lectionibus variis reperies. Addo, lecturum te in his libris, quaecunque inedita retulit ex Procopio Petrus Gyllius in Topographia CP. Procul dubio codicem nactus erat vir eruditus nostro similem. Ac forte eo ipso usus est, quem habet Illustrissimus Cancellarius, et olim habuisse dicitur Illustr. ac Reverend. Cardinalis Armaniacus, cuius Bibliothecae Gyllius praefuit. Tenere te, Lector, diutius nolo. Procopius invitat: i, sequere; bonis avibus ingredere viam: Iustiniani aedificia obi: singula diligenter inspice. Vale.

PRAEFATIO
GUILIELMI DINDORFII.

Quum librarii rationes diutius differri huius voluminis editionem non paterentur, omissis codicum Vaticanorum aliorumque collationibus, nondum absolutis, ceterisque quae ei destinatae erant accessionibus et indice Graeco quali hic scriptor non indignus mihi videbatur paullo pleniore, opera nostra angustioribus quam solemus finibus est circumscripta: de quo paucis dicemus.

Historiae arcanae librum, quem falluntur qui scriptum a Procopio esse negant, primus edidit Nicolaus Alemannus Lugduni a. 1623. codicibus usus Vaticanis duobus amplisque additis annotationibus, quas locis non paucis ex schedis Alemanni auxi et correxi. Alemannus enim novam, ut videtur, editionem meditatus, veteris exemplar correctionibus suis, partim ex codice Mediolanensi ductis, et additamentis auctum reliquit, quod in bibliotheca Barberiniana asservatur. Ea omnia aliud in exemplar eiusdem editionis ab se transscripta cum L. Elzevirio olim communicavit Lucas Holstenius *): cuius libri usum nos Gaudoeveri, Academiae Rheno-Traiectinae doctoris clarissimi, benevolentiae debemus. Proxima Alemanno, sed vix digna memoratu editio Ioannis Eichelii est (Helmstadii a. 1654.), verbosis onerata annotationibus. Alemanni editionem integram in suam transtulit Maltretus, textus Graeci vitiis plurimis sublatis duorum ope codicum, Segueriani et Mediolanensis, de quibus dixit in prae-

*) Conf. Holstenii epist. ad Elzevir. p. 263. ed. Boisson.

fatione p. V. Maltreti editionem brevibus auctam annotationibus repetivit I. Conradus Orellius, Lipsiae a. 1827. insertis famosis de Theodorae libidine locis, qui a prioribus editoribus suppressi ex codice Vaticano editi sunt in Menagianis vol. 3. p. 255. et seqq. Ego eorundem usus sum apographo Holsteniano.

Reiskii in Historiam arcanam emendationes, mense Februario a. 1751. perscriptas, quae multa utilia continent, de margine exemplaris Alemanniani, quod post mortem Reiskii in bibliothecam regiam Havniensem est illatum, meos in usus descripsit O. D. Blochius.

Libros sex de Aedificiis Iustiniani ex codice et vitioso admodum et lacunoso Conradi Peutingeri primum edidit Hervagius Basileae a. 1531. curante Beato Rhenano, post Hervagium Historiarum libris octo adiunxit Davides Hoeschelius, libris adhibitis duobus, altero Friderici Lindenbrogii, editioni Basileensi simillimo, altero ab Carolo Labbaeo ex veteri codice transscripto, quem licet longe integriorem editione Basileensi fuisse appareat, tamen ipse quoque omni vitiorum genere inquinatus locisque plurimis est defectus: longe emendatius Maltretus, duorum quidem ille, sed parum accurate usus codicum lectionibus, Vaticani et, quem Tolosanum propter rationem in praefatione ab se expositam vocavit, Segueriani. Ego quum idoneis ad hos libros pertractandos codicum praesidiis essem destitutus, Maltreti secutus sum editionem, levioribus quibusdam vitiis correctis, raro Hoeschelianam memoravi. Brevis horum librorum epitome exstat in codice regio Parisino 1941. cuius passim ab me mentio facta est in annotatione litera C designati.

Indices Latinos ab homine confectos verborum non parco ex editione Maltreti repeti numerosque paginarum ad nostram editionem accommodari curavit librarius.

ΠΡΟΚΟΠΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΩΣ

Α Ν Ε Κ Δ Ο Τ Α.

ARGUMENTUM
HISTORIAE ARCANAE.
EX EUAGRIO 4, 30.

Ὁ Ἰουστινιανὸς ἦν μὲν χρημάτων ἄπληστος καὶ τῶν ἀλλοτρίων οὕτως ἐκτόπως ἐραστής, ὡς καὶ τὸ ὑπήκοον ἅπαν χρυσίου πιπράσκειν τοῖς τε τὰς ἀρχὰς ἐπιτροπεύουσι τοῖς τε τοὺς φόρους ἐκλέγουσι καὶ τοῖς ὅσοι ἀπ' οὐδεμιᾶς αἰτίας ῥάπτειν ἐπιβουλὰς τοῖς ἀνθρώποις ἐθέλουσι. πολλοὺς δὲ καὶ ἀναρίθμους τῶν τὰ πολλὰ κεκτημένων προφάσεις ἀπροφασίστους ἐπιχρίσας τὰς οὐσίας ἁπάσας ἐζημίωσεν. ἦν δὲ καὶ γυνὴ ἑταιριζομένη ἐποφθαλμίσασά τῳ ὁμιλίαν τινὰ ἢ μῖξιν ἀνέπλασεν, εὐθὺς ἅπαντα φροῦδα τὰ τῶν νόμων καθίστατο, καὶ τὸν Ἰουστινιανὸν προσεταιρισαμένη τοῦ ἀτόπου κέρδους ὅλον τὸν πλοῦτον συκοφαντηθέντος οἴκοι μετεσκευάσατο. καὶ ἀφειδὴς δὲ χρημάτων ὑπῆρχεν, ὥστε καὶ πολλοὺς ἁγίους καὶ ἑκασταχοῦ ναοὺς μεγαλοπρεπεῖς ἀναστῆσαι, ἄλλους τε εὐαγεῖς οἴκους εἰς ἐπιμέλειαν ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν ἀώρων τε καὶ ἐξώρων καὶ τῶν ὑπὸ νοσημάτων ποικίλων

In Iustiniano tam inexplebilis fuit pecuniae cupiditas et tam turpis atque adeo absurda rerum alienarum appetitio, ut omnia subiectorum bona his, qui magistratus administrabant, qui tributa colligebant, qui nulla de causa insidias hominibus struere volebant, ob auri amorem vendiderit. Complures, immo vero innumerabiles, qui multa bona possidebant, causa falsa commentitiaque conficta omnibus fortunis mulctavit. Quod si quae meretrix oculos cupiditatis ad alicuius bona adiiciens, consuetudinem se ullam cum eo, vel coniunctionem habuisse simularet, statim omnia iura ac leges, modo Iustinianum turpis lucri socium constitueret, eius causa eversae iacuerunt, facultatesque omnes illius, qui falso in crimen adductus erat, fuerunt in eius domum translatae. Erat porro tam largus in pecunia eroganda, uti multa et magnifica templa in diversis locis extrueret, magnamque seorsum colligeret a suis pecuniarum

ἐνοχλουμένων συντάξεις τε μεγάλας ἀποκληρῶσαι, ὅθεν δέοι ταῦτα γίνεσθαι, πρᾶξαί τε καὶ ἄλλα μυρία εὐσεβῆ καὶ θεῷ ἀρέσκοντα, εἴπερ ἐξ οἰκείων δρῷεν οἱ τούτων ἐργάται καὶ καθαρὰς τὰς σφῶν πράξεις καρποφοροῖεν.

Ibidem 32.

Εἰπεῖν δὲ δεῖ καὶ ἕτερον τῶν Ἰουστινιανοῦ πᾶσαν θηριώδη γνώμην ἐκβαῖνον, εἴτε δὲ φύσεως ἁμαρτίᾳ εἴτε δειλίας τε καὶ φόβων ἔγγονον, οὐκ ἔχω λέγειν, ἐκ τῆς δημώδους στάσεως τοῦ νίκα τὴν ἀρχὴν ἕλκον. ἐδόκει γὰρ θατέρῳ τῶν μερῶν, τῶν κυανέων φημὶ, ἀτεχνῶς προσκεκλίσθαι ἐς τοσοῦτον ὥστε καὶ μιαιφονίας αὐτοὺς ἐν μέσῃ ἡμέρᾳ καὶ ἐν μέσῃ τῇ πόλει ἐργάζεσθαι τῶν ἀπ' ἐναντίας, καὶ μὴ μόνον ποινὰς μὴ δεδιέναι, ἀλλὰ καὶ γερῶν ἀξιοῦσθαι, ὡς πολλοὺς ἀνδροφόνους ἐντεῦθεν γενέσθαι. ἐξῆν δὲ αὐτοῖς καὶ τοῖς οἴκοις ἐπιέναι, καὶ τὰ ἐναποκείμενα κειμήλια ληίζεσθαι, καὶ τοῖς ἀνθρώποις τὰς σφῶν πιπράσκειν σωτηρίας. καὶ ἤν τις τῶν ἀρχόντων εἴργειν ἐπειράθη, περὶ τὴν σωτηρίαν ἐκινδύνευεν. ὅθεν ἀμέλει εἷς τις τὴν ἑῴαν ἐπιτροπεύων ἀρχὴν, ἐπεὶ ἐνίους τῶν νεωτεριζόντων νεύροις ἐσωφρόνισεν, ἀνὰ τὸ μεσαίτατον τῆς πόλεως νεύροις ᾐκίσθη τε καὶ περιηνέχθη. Καλλίνικος δὲ τῶν Κιλίκων ἡγούμενος δύο ἀνδροφόνω Κίλικε, Παῦλον καὶ Φαυστῖνον, ἐπελθόντε οἱ καὶ διαχρήσασθαι βουλο-

vim, unde ista perficerentur, quae sane pia Deoque accepta essent, si modo vel ille, vel alii qui talia moliuntur, de suis ipsorum bonis efficienda curarent, suaeque vitae actiones vacuas a sceleris labe tanquam hostiam Deo offerrent.

Ibidem 32.

De alio item Iustiniani facto mihi dicendum est, quod quidem sive ex naturae vitio, sive ex formidine et timore ortum sit, non habeo dicere; eius tamen generis fuit, ut omnem belluinam immanitatem longe superaret. Duxit autem initium ab ea seditione populari, quam Nica, hoc est Vince, vocant. Placuit Iustiniano ita vehementer in alteram factionem eorum qui Veneti dicuntur, animo propendere, ut impune possent ipso meridie in media civitate adversarios trucidare, et non modo non poenas metuerent, verum etiam dignarentur honoribus: adeo ut inde multi homicidae existerent. Licebat autem illis in aedes alienas irrumpere, thesauros diripere in illis reconditos, hominibus suam ipsorum salutem ac vitam divendere: et si quis Magistratus illos cohibere moliretur, suo ipsius capiti creavit periculum. Unde certe vir quidam qui gessit in Oriente Magistratum, quoniam nonnullos eorum qui rebus novis studebant, nervis coërcere voluit, quo modestiores efficerentur, per mediam urbem circumductus fuit, nervisque graviter caesus. Callinicus porro Praefectus Ciliciae, cum duo Cilices, Paulus et Faustinus, homi-

μένω, ἐπεὶ ταῖς ἐκ νόμων ποιναῖς ὑπέθηκεν, ἀνεσκολοπίσθη, ποινὴν ὑπὲρ ὀρθῆς συνέσεως καὶ τῶν νόμων ταύτην καταλαβών. ἐντεῦθεν οἱ θατέρου μέρους τὰ οἰκία πεφευγότες, καὶ πρὸς οὐδενὸς ἀνθρώπων δεξιούμενοι, ἀλλὰ καὶ ὡς ἄγη πάντοθεν ἐλαυνόμενοι, τοῖς ὁδοιποροῦσιν ἐφήδρευον, λωποδυσίας τε καὶ μιαιφονίας ἐργαζόμενοι καὶ πάντα πλήρη θανάτων ἀώρων, λεηλασίας τε καὶ τῶν λοιπῶν ἀτοπημάτων εἶναι. ἔστιν δὲ οὗ πρὸς τὰ ἐναντία μεταχωρήσας καὶ αὐτοὺς διεχρήσατο, τοῖς νόμοις ἐκδούς, οὓς ἀφῆκεν ἀνὰ τὰ ἄστη ἀνοσιουργεῖν βαρβάροις ἴσα. καὶ τὰ μὲν περὶ τούτων λεπτομερῶς λέγειν κρεῖττον καὶ λόγου καὶ χρόνου. ἀπόχρη δὲ ταῦτα τεκμηριῶσαι καὶ τὰ ἐπίλοιπα.

EX IOANNE ZONARA.

Ἄρξαντος Ἰουστινιανοῦ οὐκ εἰς μοναρχίαν ἡ βασιλεία κατέστη, ἀλλ' εἰς διπλοῦν τὸ κράτος μεμέριστο. οὐδὲν γὰρ ἧττον τοῦ κρατοῦντος, εἰ μὴ καὶ μᾶλλον, ἡ κοινωνὸς αὐτῷ τοῦ βίου δεδύνητο. ἦν δὲ οὗτος ὁ βασιλεὺς ῥᾷστος μὲν πρὸς ἔντευξιν καὶ ἀναπεπταμένας εἶχε τὰς ἀκοὰς πρὸς διαβολάς, ὀξὺς δὲ πρὸς ἄμυναν, ἀφειδὴς πρὸς χρημάτων ἐξάντλησιν, καὶ πρὸς συλλογὴν αὐτῶν ἀφειδέστερος. τὰ μὲν γὰρ ἀνήλισκε πρὸς οἰκοδομάς, τὰ δὲ ἵν' αὐτῷ κατορθοῖντο ὅσα οἱ ἐτύγχανε πρὸς βουλῆς, τὰ δὲ

3. *οἰκία*] *οἰκεῖα* P.

cida uterque in eum impetum facerent, occidereque in animo haberent, quoniam poena ex legibus constituta eos mulctavit, in crucem actus est, hocque supplicio pro recta conscientia et legum observatione affectus. Inde factum est, ut qui alterius erant factionis cum a domiciliis suis fugissent, et a nemine usquam exciperentur hospitio, sed velut scelera ubique exagitarentur, tendere insidias viatoribus, compilare, caedes facere coeperint, usque eo ut omnia loca nece immatura, direptione, et reliquis id genus maleficiis redundarent. Interdum animo in contrariam sententiam mutato, eius generis homines interfecit, legumque permisit potestati etiam eos quos ante passus fuisset more Barbarorum in civitatibus impia scelera consciscere. Sed ad ista singillatim persequenda mihi nec tempus suppetit nec facultas dicendi. Atque ea, quae diximus, satis esse poterunt ad coniecturam de reliquis eius facinoribus faciendam.

EX IOANNE ZONARA.

Iustiniano principatum adepto, non unius, sed duorum potestas fuit, cum uxor eius non minus ipso, ac potius plus posset. Fuit hic Imperator aditu facilis, ad poenam irrogandam aeque promptus atque ad crimina audienda; pecuniam et temere profudit, et per fas ac nefas comparavit; aliam in aedificia, aliam ad exequenda consilia sua, aliam in

εἰς πολέμους καὶ τὰς πρὸς τοὺς ἀνθισταμένους ταῖς αὐτοῦ θελήσεσιν ἔριδας. ὅθεν ἀεὶ χρημάτων δεόμενος, ἐξελέγετο ταῦτα ἐκ τρόπων οὐκ εὐαγῶν, καὶ χάριτας ᾔδει τοῖς προφάσεις αὐτῷ τοῦ ἀργυρολογεῖν ἐφευρίσκουσι. καὶ οὐχ ὁ μὲν οὕτω διέκειτο, ἡ δὲ βασιλὶς ἠλαττοῦτο κατά τι τοῦ αὐτοκράτορος ἢ πρὸς ἐξουσίαν, ἢ πρὸς χρημάτων κτῆσιν ἐκ τρόπου παντός. ἐδύνατο γὰρ πολλῷ τῷ μέσῳ τοῦ ξυνευνέτου ἐπέκεινα. ἦν δὲ καὶ ποριμωτάτη πρὸς εὕρεσιν καινοτέρων καὶ πολυτρόπων ἐπινοιῶν. ἐντεῦθεν τοῖς ὑπηκόοις διχόθεν αἱ συμφοραί· οἵ τε γὰρ ἐτήσιοι δασμοὶ ἐπὶ μεῖζον ἐξήροντο καὶ καινοὶ προσεπινενόηντο, καὶ οἱ μὲν ὡς μὴ περὶ τὴν εἰς τὸ θεῖον δόξαν ὀρθῶς διακείμενοι, οἱ δὲ ὡς ἀκολάστως βιοῦντες ἢ ἀσελγῶς ἐκολάζοντο καὶ τὰς περιουσίας ἀφήρηντο, οἱ δὲ διὰ τὰς πρὸς ἀλλήλους διαφοράς, καὶ ἄλλοι ἐξ ἄλλων τρόπων καὶ ἕτεροι ἐξ ἑτέρων. πάντας γὰρ ἀπαριθμεῖν μακρᾶς ἂν δέοιτο ξυγγραφῆς.

rem bellicam, et contentiones eorum, qui voluntati ipsius adversabantur, insumendo. Ita factum, ut cum pecunia semper egeret, eam rationibus parum honestis compararet, ac gratiam haberet iis, qui colligendi argenti vias ostenderent. Neque vero ille sic affectus erat; Imperatrix vero illi sive licentia, sive quovis modo faciendae pecuniae solertia cedebat. Sed et maritum longo intervallo potentia superabat, et novos, eosque varios quaestus ingeniosissime reperiebat. Hinc subditi gemino onere premebantur. Nam et annua tributa exaggerebantur, et nova excogitabantur. Alii, ut perperam de religione sentientes mulctabantur: alii ut immodeste et petulanter viventes opibus privabantur: alii ob contentiones inter sese: alii denique aliis de causis; quae omnes breviter recenseri nequeunt.

ΠΡΟΚΟΠΙΟΥ ΑΝΕΚΔΟΤΑ. P 1

PROCOPII ANECDOTA.

ARGUMENTUM.

EX EDITIONE MALTRETI.

Antoninae genus et educatio. Belisario nupta dedit se adulteriis. Caede Silverii Papae Theodoram Aug. sibi conciliat. Eius flagitia cum Theodosio adolescente. Deprehenditur a Belisario: in delatores saevit: Photium filium suum insidiis petit. Theodosius fit Ephesi monachus. (Cap. 1.) *Belisarius adversus Chosroem mittitur. Photium privignum suum hortatur ad necem Theodosii, ad Antoninam reversi. Res Orientis, et in his culpa Belisarii. Ex epistola Theodorae Aug. ansam Chosroes carpendi Romanos arripit.* (2.) *Antoninam Belisarius in custodiam dat. Theodosius Antoninae amasius in templum confugit. Belisarius Byzantium revocatur. Photius Theodosium in vincla coniicit. Theodora in amicos Belisarii saevit: Theodosium Senatorem ad praesepium damnat: Antoninae Theodosium amasium reddit: Photium habet in carcere: asylum violat. Elabitur Photius monitu Zachariae prophetae in somnis visi. Fit monachus.* (3.) *Ob prolatam temere vocem, aegrotante Iustiniano, Buzes in carcerem subterraneum coniicitur. Exauctoratur Belisarius. Indigna passum, tandem Theodora Antoninae condonat. Ioannina Belisarii filia Anastasio spondetur. Altera Belisarii in Italiam expeditio, infelix. Fortuna nihil aliud nisi divina providentia.* (4.) *Avaritia Belisarii in Italia: ab eo Ioannes se abalienat. Italiam Belisarius afflictam relinquit. Nuptiarum conciliatrix turpissima. Belisarius uxorius. Sergii perfidia ac crudelitas in Legatos. Solomon Pegasium, a quo pie monebatur, occidit: ab Imperatore absolutus, a Deo plectitur.* (5.) *Iustini senioris genus et patria. Cum esset Praetorianus, mortem evasit, Ioanne in somnis monito, ne illum occideret. Praetorianis ab Anastasio praeficitur. Fit Imperator, quamvis analphabetus. Nova subscribendi ars. Lupicina Iustini uxor. Iustiniani ingenium. Auctor caedis Amantii ac Vitaliani.* (6.) *Factionum Circi licentia egregie describitur. Novitas in cultu corporis. Latrocinia ac caedes. Exarmatae Leges. Libido vaga. Uxoris mira in maritum fides. Iustiniani reprehensio.* (7.) *Iustinianus asino similis. Aerarium exhaurit: inanas moles in mari substruit: pecuniae quaerendae viam init iniustam: forma corporis Domitianum refert. De statua Domitiani narratio parum hactenus nota. Iustiniani mores, sane pessimi.* (8.) *Theodorae genus obscurissimum: turpissima educatio: infamis corporis quaestus. Amasia Iustiniani. Theodotus Cucurbitinus*

iniquissime habitus. Uxor Iustini non sinit Iustiniano nubere Theodoram. Iustini lege Senatoribus connubia cum scenicis ac meretricibus permissa. Quo die ad Imperium accitus Iustinianus. (9.) *Auctoris iudicium de Iustiniani matrimonio cum Theodora. Quae forma corporis Theodorae. Eius consensio cum Iustiniano.* (10.) *Iustinianus nihil non mutat, ut nomen suum propaget, illud rebus multis indendo. Pecuniam profundit: sua prodigentia Barbaros allicit. Avaritiae causa Haereticos exagitat. Montanistarum horrenda desperatio. Samaritani ad Christum conversi, maximam partem ad Manichaeos et Polytheos deficiunt. Rustici Samaritani cum suo Rege caesi. Persequitur Iustinianus Gentiles, turpes puerorum amatores, et Astrologos.* (11.) *Insignis fraus in Zenonem, in alios Senatores, et in Ioannem Edessenum. Iustinianus ac Theodora Daemones habiti. Iustinianus a Daemone fertur genitus: visus sine capite ambulare. Mira Monachi visio. Iustinianus non cibo, non somno, sed Veneri deditus. Rem cum Lemuribus habet Theodora. Eius somnium.* (12.) *Iustiniani lenitas affectata: ira in supplices: favor impensus sacerdotibus: qualis pietas: consensio cum Theodora: levitas. Triboniani assentatio. Iustiniani amor et odium: avaritia: pretio fixae et refixae leges. Quinam illi carissimi. Eius perfidia. Ieiunia.* (13.) *Iustiniani barbaries. Iniqua iudicia. Nihil Senatui nisi nomen relictum. Pondera librae Themidis, aurum. Referendarii munus. Praetoriani extorquent iudicia. Leo Cilix auctor vendendi iuris.* (14.) *Theodorae crudelitas: cura corporis: fastus: pedum oscula: calumniae: saevitia: ignominiosa iniuria in Patricium: secessus in Heraeum.* (15.) *Theodora Amalasunthae parat exitium. Ad id Petrum inducit. Prisco insidiatur. Areobindum famulum pessime habet. Basianum crudelissime necat. Exagitat Diogenem. Theodorum torquet.* (16.) *Theodora in crucem agit Praefectum, quod Venetum damnarit. Meretrices ad meliorem frugem adigit. Nobiles feminas vexat. Ioannem filium suum nothum occidit. Mulieribus adulteris patrocinatur. Episcopos et Magistratus creat. Matrimonia nobilium curat. Saturnino meretricem despondet, et querentem illum, ceu puerum, flagro excipit. Acta in Ioannem Cappadocem.* (17.) *Clades a Iustiniano Orbi illatae. Africana calamitas. Belisarius male ex Africa revocatus. Italiae clades. Fines Imperii Gotthici. Incursiones Barbarorum in Europam. Saracenorum ac Persarum irruptiones. Iustinianus bellorum auctor. Praepostere Theologus. Strages civiles. Inundationes fluminum. Terrae motus. Pestilentia.* (18.) *Somnium de Iustiniani avaritia. Relictas ab Imp. Anastasio opes profundit. Subditos expilat: in Barbaros prodigus.* (19.) *Praefectus Vaenalitiis. Instituta monopolia. Praetor plebis et Quaesitor nove creati. Deformata Quaestura. Triboniano succedit Iunilus: huic Constantinus. Utriusque mores.* (20.) *Aërium tributum. Rapacitas Praefectorum Praet. Phocae et Bessi integritas. Praefecturae locatae pretio. Lex de Praefecturis gratis dandis. Magistratus conductitii. Scelerati Reip. praefecti. Barbaris data grassandi copia.* (21.) *Ioanni Cappadoci Praefecto Praetorio subrogatur Theodotus: huic Petrus Barsames. Eius scelera. Collector. Frumenti putridi distributio. Petrus Theodorae carissimus ob Magiae peritiam. Iustiniani levitas. Petrus aerario praeficitur. Nummus aureus diminutus.* (22.) *Sublata vectigalium condonatio. De Annona, Impositione, ac Descriptione. Barbarorum Byzantii agentium multitudo.* (23.) *Vexati milites. Triplex eorum ordo. Quam inique a Logothetis habiti. Milites limitanei. Scholarii. Supernumerarii. Domestici et Protectores. Quinquennale donativum sublatum.* (24.) *Vexati institores. Nummularii. Sericarii. Serici pretium.* (25.) *Iacent Causidici: Medici et liberalium disciplinarum magistri. Sublata spectacula: sublati Consules. Pauperum vexatio. Romae Praetorianis relictum a Theodorico stipendium, itemque frumentum pauperibus D. Petri. Haec*

Alexander Forficula resecat. Avertit Hephaestus assignatam a Diocletiano pauperibus Alexandrinis annonam. (26.) *Rhodo Alexandriae Praefectus Pauli eiusdem urbis Antistitis impulsu et Iustiniani iussu Psoem Diaconum necat. Sententia Vigilii Papae Paulus deiicitur solio. Iustinianus Rhodonem, Theodora Arsenium capite plectunt. Vigilii constantia. Faustinus Samarita reus ab Imp. absolvitur.* (27.) *Priscus Emesenus falsarius. Praescriptio centenaria Ecclesiis data. Longinus Prisci fraudem deprehendit. Hebraeos vexat Iustinianus.* (28.) *Iustiniani dissimulatio rixam gravissimam parit. Eudaemonis et Euphratae haereditates occupat. Lex de haeredibus Senatorum. Iniqua Iustiniani sententia. Praesente illectus pecunia nec Venetis favet.* (29.) *Quae olim ratio cursus publici. Sublati a Iustiniano Veredarii plurimis in locis, et Exploratores. Eius ridiculum. Salutandi Imperatoris et Augustae mos. Regiae frequentia.* (30.)

V 279 A 1 Ὅσα μὲν οὖν Ῥωμαίων τῷ γένει ἔν τε πολέμοις ἄχρι δεῦρο ξυν-
ηνέχθη γενέσθαι, τῇδέ μοι δεδιήγηται, ᾗπερ δυνατὸν ἐγεγόνει
τῶν πράξεων τὰς δηλώσεις ἁπάσας ἐπὶ καιρῶν τε καὶ χωρίων ἐπι-
τηδείων ἁρμοσαμένῳ· τὰ δὲ ἐνθένδε οὐκ ἔτι μοι τρόπῳ τῷ εἰ-
ρημένῳ ξυγκείσεται, ἐπεὶ ἐνταῦθα γεγράψεται πάντα, ὁπόσα δὴ
τετύχηκε γενέσθαι πανταχόθι τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς. αἴτιον δέ,
ὅτι δὴ οὐχ οἷόν τε ἦν περιόντων ἔτι τῶν αὐτὰ εἰργασμένων ὅτῳ
P 2 δεῖ ἀναγράφεσθαι τρόπῳ. οὔτε γὰρ διαλαθεῖν πλήθη κατασκό-
πων οἷόν τε ἦν οὔτε φωραθέντα μὴ ἀπολωλέναι θανάτῳ οἰκτί-
στῳ· οὐδὲ γὰρ ἐπὶ τῶν συγγενῶν τοῖς γε οἰκειοτάτοις τὸ θαρρεῖν
εἶχον. ἀλλὰ καὶ πολλῶν τῶν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις εἰρημέ-
νων ἀποκρύψασθαι τὰς αἰτίας ἠναγκάσθην. τὰ τότε δ' οὖν
τέως ἄρρητα μείναντα καὶ τῶν ἔμπροσθεν δεδηλωμένων ἐνταῦθά
μοι τοῦ λόγου τὰς αἰτίας σημῆναι δεήσει. ἀλλά μοι εἰς ἀγώνισιν

4. ἐνθένδε Alem. Vulgo ἐνθάδε. 7. ὅτι δὴ] δὴ om. P. 8. δεῖ] δὴ A (i. e. editio Lugdunensis Alemanni). *ibid.* πλήθη κατασκόπων — προγεγενημένων (p. 11, 18.)] „Exordium parte maxima mutilum in editione Lugdunensi hic damus integrum ex MS. cod. Mediolanensi.“ Malt. πλ * οἷόντε ἦν, οὔτε φωραθέντων μὴ ἀπολωλέναι θανάτῳ οἰκτίστῳ. ὁ * συγγενῶν τοῖς γε οἰκειοτάτοις τὸ θαῤῥεῖν εἶχον. * ἀλλὰ καὶ πολλῶν τῶν ἐν * εἰρημένων ἀποκρύψασθαι τὰς αἰτίας ἠναγκάσθην. τότε δ' οὖν * καὶ τῶν ἔμπροσθεν δεδηλωμένων ἐντ * ἀλλά μοι ἐς ἀγώνισιν ἑτέραν ἰόντι * θεοδώρᾳ βεβιωμένων, βα * ξυμβαίνει, ὅτι δή μοι τὰ * φανησόμενα τοῖς ὅπι * παλαιοτέραν τὴν ἀκοη * * εὔπορος ὑπὸ ἀμαθίας ἢ ἐς τῶν ο γεγενημένων A. 12. ἠναγκάσθην] ἠναγκάσμην apogr. Holst. 13. ἄρρητα apogr. Holst. ἀπόῤῥητα P.

Romanae genti quae ad hanc ferme diem in bellicis expeditionibus accidere, ita plane narravi, ut rerum gestarum eventus suis quique temporibus ac locis, quoad eius fieri potuit, disponerentur. Nunc reliqua haud libet simili ratione distinguere, cum in hunc locum coniicere sit animus quae sparsim in ditione Romana contigere. Huiusce vero consilii eam habeo causam, quod illa scribere qua maxime ratione oportuisset, nequaquam expedire tum mihi videbatur, cum etiamnum superstites forent, qui ea perpetrassent. Certe latere ipse diutius non potuissem exploratores passim dispositos; neque supplicio crudelissimo non interire, si deprehensus fuissem: quando nec sanguine propinquis fidere tuto poteram. Quin et multorum, quae in superioribus libris memoriae prodidi, silere causas coactus sum. Quare meum erit officium in hac parte hi-

ἑτέραν ἰόντι χαλεπήν τινα καὶ δεινῶς ἄμαχον τῶν Ἰουστινιανῷ τε
καὶ Θεοδώρᾳ βεβιωμένων βαμβαίνειν τε καὶ ἀναποδίζειν ἐπὶ πλεῖ-
στον ἐκεῖνο διαριθμουμένῳ ξυμβαίνει, ὅτι δή μοι ταῦτα ἐν τῷ B
παρόντι γεγράψεται τὰ μήτε πιστὰ μήτε εἰκότα φανησόμενα τοῖς A 2
ὄπισθεν γενησομένοις, ἄλλως τε ὁπηνίκα ἐπὶ μέγα ῥεύσας ὁ χρό-
νος παλαιοτέραν τὴν ἀκοὴν ἀπεργάσεται, δέδοικα μὴ καὶ μυθο- V 280
λογίας ἀποίσομαι δόξαν κἀν τοῖς τραγῳδοδιδασκάλοις τετάξο-
μαι. ἐκείνῳ μέντοι τὸ θαρρεῖν ἔχων οὐκ ἀποδειλιάσω τὸν ὄγκον
τοῦ ἔργου, ὥς μοι οὐκ ἀμαρτύρητος ὁ λόγος ἐστίν. οἱ γὰρ νῦν
ἄνθρωποι δαημονέστατοι μάρτυρες τῶν πράξεων ὄντες ἀξιόχρεῳ
παράπομποι ἐς τὸν ἔπειτα χρόνον τῆς ὑπὲρ αὐτῶν πίστεως ἔσον-
ται. καίτοι με καὶ ἄλλο τι ἐς λόγον τόνδε ὀργῶντα πολλάκις ἐπὶ C
πλεῖστον ἀνεχαίτισε χρόνον. ἐδόξασα γὰρ τοῖς ἐς τὸ ἔπειτα γε-
νησομένοις ἀξύμφορον ἔσεσθαι τοῦτό γε, ἐπεὶ τῶν ἔργων τὰ πο-
νηρότατα μάλιστα ξυνοίσει ἄγνωστα χρόνῳ τῷ ὑστέρῳ εἶναι, ἢ
τοῖς τυράννοις ἐς ἀκοὴν ἥκοντα ζηλωτὰ γίνεσθαι. τῶν γὰρ κρα-
τούντων ἀεὶ τοῖς πλείστοις εὔπορος ὑπὸ ἀμαθίας ἡ ἐς τῶν προγε-
γενημένων τὰ κακὰ μίμησις, καὶ πρὸς τὰ ἡμαρτημένα τοῖς πα-
λαιοτέροις ῥᾷόν τε καὶ ἀπονώτερον ἐς ἀεὶ τρέπονται. ἀλλά με
ὕστερον ἐς τῶνδε τῶν ἔργων τὴν ἱστορίαν τοῦτο ἤνεγκεν, ὅτι δὴ
τοῖς ἐς τὸ ἔπειτα τυραννήσουσιν ἔνδηλον ἔσται ὡς μάλιστα μὲν

6. ἀπεργάσεται] ἀπεργάζεται apogr. Holst. 7. τραγῳδοδιδασκάλοις] Legebatur τραγῳδιδασκάλοις. *ibid.* τετάξομαι] τετάξωμαι apogr. Holst. 13. ἐδόξασα] ἐδόξαζον apogr. Holst. 14. ἀξύμφορον apogr. Holst. ἀσύμφορον P. 21. ὡς Alem. Vulgo ᾧ.

storiae, cum res silentio suppressas hactenus, tum earum, quae prius vulgatae sunt, causas edere. Sed aliud, molestum sane et difficillimum, repugnat; nimirum Iustiniani vita ac Theodorae, ad quam animum appellens, tremo, longissimeque retrahor hac cogitatione, ea me iam scriptorum, quae nec fide digna, nec verisimilia posteris videbuntur. Ac maxime cum harum rerum historiae longinquus temporis lapsus magnam vetustatem attulerit, vereor ne famam fabulatoris tum referam, et cum recitatoribus tragoediarum annumerer. At rursus me illud confirmat vetatque absterreri gravitate materiae, quod nonnisi testata narro. Nam qui hodie vivunt, certissimi actorum testes, satis habent auctoritatis, ut fidem, quam illa habent, in consequens aevum producant. Quanquam et quiddam aliud me ad haec literis mandanda saepe impulsum diutissime repressit. Ea nempe haud in rem fore posteritati censebam: cum multo magis expediat futuro tempore ignorari improbissime facta, quam, ubi ad tyrannorum aures pervenerint, imitanda illis videri. Eorum enim, qui rerum potiuntur, plerisque expedita semper via est ad sequenda stulte maiorum vitia: atque illi facilius promptiusque ad prava priscorum facinora dilabi solent. Me vero ad eas res historia prodendas in-

D καὶ τὴν τίσιν αὐτοὺς τῶν ἁμαρτανομένων περιελθεῖν οὐκ ἀπεικὸς εἴη, ὅπερ καὶ τοῖσδε τοῖς ἀνθρώποις ξυνηνέχθη παθεῖν· ἔπειτα δὲ καὶ ἀνάγραπτοι αὐτῶν αἱ πράξεις καὶ οἱ τρόποι ἐς ἀεὶ ἔσονται, ἀπ' αὐτοῦ τε ἴσως ὀκνηρότερον παρανομήσουσιν. τίς γὰρ ἂν τὸν Σεμιράμιδος ἀκόλαστον βίον ἢ τὴν Σαρδαναπάλλου καὶ Νέρωνος μανίαν τῶν ἐπιγενομένων ἀνθρώπων ἔγνω, εἰ μὴ τοῖς τότε γεγραφόσι τὰ μνημεῖα ταῦτ' ἐλέλειπτο; ἄλλως τε καὶ τοῖς τὰ ὅμοια πεισομένοις, ἂν οὕτω τύχοι, πρὸς τῶν τυράννων οὐκ ἀκερδὴς αὕτη παντάπασιν ἡ ἀκοὴ ἔσται. παραμυθεῖσθαι γὰρ οἱ δυστυχοῦντες εἰώθασι τῷ μὴ μόνοις σφίσι τὰ δεινὰ ξυμπεσεῖν. διά τοι ταῦτα πρῶτα μὲν ὅσα Βελισαρίῳ μοχθηρὰ εἴργασται ἐρῶν ἔρχομαι· ὕστερον δὲ καὶ ὅσα Ἰουστινιανῷ καὶ Θεοδώρᾳ μοχθηρὰ εἴργασται ἐγὼ δηλώσω.

P 3 α'. Ἦν τῷ Βελισαρίῳ γυνὴ, ἧς δὴ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις ἐμνήσθην, πάππου μὲν καὶ πατρὸς ἡνιόχων, ἔν τε Βυζαντίῳ καὶ Θεσσαλονίκῃ τὸ ἔργον τοῦτο ἐνδειξαμένων, μητρὸς

1. αὐτοὺς τῶν Alem. αὐτῶν A. τῶν P. 5. τὸν Σεμ. A. τὸν om. P. ibid. Σαρδαναπάλλου] Vulgo Σαρδαναπάλου. 6. ἀνθρώπων ἔγνω, εἰ μὴ] ἀνθρώπων * μὴ A. 7. καὶ τοῖς — πεισομένοις] καὶ * μένοις A. ibid. ταῦτ'] ταῦτα apogr. Holst. 9. παντάπασιν — λόγοις ἐρρήθη (p. 13, 15.)] πάντα * παραμυθεῖσθαι γὰρ οἱ δυστυχοῦντες εἰώθασι, τῷ μὴ μόνοις * τεῖν. διάτοι ταῦτα πρῶτα μὲν ὅσα βελισσαρίῳ μοχθηρὰ * ὕστερον δὲ καὶ ὅσα ἰουστινιανῷ καὶ θεοθώρᾳ μοχθηρὰ εἴργασται, ἐγὼ * δὴ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις, ἐμνήσθην πάππου * λονίκῃ τὸ ἔργον τοῦτο ἐνδειξαμένων. * τη τὰ πρότερα μᾶλλον τινὰ βιώσασα * νοις πολλὰ ὡμιληκυῖα καὶ * σαρίῳ γυνὴ γέγονε. μήτηρ ἤδη * * εἶναι. ξυγκαλύπτειν * * λόγος ἐῤῥήθη A. 12. ἐρῶν apogr. Holst. ἐρεῖν P.

duxit, quod qui tyrannidem in posterum exercebunt, facile sibi horum hominum exemplo persuadere poterunt, quae ipsos etiam malefactorum maneat animadversio. Deinde fortasse veriti ne vita moresque sui aeternae posterorum memoriae tradantur, haud ita ad peccandum praecipites erunt. Quotus enim quisque hominum, qui deinde vixerunt, perditam Semiramidis vitam, vel Sardanapali aut Neronis dementiam nosset, nisi haec historiis commendata fuissent? In primis, si qui forte iis, quae hic narrantur, similia a tyrannis olim patientur, illis non omnino inutile erit ista audire. Solent enim miseri eo se consolari, quod non soli sint, quibus acciderint calamitates. Quamobrem primo quidem quae Belisario flagitiose commissa, deinde quae Iustinianus ac Theodora scelerate gesserunt, ego narrabo.

1. Belisarii coniux, de qua feci in superioribus libris mentionem, avum quidem et patrem aurigas habuit, hanc artem Byzantii ac Thessalonicae professos, matrem vero ex earum numero, quae in thymele

δὲ τῶν τινος ἐν θυμέλῃ πεπορνευμένων. αὕτη τὰ πρότερα μάχλον τινὰ βιώσασα βίον καὶ τὸν τρόπον ἐξερρωγυῖα, φαρμακεῦσί τε πατρῴοις πολλὰ ὡμιληκυῖα, καὶ τὴν μάθησιν τῶν οἱ ἀναγκαίων ποιησαμένη, ἐγγυητὴ ὕστερον Βελισαρίῳ γυνὴ γέγονε, μήτηρ ἤδη παίδων γενομένη πολλῶν. εὐθὺς μὲν οὖν ἠξίου μοιχεύτρια τὸ ἐξ ἀρχῆς εἶναι, ξυγκαλύπτειν μέντοι τοὔργον τοῦτο ἐν σπουδῇ εἶχεν, ἐγκαταδυομένη τοῖς οἰκείοις ἐπιτηδεύμασιν, οὐδέ B τι πρὸς τοῦ ξυνοικοῦντος δειμαίνουσα δέος (οὔτε γάρ αἰδῶ τινα ἔργου ὁτουοῦν ἔλαβε πώποτε καὶ τὸν ἄνδρα μαγγανείαις πολλαῖς κατειλήφεν), ἀλλὰ τὴν ἐκ τῆς βασιλίδος ὑποπτεύουσα τίσιν. λίαν γάρ ἐς αὐτὴν ἡ Θεοδώρα ἠγριαίνετό τε καὶ ἐσεσήρει. ἐπεὶ δὲ αὐτὴν ἐν τοῖς οἱ ἀναγκαιοτάτοις ὑπουργήσασα χειροήθη πεποίηται, πρῶτα μὲν Σιλβέριον διαχρησαμένη τρόπῳ ᾧπερ ἐν τοῖς ὄπισθεν λόγοις εἰρήσεται, ὕστερον δὲ Ἰωάννην κατεργασαμένη τὸν Καππαδόκην, ὥσπερ μοι ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις ἐρρήθη, ἐνταῦθα δὴ ἀδειέστερόν τε καὶ οὐκ ἔτι ἀποκρυπτομένη ἅπαντα ἐξαμαρτάνειν οὐδαμῇ ἀπηξίου. C

1. τῶν τινος Suidas s. v. θυμέλη. Legebatur τῶν τινος τῶν. ibid. αὕτη — ὡμιληκυῖα] Suidas s. v. μάχλος, et partim s. v. ἐξερρωγυῖα et φαρμακεῖς. ibid. τὰ πρότερα] τὸ πρότερον Suidas. 2. καὶ τὸν] καὶ om. Suidas. 4. ἐγγυητὴ — ἐξῆς εἶναι] Suidas s. v. ἐγγυήσασθαι. ibid. Βελισαρίῳ] βελισσαρίῳ apogr. Holst. ibid. μήτηρ pone παίδων Suidas. 5. μὲν οὖν] μὲν om. Suidas. 6. ἐξ ἀρχῆς] ἐξῆς Suidas. ibid. μέντοι apogr. Holst. μὲν P. 7. ἐγκαταδυομένη] οὐ καταδυομένη apogr. Holst. correctum. ibid. οὐδέ — πώποτε] Suidas s. v. δειμαίνει. οὐδέ τι πρὸς τοῦ Suidas. οὐδὲ τὸ πρὸς τοῦ apogr. Holst. οὐδὲ τοῦ P. 8. γὰρ om. Suidas. 9. ὁτουοῦν om. Suidas. ibid. ἔλαβε] ἐλάμβανε Suidas. ibid. καὶ τὸν ἄνδρα μαγγανείαις πολλαῖς κατειλήφεν ex apogr. Holst. addidi. 11. ἡ Θεοδώρα] ἡ om. apogr. Holst. ibid. ἐσεσήρει Suidas s. v. ἐσεσήρεσαν. Legebatur ἐμεμήνει. 12. τοῖς οἱ] οἱ om. apogr. Holst. 13. ᾧπερ apogr. Holst. ὥσπερ P. 16. ἀδεέστερον] ἀσελγέστερον A. ibid. ἀποκρυπτομένη] ἀποκηρυττομένη Pm.

prostituunt pudicitiam. Ac prius illa vitae genus secuta impurissimum, dissoluta, cum veneficiis patriis versata diu, et apprime edocta quae ad res ipsius maxime faciebant, desponsa deinde Belisario fuit, cum iam multam sobolem suscepisset. Extemplo autem eam libido perpulit, ut in posterum esset adultera. Cumque in studia sua illa sese immergeret, factum quidem occulere nitebatur, non quod vereretur maritum: nam ipsam nullius unquam flagitii puduit et maritum multis iam praestigiis occupaverat: sed ne ab Augusta male multaretur: etenim Theodora in illam animo exasperata odio furebat. Postea vero quam Augustam mitigavit obsequio, et opera illi in summi momenti coeptis impensa, primum quidem vita eo modo, de quo postea, erepta Silverio, dein autem Ioanni Cappadoci illata, ut supra dixi, pernicie, intemperantius palamque peccare nihil pensi habuit.

Ἦν δέ τις νεανίας ἐκ Θρᾴκης ἐν τῇ Βελισαρίου οἰκίᾳ, Θεο-
δόσιος τοὔνομα, δόξης γεγονὼς ἐκ πατέρων Εὐνομιανῶν καλου-
μένων. τοῦτον, ἡνίκα ἐς Λιβύην ἀποπλεῖν ἔμελλεν, ἔλουσε μὲν
V 281 ὁ Βελισάριος τὸ θεῖον λουτρὸν καὶ χερσὶν ἀνελόμενος ἐνθένδε οἰ-
κείαις εἰσποιητὸν ἐποιήσατο ξὺν τῇ γυναικὶ παῖδα, ᾗπερ εἰσποιεῖ-
σθαι Χριστιανοῖς νόμος, καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἡ Ἀντωνίνα τὸν Θεοδό-
A 3 σιον, ἅτε παῖδα ὄντα ἱερῷ λόγῳ, ἠγάπα τε ὡς τὸ εἰκὸς κἀν τοῖς
D μάλιστα ἐπιμελομένη ὑφ' αὑτὴν εἶχεν. εἶθ' ὕστερον αὐτοῦ ἐρα-
σθεῖσα ἐκτόπως ἐν τῷ διάπλῳ τούτῳ καὶ κατακορὴς γεγονυῖα τῷ
πάθει ἀπεσείσατο μὲν θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων δέος
τε καὶ αἰδῶ ξύμπασαν, ἐμίγνυτο δὲ αὐτῷ τὰ μὲν πρῶτα ἐν πα-
ραβύστῳ, τελευτῶσα δὲ καὶ οἰκετῶν καὶ θεραπαινίδων παρόν-
των. κάτοχος γὰρ ἤδη τῷ πόθῳ τούτῳ γεγενημένη καὶ διαφα-
νῶς ἐρωτόληπτος οὖσα οὐδὲν ἔτι τοῦ ἔργου κώλυμα ἔβλεπε. καί
ποτε ὁ Βελισάριος ἐπ' αὐτοφώρῳ τὴν πρᾶξιν λαβὼν ἐν Καρχη-
P 4 δόνι ἐξηπάτητο πρὸς τῆς γυναικὸς ἑκών γε εἶναι. ὁ μὲν γὰρ
ἄμφω ἐν δωματίῳ καταγείῳ εὑρὼν ἐμεμήνει, ἡ δὲ οὔτε ἀποδει-
λιάσασα οὔτε καταδυσαμένη τῷ ἔργῳ τούτῳ, Ἐνταῦθα, ἔφη, τῶν

1. Βελισαρίου] βελισσαρίου A, quae ubique duplici σ utitur. 3. ἔλουσε — νόμος] Suidas. s. v. ἔλουσε, τὸν δὲ Εὐνομιανὸν ἔλουσε Β. τὸ θεῖον λουτρόν, χερσὶ δὲ οἰκείαις ἀνελόμενος εἰσποιητὸν ἐποιήσατο παῖδα —νόμος. 8. εἶθ' ὕστερον ἐρασθεῖσα αὐτῆς ἐν παραβύστῳ Suidas s. v. ἐκτόπως. 9. ἐκτόπως] ἐκτρόπως Pm inepte. *ibid.* γεγονυῖα] γενομένη Suidas s. v. κατακορής. 11. ἐμίγνυτο δὲ αὐτῷ] ἠράσθη αὐτοῦ Suidas s. v. ἐν παραβύστῳ. 13. τούτῳ] τούτου Suidas s. v. κάτοχος. 15. Βελισάριος] Βελισσάριος P hic et infra saepius. *ibid.* ἐπ' — ἑκών γε εἶναι] Suidas s. v. ἐπ' αὐτόπτῳ. 17. δωματίῳ] Vulgo δωματείῳ.

Adolescens nomine Theodosius, parentibus, qui cum Eunomianis sentirent, in Thracia natus, domi apud Belisarium versabatur: quem ipse iamiam in Africam transmissurus, divino lavacro lustratum suis exceperat manibus, et una cum uxore sua filium adoptaverat, quo Christiani more consueverunt liberos adsciscere. Ex eo Theodosium Antonina, quippe sacro ritu filium, amare, ut par erat, omnemque eius curam suscipere, dictoque audientem habere. Deinde vero ea navigatione in incredibilem adolescentis amorem incidit; quo penitus imbuta, omnem abiecit divinarum, humanarumque legum formidinem ac verecundiam. Cum eo principio quidem clanculum consuevit; denique inspectantibus etiam vernulis et ancillis; nam nihil suae libidini impedimento esse putavit, quando perdite amore capta, eo iam palam duceretur. Ipse Belisarius aliquando apud Carthaginem manifesto rem deprehendit, verum ab uxore delusus est non invitus. Nam ille subterraneo in cubiculo cum ambos una comperisset, pene furentis in modum commotus est. Antonina eam ob rem nec expavit, nec vitavit conspectum, sed, *huc*, inquit, *in*

λαφύρων τὰ τιμιώτατα σὺν τῷ νεανίᾳ κρύψουσα ἦλθον, ὡς μὴ ἐς βασιλέα ἔκπυστα γένηται. ἡ μὲν οὖν ταῦτα σκηπτομένη εἶπεν, ὁ δὲ ἀναπεισθῆναι δόξας ἀφῆκε, καίπερ τῷ Θεοδοσίῳ ἐκλελυμένον τὸν ἱμάντα ὁρῶν τὸν ἀμφὶ τὰ αἰδοῖα τὰς ἀναξυρίδας ξυνδέοντα. ἔρωτι γὰρ τῆς ἀνθρώπου ἀναγκασθεὶς ἐβούλετό οἱ τὴν τῶν οἰκείων ὀφθαλμῶν θέαν ὡς ἥκιστα ἀληθίζεσθαι. τῆς δὲ μαχλοσύνης ἀεὶ προϊούσης ἐς κακὸν ἄφατον οἱ μὲν ἄλλοι θεώμενοι B *τὰ πραττόμενα ἐν σιωπῇ εἶχον, δούλη δέ τις Μακεδονία ὄνομα ἐν Συρακούσαις, ἡνίκα Σικελίας ἐκράτησε Βελισάριος, ὅρκοις δεινοτάτοις τὸν δεσπότην καταλαβοῦσα, μή ποτε αὐτὴν τῇ κεκτημένῃ καταπροήσεσθαι, πάντα αὐτῷ λόγον ἐξήνεγκε, δύο παιδάρια* A 4 *πρὸς μαρτυρίαν παρασχομένη, οἷς δὴ τὰ ἀμφὶ τὸν κοιτῶνα ὑπηρετεῖν ἐπιμελὲς ἦν. ταῦτα μαθὼν Βελισάριος τῶν οἱ ἑπομένων τινὶ τὸν Θεοδόσιον ἐκέλευσε διαχειρίσασθαι. ὁ δὲ προμαθὼν εἰς Ἔφεσον φεύγει. τῶν γὰρ ἑπομένων οἱ πλεῖστοι τῷ ἀβεβαίῳ τῆς τοῦ ἀνθρώπου γνώμης ἡγμένοι ἀρέσκειν τὴν γυναῖκα μᾶλλον ἐν σπουδῇ εἶχον ἢ τῷ ἀνδρὶ δοκεῖν εὐνοϊκῶς ἔχειν, οἵ γε* C *καὶ τὰ σφίσιν ἐπικείμενα τότε ἀμφ' αὐτῷ προὔδοσαν. Κωνσταντῖνος δὲ Βελισάριον ὁρῶν περιώδυνον γεγονότα τοῖς ξυμπεσοῦσι, τά τε ἄλλα συνήλγει καὶ τοῦτο ἐπεῖπεν ὡς Ἔγωγε θᾶσσον ἂν τὴν γυναῖκα ἢ τὸν νεανίαν κατειργασάμην. ὅπερ Ἀντωνίνα μαθοῦσα, κεκρυμμένως αὐτῷ ἐχαλέπαινεν, ὅπως ἔγκοτα ἐνδείξηται τὸ εἰς*

4. *ξυνδέοντα*] *δέοντα* Suidas s. v. *ἀναξυρίς*. 14. *διαχρήσασθαι* Maltretus. 20. *Ἔγωγε*] Vulgo *ἐγώ τε*. 22. *ἔγκοτα*] *εἰκότως* Pm. *ἔγγιστα* Vat.

latebris pretiosissima quaeque spoliorum cum adolescentulo reconditura veni, ne qua istorum fama ad Caesarem perveniret. Isthaec illa quidem simulavit; hic autem rem et facile dissimulavit, et sibi persuaderi passus est; licet Theodosio ligulam, quae circa pudenda subnectit femoralia, solutam observasset. Nam mulieris victus benevolentia, maluit vera non esse credere, quae sibi oculorum etiam fide probarentur. Ita in dies gliscente in incredibile malum lascivia, caeteri quidem silentio flagitium inspectarunt, famula vero Macedonia nomine, post debellatam a Belisario Siciliam, Syracusis hero sanctissimi iurisiurandi fide primum obstricto, ne unquam Antoninae proderetur, totam ei fabulam detexit, datis praeterea testibus duobus a cubiculo famulis. Re comperta, Belisarius quibusdam ex stipatoribus suis necem imperat Theodosii; ille detectis insidiis Ephesum aufugit. Nam assectatores ingenii Belisarii mobilitate inducti malebant uxori gratum facere quam videri benevolentiam mariti aucupari. Quamobrem iussa contra Theodosium eidem prodidere. Constantinus hoc rerum casu vehementer Belisarii moerentis vicem condoluit, atque illud dictitavit: *Ego mulieri citius interitum quam adolescenti parassem.* Hoc audito Antonina, animo penitus abdito illi succensuit, ut eo gravius in eum acerbitatem evomeret. Nam erat ad

αὐτὸν ἔχθος. ἦν γὰρ σκορπιώδης τε καὶ ὀργὴν σκοτεινή. οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον ἢ μαγγανεύσασα ἢ θωπεύσασα πείθει τὸν ἄνδρα ὡς οὐχ ὑγιὲς τὸ κατηγόρημα τὸ ταύτης γένοιτο· καὶ ὃς Θεοδόσιον μὲν μελλήσει οὐδεμιᾷ μετεπέμψατο, Μακεδονίαν δὲ καὶ D τὰ παιδία τῇ γυναικὶ ἐκδοῦναι ὑπέστη. οὓς δὴ ἅπαντας πρῶτα τὰς γλώττας, ὥσπερ λέγουσιν, ἀποτεμοῦσα, εἶτα κατὰ βραχὺ κρεουργήσασα καὶ θυλακίοις ἐμβεβλημένη ἐς τὴν θάλατταν ὀκνήσει οὐδεμιᾷ ἔρριψε, τῶν τινος οἰκετῶν Εὐγενίου ὄνομα ὑπουργήσαντός οἱ ἐς ἅπαν τὸ ἄγος, ᾧ δὴ καὶ τὸ ἐς Σιλβέριον εἴργασται μίασμα. καὶ Κωνσταντῖνον δὲ οὐ πολλῷ ὕστερον Βελισάριος τῇ γυναικὶ ἀναπεισθεὶς κτείνει. τὰ γὰρ ἀμφὶ τῷ Πραισιδίῳ καὶ τοῖς ξιφιδίοις τηνικάδε ξυνηνέχθη γενέσθαι ἅπερ μοι ἐν τοῖς A 5 ἔμπροσθεν λόγοις δεδήλωται. μέλλοντος γὰρ τοῦ ἀνθρώπου ἀφίεσθαι, οὐ πρότερον ἀνῆκεν ἡ Ἀντωνίνα, ἕως αὐτὸν τοῦ λόγου P 5 ἐτίσατο, οὗπερ ἐγὼ ἀρτίως ἐμνήσθην. καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἔχθος μέγα περιεβάλλετο ὁ Βελισάριος ἔκ τε βασιλέως καὶ τῶν ἐν Ῥωμαίοις λογίμων ἁπάντων.

Ταῦτα μὲν οὖν τῇδε κεχώρηκε. Θεοδόσιος δὲ οὐκ ἔφη ἐς Ἰταλίαν ἀφίξεσθαι οἷός τε εἶναι, ἵνα δὴ τότε διατριβὴν εἶχον Βελισάριός τε καὶ Ἀντωνίνα, ἢν μὴ Φώτιος ἐκποδὼν γένηται. ὁ γὰρ Φώτιος πρόχειρος μὲν φύσει ἐς τὸ δάκνεσθαι ἦν, ἤν τις αὐ-

1. ἔχθος P et cod. Mediol. ἄχθος A. *ibid.* σκορπιώδης] Suidas s. v. σκορπιαίνεσθαι. 11. περσιδίῳ A. 19. ἵνα δὴ] ἵνα ἤδη A.

indignationem tegendam et animi virus exerendum comparata. Non ita multo post aut veneficiis, aut blandis verborum illecebris falso in se conflatam accusationem persuadet coniugi. Ille nihil moratus Theodosium accersit; Macedoniam vero famulam,ambosque pueros uxori se dediturum pollicetur; quos Antonina linguis, ut fertur, primum resectis, et membratim concisos, sacculis ad extremum inclusos in altum illico demergit. Fuit illi minister sceleris quidam ex famulis Eugenius nomine, qui et commissi contra Silverium piaculi satelles fuerat. Tandem Constantinum etiam suasu coniugis e medio sustulit Belisarius. Nam quae de sicis, Praesidioque prioribus libris narravimus, eo ferme tempore contigerunt. Ubi enim Constantinus iniuriarum in Belisarium et Praesidium erat absolvendus, non prius destitit Antonina quam eius vocis, cuius paulo ante memini, ab illo poenas exegisset. Quamobrem magnam Belisarius cum Imperatoris tum Romanorum procerum in se concitavit invidiam.

Theodosius in Italiam (ubi tum Belisarius et Antonina degebant) se minime venturum respondit, nisi Photius inde longius amandaretur. Nam ea erat natura Photius, ut valde aegro ferret animo, si quis apud aliquem videretur se esse potior. Igitur secundis Theodosii rebus con-

τοῦ παρ' ὁτῳοῦν δύνηται μᾶλλον, ἐν μέντοι τοῖς ἀμφὶ Θεοδο-
σίῳ καὶ δικαίως ἀποπνίγεσθαί οἱ ξυνέβαινεν, ὅτι δὴ αὐτὸς μὲν V 282
καίπερ υἱὸς ὢν ἐν οὐδενὶ ἐγίγνετο λόγῳ, ὁ δὲ δυνάμει τε πολλῇ
ἐχρῆτο καὶ χρήματα μεγάλα περιεβάλλετο. λέγουσι γὰρ αὐτὸν B
ἐκ Καρχηδόνος τε καὶ Ῥαβέννης ἐς ἑκατὸν κεντηνάρια ἐξ ἀμφοῖν
παλατίοιν συλήσαντα ἔχειν, ἐπεὶ καὶ μόνῳ κατ' ἐξουσίαν δια-
χειρίσαι ταῦτα ξυνέβη. ἡ δὲ Ἀντωνίνα ἐπεὶ τὴν Θεοδοσίου γνώ-
μην ἔμαθεν, οὐ πρότερον ἀνῆκεν ἐνεδρεύουσά τε τὸν παῖδα καὶ
φονίοις τισὶν ἐπιβουλαῖς αὐτὸν μετιοῦσα, ἕως καταπράξασθαι
ἴσχυσεν αὐτὸν μὲν ἐνθάδε ἀπαλλαγέντα ἐς Βυζάντιον ὁδῷ ἰέναι,
οὐκέτι φέρειν τὰς ἐνέδρας οἷόν τε ὄντα, τὸν δὲ Θεοδόσιον ἐς τὴν
Ἰταλίαν παρ' αὐτὴν ἥκειν. οὗ δὴ κατακόρως τῆς τε τοῦ ἐρωμέ-
νου διατριβῆς καὶ τῆς τοῦ ἀνδρὸς εὐηθείας ἀποναμένη χρόνῳ
ὕστερον ξὺν ἀμφοῖν ἐς Βυζάντιον ἧκεν. ἔνθα δὴ Θεοδόσιον ἐδε- C
δίσσετο τὸ συνειδέναι καὶ ἔστρεφεν αὐτοῦ τὴν διάνοιαν. λήσειν
γὰρ ἐς τὸ παντελὲς οὐδαμῇ ᾤετο, ἐπεὶ τὴν γυναῖκα ἑώρα οὐκέτι
τὸ πάθος ἐγκρυφιάζειν οἵαν τε οὖσαν, οὐδὲ κεκρυμμένως ἐξερρω- A 6
γέναι, ἀλλὰ διαρρήδην μοιχαλίδα εἶναί τε καὶ ὀνομάζεσθαι ὡς
ἥκιστα ἀπαξιοῦσαν. διὸ δὴ αὖθις ἐς τὴν Ἔφεσον ἀφικόμενος καὶ
ἀποθριξάμενος ἧπερ εἴθισται ἐνέγραψεν εἰς τοὺς μοναχοὺς κα-
λουμένους αὐτόν. τότε δὴ κατ' ἄκρας ἐμάνη καὶ τὴν ἐσθῆτα

1. δύνηται Alem. P. αὐτῇ δύνηται A. ἄν τι δύνηται Reiskius. 2. ὅτι δὴ Alem. P. ὅτι δὲ A. 10. ἐνθάδε] ἐνθένδε Pm. 13. ἀποναμένη] Vulgo ἀπωναμένη. 14. Θεοδόσιον A. Θεοδόσιος P. 15. τὸ Alem. τῷ AP. 19. ἀπαξιοῦσαν Alem. P. ἀξιοῦσαν A.

tabescere illi quidem non sine causa videbatur, cum, etsi filius, nullo haberetur loco; contra vero Theodosius multum polleret, ingentibusque flueret opibus. Nam ea fama erat, ex aerariis Carthaginis et Ravennae ad decem millia pondo auri eum depeculatum fuisse, cum sine collega, summaque autoritate eas illi pertractare pecunias obvenisset. Interea tum Antonina Theodosii percepit animum, non antea desiit adversus filium ex insidiis agere, et arte pene parricidali eum circumvenire, donec obtinuit ut is excederet tot insidiis ferendis impar, Byzantiumque contenderet; Theodosius vero ad se in Italiam veniret, ubi et amasii consuetudine, et coniugis fatuitate abunde iam oblectata, tandem utroque comite Byzantium appulit. Hic vero coepit Theodosius conscientia perterreri, et in diversas partes agitare consilium. Nam latere demum posse minime sibi persuadebat, cum feminam nequire amplius occultare libidinem cerneret, sed effracto iam aperte animo diffluere, nec ferre graviter publicam adulterii opinionem atque infamiam. Quamobrem Ephesum repetit, comaque, sicut fieri consuevit, detonsa, in albo monachorum conscribi voluit. Tum vero Antonina prorsus insanire, ve-

ξὺν τῇ διαίτῃ ἐς τρόπον μεταβαλοῦσα τὸν πένθιμον περιῄει συχνὰ κατὰ τὴν οἰκίαν κωκύουσα, ὀλολυγῇ τε κεχρημένη ὠλοφύρετο
praesentem sibi parare cupiens; repente ad coniugis pedes effusus, manibus tibias prehensat, modo hunc, modo illum pedem osculatur, salutis illam appellans auctorem; se non maritum, immo mancipium fidele in posterum ait censendum fore. Caeterum Augusta de illa pecuniarum copia ad tria millia auri pondo impartita Caesari, reliqua Belisario permisit; cui sic ista contigere, quemadmodum Gelimerae ac Vittigi, quos illi fortuna paulo ante subiugarat. Iam inde a multo tempore Iustinianum ac Theodoram graviter pungebat huius viri divitiarum vis immensa, et Imperatorio prorsus aerario digna; conquerebantur vero publicarum Gelimerae Vittigisque pecuniarum partem maximam alicubi penitus ab eo retrusam, minimam vero ac nullius fere ponderis Imperatori delatam. Verum id tacite tulerunt, simul recensitis viri rebus praeclare gestis, simul veriti aliorum obtrectationes, praesertim cum idoneam adversus eum praetendere causam non possent. At ubi trepidantem illum Augusta deprehendit, et animum penitus despondentem, uno effecit conatu ut omnium eius fortunarum adiret possessionem contracta statim affinitate. Nam Ioanninam Belisarii filiam, quae una illi fuit, Anastasio ex

γέγονε. Βελισάριος μὲν οὖν ἀρχήν τε ἀπολαβεῖν τὴν οἰκείαν ἠξίου
καὶ στρατηγὸς τῆς ἑῴας ἀποδειχθεὶς πάλιν ἐπὶ Χοσρόην καὶ Μή-
δους ἐξηγήσεσθαι τῷ Ῥωμαίων στρατῷ, Ἀντωνίνα δὲ οὐδαμῶς
εἴα· περιυβρίσθαι ἐν τοῖς ἐκείνῃ χωρίοις πρὸς αὐτοῦ ἔφασκεν,
ἅπερ οὐκέτι τὸ λοιπὸν ὄψεσθαι. διὸ δὴ Βελισάριος ἄρχων τῶν P 15
βασιλικῶν καταστὰς ἱπποκόμων ἐς τὴν Ἰταλίαν τὸ δεύτερον ἐστά-
λη, ὁμολογήσας βασιλεῖ, ὥς φασι, χρήματα μήποτε αὐτὸν ἐν
τῷδε τῷ πολέμῳ αἰτήσειν, ἀλλὰ ξύμπασαν αὐτὸς τὴν τοῦ πολέ- A 21
μου παρασκευὴν χρήμασιν οἰκείοις ποιήσασθαι. πάντες μὲν οὖν V 289
ὑπετόπαζον τά τε ἀμφὶ τῇ γυναικὶ ταύτῃ, ᾗπερ ἐρρήθη, Βελι-
σάριον διοικήσασθαι καὶ βασιλεῖ ταῦτα ὁμολογῆσαι ἀμφὶ τῷ πο-
λέμῳ, ἀπαλλαξείοντα τῆς ἐν Βυζαντίῳ διατριβῆς, ἐπειδάν τε
τάχιστα τοῦ τῆς πόλεως περιβόλου ἐκτὸς γένηται, ἁρπάσασθαί τε
αὐτίκα τὰ ὅπλα καί τι γενναῖον καὶ ἀνδρὶ πρέπον ἐπί τε τῇ γυναικὶ B
καὶ τοῖς βιασαμένοις φρονῆσαι. αὐτὸς δὲ πάντα τὰ ξυμπεσόντα
ἐν ἀλογίᾳ πεποιημένος ὅρκων τε τῶν Φωτίῳ καὶ τοῖς ἄλλοις
ἐπιτηδείοις ὀμωμοσμένων ἐν λήθῃ τε πολλῇ καὶ ὀλιγωρίᾳ γενόμε-
νος εἵπετο τῇ γυναικί, καταστὰς ἐκτόπως εἰς αὐτὴν ἐρωτόληπτος,
καὶ ταῦτα ἑξήκοντα ἤδη γεγονυῖαν ἔτη. ἐπειδὴ μέντοι ἐν Ἰταλίᾳ
ἐγένετο, εἰς ἡμέραν ἑκάστην ἀπ᾽ ἐναντίας αὐτῷ τὰ πράγματα
ἐχώρει, ἐπεὶ οἱ διαρρήδην τὰ ἐκ θεοῦ πολέμια ἦν. πρῶτον μέν
γε τὰ τῷ στρατηγῷ τούτῳ ἐν τοῖς ξυμπίπτουσιν ἐπί τε Θευδάτου C
καὶ Οὐίττιγιν βουλευόμενα, καίπερ οὐκ ἐπιτηδείως τοῖς πρασσο-

4. εἴα Alem. P. εἴη A. *ibid.* περιυβρίσθαι] γὰρ addit Reisk.

filia nepoti spondendam curat. Interim Belisarius, ut in antiquum restituatur dignitatis gradum petit, utque Imperator in Oriente designatus adversus Chosroem, et Persam militem Romanum ducat. Antonina reclamat, provinciasque minime se illas prospecturam dicit, in quibus ab eo gravissimis affecta fuisset iniuriis. Quare Belisarius Imperatoris stabulo praefectus, secundo in Italiam mittitur; ea, ut fertur, data Caesari conditione, nullas ut eo bello pecunias peteret, sed aere suo id apparatum, agitatumque conficeret. Ita cum Caesare pacisci Belisarium, et cum Antonina coniuge rem omnem compositam habere alii quidem suspicabantur, ut qui exire Byzantio discuperet, quo pede maris elato arriperet arma, et strenue aliquid, suaque virtute dignum faceret in coniugem, et qui se acerbo casu oppressissent. Verum ille iis quae accidissent neglectis, et sacramenti, quo Photio, ac reliquis familiaribus tenebatur, per summam oblitus iniuriam, totus ab Antonina pendebat, cuius licet annos natae sexaginta ardebat amore flagrantissimo. In Italiam ubi pervenit, infelices rerum eventus, quandoquidem divino numine adverso, in dies coepit experiri. Primo quidem bello contra Theodatum et Vittigem, quae pro re nata cepit consilia, licet minime oppor-

μένοις δοκοῦντα ἔχειν, ἐς ξύμφορον ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον ἐτελεύτα
τέλος· ἐν δὲ τῷ ὑστέρῳ δόξαν μὲν ἀπήνεγκεν ὅτι δὴ τὰ βελτίω
βεβούλευται, ἅτε καὶ τῶν κατὰ τὸν πόλεμον τόνδε πραγμάτων
γεγονὼς ἔμπειρος, ἀλλ' ἐν τοῖς ἀποβαίνουσι κακοτυχοῦντι τὰ
πολλὰ ἐς ἀβουλίας δόκησιν αὐτῷ ἀπεκρίθη. οὕτως ἄρα οὐκ ἀν-
θρώπων βουλαῖς, ἀλλὰ τῇ ἐκ θεοῦ ῥοπῇ πρυτανεύεται τὰ ἀν-
θρώπεια, ὃ δὴ τύχην εἰώθασι καλεῖν ἄνθρωποι, οὐκ εἰδότες ὅτου
δὴ ἕνεκα ταύτῃ πρόεισι τὰ ξυμβαίνοντα, ᾗπερ αὐτοῖς ἔνδηλα γί-
νεται. τῷ γὰρ ἀλόγῳ δοκοῦντι εἶναι φιλεῖ τὸ τῆς τύχης ὄνομα
A 22 προσχωρεῖν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὥς πη ἑκάστῳ φίλον, ταύτῃ
δοκείτω.

D ε'. Βελισάριος δὲ τὸ δεύτερον ἐν Ἰταλίᾳ γενόμενος αἴσχι-
στα ἐνθένδε ἀπήλλαξε· τῆς μὲν γὰρ γῆς ἐς πεντάετες ἐπιβῆναι
οὐκ ἴσχυσεν, ὥσπερ μοι ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις ἐρρήθη, ὅτι
P 16 μὴ ἐνθάδε ὀχύρωμα ἦν. ναυτιλλόμενος δὲ πάντα τοῦτον τὸν χρό-
νον τὰ ἐπιθαλάσσια περιῄει. Τωτίλας δὲ λυσσῶν ἦν αὐτὸν ἔξω
τείχους λαβεῖν, οὐ μέντοι εὗρεν, ἐπεὶ ὀρρωδίᾳ πολλῇ αὐτός τε

5. οὕτως — προσχωρεῖν] Suidas s. v. τύχη. οὕτως — δοκείτω iisdem fere verbis leguntur De bello Gotth. p. 600 c. 8. ᾗπερ] εἴπερ vulgo, consentiente Suida. Correxi ex altero loco. 9. ἀλόγῳ] παραλόγῳ 600. 13. ἐπιβῆναι οὐκ ἴσχυσεν Alem. Legebatur ἀποβῆναι ἴσχυσε. De bello Gotth. 3. p. 548 a. γῆς μὲν τῆς Ἰταλῶν πεντάετες οὐδαμῇ ἐπιβάς. 14. „ὅτι μὴ ἐνθάδε ὀχύρωμα ἦν] Imo erant praesidia, in quae Belisarius recipere se poterat; sed haec et quae sequuntur foede a librariis corrupta ex libro 3 belli Gotthici restitui possunt: ἔκ τε ὀχυρώματος ἀεὶ ἐπιθαλασσίου τινὸς ἐς ἄλλο ἐπὶ τῆς παραλίας ὀχύρωμα διηνεκὲς ναυτιλλόμενος." ALEM. 16. περιῄει om. A, indicata lacuna. *ibid.* Τωτίλας] τουτίλας Vat. *ibid.* λυσσῶν ἦν Vat. Aberat ἦν.

tuna rebus viderentur, ad exitus tamen plerumque felices deducta sunt. Secundo vero illa demum fuit aliorum de eo sententia, optime quidem consultare, utpote qui Italici belli administrandi experimentum haberet; at rebus ut plurimum male sic recidentibus, minime sani consilii opinionem movit, confirmavitque. Sane res mortalium non humana ratione, sed a deo quibusdam veluti momentis gubernantur; etsi fortunam ii vocare consuerunt, qui licet rerum eventus teneant, minime tamen causas, quibus res ipsae ita feruntur, fitque ut quod carere ratione videtur, e vestigio fortunae nomen consequatur. Verum quisque, ut libet, de his ita sentiat.

5. Post secundam ergo Belisarius in Italiam expeditionem turpissime inde reducitur, cum e navigiis in terram descendere, ut supra memoravi, quinquennium totum nequiverit, neque in certum aliquod praesidium se recipere, sed perpetuo maritimam oram classe legeret. Certe licet insane Totilas cuperet, minime tamen illum cum toto Romanorum

καὶ ξύμπας ὁ Ῥωμαίων στρατὸς εἴχετο. διὸ δὴ οὔτε τῶν ἀπο-
λωλότων τι ἀνεσώσατο, ἀλλὰ καὶ Ῥώμην προσαπώλεσε καὶ τἄλλα
ὡς εἰπεῖν ἅπαντα. ἐγένετο δὲ φιλοχρήματος ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ
πάντων μάλιστα καὶ κέρδους αἰσχροῦ ἐπιμελητὴς ἀκριβέστατος,
ἅτε οὐδὲν ἐκ βασιλέως κεκομισμένος, Ἰταλοὺς ἀμέλει σχεδὸν πάν-
τας, οἵπερ ᾤκηντο ἐπὶ Ῥαβέννης καὶ Σικελίας, καὶ εἴ του ἄλλου
κατατυχεῖν ἐν ἐξουσίᾳ ἔσχεν, ἐλῄσατο οὐδενὶ κόσμῳ, λογισμοὺς B
δῆθεν τῶν βεβιωμένων καταπραττόμενος. οὕτω γοῦν καὶ Ἡρω-
διανὸν μετιὼν χρήματα ᾔτει, ἅπαντα τῷ ἀνθρώπῳ ἐπανασείων.
οἷς δὴ ἐκεῖνος ἀχθόμενος ἀπετάξατο μὲν τῷ Ῥωμαίων στρατῷ,
αὑτὸν δὲ εὐθὺς ξύν τε τοῖς ἑπομένοις καὶ τῷ Σπολετίῳ Τωτίλᾳ
καὶ Γότθοις ἐνέδωκεν. ὅπως δὲ αὐτῷ τε καὶ Ἰωάννῃ τῷ Βιτα-
λιανοῦ ἀδελφιδῷ διχοστατῆσαι συνέβη, ὅπερ τὰ Ῥωμαίων πρά-
γματα μάλιστα ἔσφηλεν, αὐτίκα δηλώσω. ἐς τοῦτο ἀπεχθείας
Γερμανῷ ἡ βασιλὶς ἦλθεν ἐπιδηλότατόν τε ἅπασι τὸ ἔχθος ἐποίει,
ὥστε αὐτῷ κηδεύειν, καίπερ βασιλέως ἀνεψιῷ ὄντι, ἐτόλμα οὐ-
δείς, ἄνυμφοί τε αὐτῷ οἱ παῖδες γεγόνασι, μέχρις αὐτὴ ἐβίου. C
ἥ τε θυγάτηρ αὐτῷ Ἰουστῖνα ἐπὶ ὀκτωκαίδεκα ἔτη ἡβήσασα ἔτι A 23
ἀνυμέναιος ἦν. διά τοι τοῦτο ἡνίκα Ἰωάννης πρὸς Βελισαρίου

6. ᾤκηντο] Vulgo ᾤκοιντο. 11. αὑτὸν] Vulgo αὐτὸν. *ibid.* Σπολετίῳ ex Bello Gotth. addunt Alem. P: om. A, posito asterisco. 12. Βιταλιανοῦ Alem. ex MS. Mediol. et P: βιταλιανῷ A. 17. μέχρις αὐτὴ τοῦ βίου A. „Alter codex Vat. μέχρις αὐτοῦ τοῦ βίου, quasi toto vitae tempore Germani liberi Iustinus et Iustinianus sine uxoribus fuerint. Haud ita est. Quare legendum censeo μέχρις αὐτὴ ἐβίου, nempe Theodora: idque in historiis clarum est.“ Alem. 19. Βελισσαρίου Alem. P. βελισσάριον A.

exercitu timore perculsum in aciem deducere potuit. Quare afflictas Italiae res non restituit; quin Romam etiam, et si quae alia reliqua erant, de manibus insuper amisit. Nihil ex aerario Caesaris ad hoc bellum illi fuit; proinde hoc tempore profunda laboravit avaritia, omneque studium ad turpe compendium convertit. Sic Italos fere omnes, Ravennates, Siculosque indigenas expilavit, et si quos alios fortuna in eius potestatem coniecisset; a quibus nescio quo iure anteactae vitae cogitationum poenas exegit. Sic in Herodianum animadversurus, pecunias petiit, minas omnes intendens; quarum ille pertaesus dictum Romanis sacramentum exuens, cum suis cohortibus seque et Spoletum Totilae, Gotthisque dedidit. Libet hic narrare causam, quamobrem a Belisario alieno esse animo coeperit Ioannes Vitaliani ex sorore nepos; ingenti sane damno rei Romanorum publicae. Tantum in Germanum Augusta gerebat odium, tamque omnibus manifestum, ut nullus cum illo, licet Imperatoris fratris filio, connubia iungere auderet. Nam eius liberi, quoad illa vixit, nullas nuptias adepti sunt. Iustina vero filia octavum iam et decimum agebat annum, neque dum tamen nuptiarum solemnia celebrarat. Ergo cum

σταλεὶς ἀφίκετο ἐς Βυζάντιον, ἐς λόγους αὐτῷ καταστῆναι ὁ Γερ-
V 290 μανὸς ἀμφὶ τῇ κηδείᾳ ἠνάγκαστο, καὶ ταῦτα λίαν ἀπὸ τῆς ἀξίας
τῆς αὐτοῦ ὄντι. ἐπεί τε τὸ πρᾶγμα ἤρεσκεν ἄμφω, ὅρκοις ἀλ-
λήλους ἔγνωσαν δεινοτάτοις καταλαβεῖν, ἦ μὴν τὸ κῆδος ἐπιτε-
λέσειν δυνάμει τῇ πάσῃ, ἐπεὶ αὐτοῖν ἑκάτερος τὸ θαρσεῖν ἐπὶ θα-
τέρῳ ὡς ἥκιστα εἶχεν, ὁ μὲν τῷ ξυνειδέναι ὅτι δὴ τῶν ὑπὲρ τὴν
D ἀξίαν ὀρέγοιτο, ὁ δὲ κηδεστοῦ ἀπορούμενος. ἡ δὲ οὐκ ἔχουσα
τίς γένηται διὰ πάσης ὁδοῦ ἰοῦσα ἑκάτερον μετιέναι μηχανῇ πάσῃ
οὐκ ἀπηξίου, ὅπως ἂν τὰ πραττόμενα μηχανῇ τῇ πάσῃ διακω-
λύοι. ἐπεὶ δὲ αὐτοῖν καίπερ πολλὰ δεδιξαμένη ἀναπείθειν οὐδέ-
τερον ἔσχε, διαρρήδην ἀπολεῖν τὸν Ἰωάννην ἠπείλησε. καὶ ἀπ'
αὐτοῦ Ἰωάννης αὖθις ἐς Ἰταλίαν σταλεὶς οὐδαμῇ ξυμμῖξαι Βελι-
σαρίῳ ἐτόλμησε, τὴν ἐξ Ἀντωνίνης ἐπιβουλὴν δείσας, ἕως Ἀν-
τωνίνα ἐς Βυζάντιον ἦλθε. τήν τε γὰρ βασιλίδα ταύτῃ ἐπι-
στεῖλαι τὸν αὐτοῦ φόνον οὐκ ἄπο τοῦ εἰκότος ἄν τις ὑπώ-
πτευσε, καὶ τὸν Ἀντωνίνης σταθμωμένῳ τρόπον ἅπαντά τε
P 17 Βελισάριον ἐνδιδόναι τῇ γυναικὶ ἐπισταμένῳ δέος ἐγίνετο μέγα
καὶ τὸν ἐσῄει. τοῦτο γοῦν Ῥωμαίοις τὰ πράγματα καὶ πρότερον

6. τῷ ξυνειδέναι Alem. Legebatur τὸ ξυνειδέναι. 7. ἡ δὲ Alem. P. τῶν A. τότε Alem. in schedis. „Θεοδώρα οὖν οὐκ ἔχουσα ὅ τι καὶ γένηται, vel potius οὕτως διαταξαμένων αὐτῶν οὐκ ἔχουσα cet.“ Reisk. 11. ἀπολεῖν Vat. P. ἀπόλλειν A. 14. ταύτῃ Alem. P. ταύτην A. 15. ἄπο τοῦ εἰκότος] Vulgo ἀπὸ τοῦ εἰκότως. εἰκότος Maltret. 16. σταθμωμένῳ Alem. P. σταθμωμένη A. „Quod sequitur ita vertit Alemannus, ut pateat fecisse ipsum ex puncto virgulam ac legisse σταθμώμενος pro σταθμωμένῳ, et ἐπιστάμενος pro ἐπισταμένῳ.“ Malt. Ante δέος punctum ponit Alem. et post δέος inserit οὖν. 17. Βελισσάριον Alem. P. Βελισσαρίῳ A. 18. τὸν ἐσῄει] τόπον σωτηρίας ἐζήτει Reisk. Fort. δέος ἐσῄει μέγα.

Ioanne a Belisario Byzantium legato verba Germanus de incunda affinitate habere cogitur, quamvis dignitate longe inferiore. Id postquam utrique placuit, visum est iureiurando se mutuo sanctissimo devincire, ut conficiendis nuptiis pro virili uterque studeret. Nam inter se gravitcr diffidebant; ille quod maiora quam pro dignitate ambiret, hic quod alterius affinitatem desperaret. Augusta impotenti haec animo ferens, utrumque omnibus circumveniendum curavit artibus, ut rebus inferret impedimentum. Cum autem neutrum vel minis gravissimis abducere ab instituto posset, Ioanni palam periculum capitis ostentavit. Post haec Ioannes in Italiam redire iussus, a Belisarii consuetudine abstinuit, donec Byzantium Antonina discederet, cuius apprime cavebat insidias. Namque illi ab Augusta suam imperatam necem haud vana visa fuit suspicio, si quis et Antoninae mores perpendisset, et Belisarium nosset, omnia coniugi indulgentem. Quare ut magna haec erat formido, sic ea vehementer Ioannis subivit animum. Hinc ergo res Romanorum

ἐπὶ θατέρου σκέλους ἑστῶτα, προσουδίζει χαμαί. Βελισαρίῳ
μὲν οὖν ὁ Γοτθικὸς πόλεμος τῇδε ἐχώρησεν. ἀπογνοὺς δὲ βασι-
λέως ἐδεῖτο ὅπως οἱ ἐξῇ ἐνθένδε ὅτι τάχιστα ἀπαλλαγῆναι. καὶ
ἐπεὶ ἐνδεχόμενον βασιλέα τὴν δέησιν ἔγνω, ἄσμενος εὐθὺς ἀπιὼν
ᾤχετο, χαίρειν πολλὰ τῷ τε Ῥωμαίων στρατῷ καὶ Ἰταλοῖς φρά- A 24
σας, καὶ τὰ μὲν πλεῖστα ὑποχείρια τοῖς πολεμίοις ἀπολιπών,
Περυσίαν δὲ πικρότατα πολιορκίᾳ πιεζομένην, ἥπερ ἔτι αὐτοῦ
ὁδῷ ἰόντος κατ' ἄκρας ἁλοῦσα ἐς πᾶσαν κακοῦ ἰδέαν ἦλθεν, ᾗπερ
μοι πρότερον δεδιήγηται. ξυνηνέχθη δὲ καὶ κατὰ τὴν οἰκίαν τύ-
χης ἐναντίωμα ξυμπεσεῖν τοιόνδε. Θεοδώρα ἡ βασιλὶς τῆς Βε-
λισαρίου παιδὸς ἐξεργάζεσθαι τὴν ἐγγύην ἐπειγομένη τῷ θυγα- B
τριδῷ, συχνὰ γράφουσα τοὺς γειναμένους τὴν κόρην ἠνώχλει.
οἱ δὲ τὸ κῆδος ἀναδυόμενοι ἀπετίθεντο μὲν ἐς παρουσίαν τὴν
σφετέραν τὸν γάμον, μεταπεμπομένης δὲ αὐτοὺς ἐς Βυζάντιον
τῆς βασιλίδος, ἀδύνατοι εἶναι ἀπαλλάσσεσθαι τανῦν ἐξ Ἰταλίας
ἐσκήπτοντο. ἡ δὲ γλιχομένη μὲν κύριον τὸν θυγατριδοῦν τοῦ
Βελισαρίου καταστήσεσθαι πλούτου, ᾔδει γὰρ ἐπίκληρον ἐσομέ-
νην τὴν παῖδα, οὐκ ὄντος Βελισαρίῳ ἑτέρου του γόνου, ἐπὶ
μέντοι τῇ Ἀντωνίνης γνώμῃ θαρσεῖν οὐδαμῇ ἔχουσα, δειμαίνου-
σά τε μὴ μετὰ τὴν τοῦ βίου καταστροφὴν οὐ φανεῖσα πιστὴ ἐς
τὸν αὐτῆς οἶκον, καίπερ αὐτῆς οὕτω φιλανθρώπου ἐν τοῖς ἀναγ- C
καιοτάτοις τυχοῦσα, διασπάσηται τὰ ξυγκείμενα, ἐργάζεται ἀνό-
σιον ἔργον. τῷ γὰρ μειρακίῳ τὴν παιδίσκην ξυνοικίζει οὐδενὶ

6. τὰ μὲν Alem. P. τῷ μὲν A. 7. ἔτι Alem. ἐπὶ AP. 8. ἰόντος] Vulgo ἰέντος. 11. θυγατριδῷ] θυγατριδίῳ A. 16. γλιχομένη Alem. γλικομένη A. γληχομένη P.

altero veluti innixae pede, ad terram penitus collapsae ruina sunt. Sic bello Gotthico procedente, Belisarius re desperata, ut sibi quam primum ex Italia decedendi facultas fiat, Principem rogat; quo preces admittente, alacer e vestigio abit, Romanum militem, Italiamque valere iubens; quam maiore ex parte sub hostium potestate, et Perusiam dira obsidione reliquit oppressam; quae, dum ipse in suscepto itinere est, expugnata, in omnia, ut supra narravimus, mala devenit. Sed domi suae hoc interim Belisarius tulit infortunium. Theodora Augusta Belisarii filiae nuptias Anastasio nepoti perficere maturabat, ut et frequenter datis epistolis parentibus esset molestiae. Illi vitandi connubii causa in reditum nuptias reiiciunt; accersiti vero Byzantium, tunc ex Italia proficisci non posse praetexunt. Verum haec intelligens haud dubio puellam (nullis praeterea Belisario liberis) adituram haereditatem, bonorum Belisarii possessionem peroptat Anastasio. Antoninae tamen nihil fidit ingenio; quin etiam veretur, ne ubi natura sibi vitae finem fecerit, benevolentiam, quam summis in rebus experta esset, et erga suam domum fidem abiiciat, rescindatque pactiones. Ea re factum impium aggredi-

νόμῳ. φασὶ δὲ ὡς καὶ πλησιάσαι οὔτι ἑκουσίαν ἠνάγκασε κρύβδην, οὕτω τε διαπεπαρθενευμένῃ τὸν ὑμέναιον τῇ κόρῃ ξυστῆναι, τοῦ μὴ βασιλέα τὰ πρασσόμενα διακωλῦσαι. τοῦ μέντοι ἔργου ἐξειργασμένου ἔρωτι ἀλλήλοιν διαπύρῳ τινὶ ὅ τε Ἀναστάσιος καὶ ἡ παῖς εἴχοντο, καὶ χρόνος σφίσιν οὐχ ἧσσων ἢ ὀκτὼ
A 25 μηνῶν ἐν ταύτῃ τῇ διαίτῃ ἐτρίβη. ἡνίκα δὲ Ἀντωνίνα τῆς βασιλίδος ἀπογενομένης ἐς Βυζάντιον ἦλθεν, ἐπελάθετο μὲν ἐθελουσία ὧν ἐκείνη ἔναγχος ἐς αὐτὴν εἴργαστο, ὡς ἥκιστα δὲ ὑπολογισαμένη ὡς, ἢν τῳ ἑτέρῳ ἡ παῖς αὐτῇ ξυνοικίζοιτο, πε-
D πορνευμένη τὰ πρότερα ἔσται, τὸν Θεοδώρας ἔκγονον κηδεστὴν ἀτιμάζει, τήν τε παῖδα ὡς μάλιστα ἀκουσίαν βιασαμένη ἀνδρὸς τοῦ ἐρωμένου ἀπέστησε. μεγάλην τε ἀγνωμοσύνης ἐκ τοῦ ἔργου τούτου ἀπηνέγκατο δόξαν εἰς πάντας ἀνθρώπους, ἥκοντά τε οὐδενὶ πόνῳ ἀναπείθει τὸν ἄνδρα τοῦ ἄγους αὐτῇ μεταλαχεῖν τοῦδε. ὥστε διαρρήδην τηνικάδε ὁ τοῦ ἀνθρώπου τρόπος ἐλήλεγκται. καίτοι διομοσάμενος Φωτίῳ τε καὶ τῶν ἐπιτηδείων τισὶ πρότερον καὶ τὰ ὀμωμοσμένα οὐδαμῇ ἐμπεδώσας συγγνώμης ἐτύγχανε πρὸς πάντων ἀνθρώπων. αἴτιον γὰρ τοῦ ἀπίστου τἀνδρὸς οὐ τὴν γυναικοκράτειαν, ἀλλὰ τὸ ἐκ τῆς βασιλίδος ὑπώπτευον εἶναι.
P 18 ἐπεὶ δὲ Θεοδώρας ἀπογενομένης, ὥσπερ μοι εἴρηται, οὔτε Φωτίου οὔτε ἄλλου του τῶν οἱ ἀναγκαίων λόγος γεγένητο, ἀλλ' αὐτῷ δέσποινα μὲν ἡ γυνὴ ἐφαίνετο οὖσα, κύριος δὲ Καλλίγονος

3. τὰ πρασσόμενα] Aberat τά. 9. ἢν τῳ Alem. ἢν τῷ AP. 16. διομωσάμενος AP. 17. ὀμωμοσμένα] ὀμωσμένα A. 18. τἀνδρὸς Alem. ἀνδρὸς AP 20. ἐπεὶ δὲ] ἐπεὶ καὶ A. *ibid.* οὔτε — οὔτε] οὐδὲ — οὐδὲ AP.

tur, puellamque contra ius fasque ephebo contubernio iungit, non sine rumore per vim prostratae clanculum pudicitiae, ut sponsalibus illato puellae vitio confirmatis, Princeps esse rebus impedimento non posset. Hoc facto nihilominus octo mensibus Anastasius, puellaque eodem usi contubernio, amore mutuo iam tenebantur, eoque ardentissimo. Extincta Imperatrice, ubi Byzantium appulit Antonina, sciens, prudensque in se nuper gestorum simulat oblivionem, nullamve reputans infamiam stupri, si filiam nuptui sic alteri collocaret, spreto desponso Theodorae nepote, filiam sane invitam ab eius amore per vim abducit. Quam quidem ob rem apud omnes magnam retulit improbitatis opinionem: venientem vero ex Italia coniugem in partem tanti sceleris trahit nullo negotio. Et quidem ingenium Belisari aperte tandem deprehensum tum est. Nam quod pridem Photio, nonnullisque necessariis promissi fidem non praestiterit, facile veniam apud omnes invenit, qui nunquam suspicarentur coniugis dominatu, sed Imperatricis formidine fidem labefactatam: verum ea, ut dixi, defuncta cum nullam Photii, nullam familiarium rationem duceret, sed coniugem, eiusque lenonem Calligonum imperitantes

ὁ προαγωγὸς ἦν, τότε δὴ ἀπογνόντες αὐτοῦ ἅπαντες ἐχλεύαζόν V 291
τε διαθρυλοῦντες καὶ ἅτε ἄνοιαν ὀφλισκάνοντι ἐλοιδοροῦντο. τὰ
μὲν οὖν ἡμαρτημένα Βελισαρίῳ ἀπαρακαλύπτως εἰπεῖν ταύτῃ πῃ
ἔχει· τὰ δὲ Σεργίῳ τῷ Βάκχου παιδὶ ἐπὶ Λιβύης ἡμαρτημένα
διαρκῶς μὲν ἐν λόγοις μοι τοῖς ἐπιτηδείοις δεδήλωται, ὃς δὴ αἰτιώτατος γέγονε Ῥωμαίοις ἐνταῦθα διαφθαρῆναι τὰ πράγματα τά
τε πρὸς Λευέθας αὐτῷ πρὸς τῶν εὐαγγελίων ὀμωμοσμένα ἐν ἀλογίᾳ πεποιημένος καὶ τοὺς ὀγδοήκοντα πρέσβεις οὐδενὶ λόγῳ δια- B
χρησάμενος, τοσοῦτον δέ μοι τανῦν ἐντιθέναι τῷ λόγῳ δεήσει, ὡς
οὔτε νῷ δολερῷ οἱ ἄνδρες οὗτοι παρὰ Σέργιον ἦλθον οὔτε τινὰ A 26
σκῆψιν ὁ Σέργιος ὑποψίας περὶ αὐτοὺς εἶχεν, ἀλλ' ἀδιώμοτος ἐπὶ
θοίνην καλέσας τοὺς ἄνδρας διεχρήσατο οὐδενὶ κόσμῳ. ἀφ' οὗ
δὴ Σολόμωνι καὶ τῷ Ῥωμαίων στρατῷ καὶ Λίβυσι πᾶσι διεφθάρθαι ξυνέβη. δι' αὐτὸν γάρ, ἄλλως τε καὶ Σολόμωνος τετελευτηκότος, ὥσπερ μοι εἴρηται, οὔτε τις ἄρχων οὔτε τις στρατιώτης ἐς πολέμου κίνδυνον ἰέναι ἠξίου. μάλιστα δὲ πάντων
Ἰωάννης ὁ Σισιννιόλου τῷ ἐς αὐτὸν ἔχθει ἀπόμαχος ἦν, ἕως
Ἀρεόβινδος ἐς Λιβύην ἀφίκετο. ἦν γὰρ ὁ Σέργιος μαλθακὸς μὲν C
καὶ ἀπόλεμος, τὸ δὲ ἦθος καὶ τὴν ἡλικίαν κομιδῇ νέος, φθόνῳ
τε καὶ ἀλαζονείᾳ ἐς ὑπερβολὴν ἐχόμενος ἐς πάντας ἀνθρώπους, τεθρυμμένος τε τὴν δίαιταν καὶ τὰς γνάθους φυσῶν. ἀλλ'

1. ἀπογνόντες] καταγνόντες Reisk. 2. διαθρυλλοῦντες AP. 5. ὃς Alem. P. ὡς A. 7. Λευέθας] Λευεθὰς P. λευεθὰ A. *ibid.* ὀμωμοσμένα] ὀμωσμένα A. ὀμοσμένα P. 15. οὔτε τις — οὔτε] Vulgo οὐδέ τις — οὔτε. 17. ἔχθει Alem. ἄχθει AP. *ibid.* ἀπόμαχος] Vulgo ἀπομαχόμενος. 21. τεθρυμμένος Alem. τεθρυλλημένος AP. *ibid.* φυσῶν] φυσσῶν AP.

haberet: tunc enimvero contemni ab omnibus et veluti demens subsannari. Haec quidem, ut libere dicam, peccavit Belisarius. Quae autem Sergius Bacchi filius commisit in Africa, iam satis opportuno loco narrata sunt: eius enim causa res male gesta Romanis in ea provincia; Levathis iurata fides, conceptis ad Evangelia verbis, et violata tamen; trucidati nulla ratione octoginta legati, qui (quod mox praeterea dicendum) nec dolo malo ad Sergium proficiscerentur, nec ullus esset suspicioni locus; apparatis tamen epulis acceptos, neglecto sacramento, per scelus interfecit; quae fuit origo non modo Solomonis ducis, sed Romanorum etiam, et Africanorum interitus. Extincto Solomone, cum duces alii, tum milites pugnae discrimina detrectarunt, omniumque maxime Ioannes Sisinioli, qui ad Areobindi usque in Africam adventum praelio abstinuit, nempe in Sergium odio, quodque is esset imbellis et delicatus, ac ut aetate prorsus iuvenili, sic etiam moribus; invidia et petulantia in omnes homines effusissimus, molli fractoque cultu, et buccis ad superbiam inflatis. Verum quod Antoninae Belisarii coniugis neptem sibi

ἐπεὶ τῆς Ἀντωνίνης τῆς Βελισαρίου γυναικὸς ἐγγόνης ἐτύγχανε μνηστὴρ γεγονώς, τίσιν τινὰ ἐς αὐτὸν ἡ βασιλὶς ἐξενεγκεῖν ἢ παραλύειν τῆς ἀρχῆς οὐδαμῆ ἤθελε, καίπερ ἐνδελεχέστατα διαφθειρομένην Λιβύην ὁρῶσα, ἐπεὶ καὶ Σολόμωνα τὸν Σεργίου ἀδελφὸν τοῦ Πηγασίου φόνου αὐτή τε καὶ βασιλεὺς ἀθῷον ἀφῆκεν. ὅ τι δὲ τοῦτ' ἔστιν αὐτίκα δηλώσω. ἐπειδὴ ὁ Πηγάσιος D τὸν Σολόμωνα πρὸς τῶν Λευαθῶν ὠνήσατο καὶ οἱ βάρβαροι ἐπ' οἴκου ἀπεκομίσθησαν, ὁ μὲν Σολόμων ξύν τε Πηγασίῳ τῷ ἐωνημένῳ καὶ στρατιώταις ὀλίγοις τισὶν εἰς Καρχηδόνα ἐστέλλετο, ἐν δὲ τῇ ὁδῷ ταύτῃ λαβὼν ὁ Πηγάσιος ὅ τι δὴ ἀδικοῦντα Σολόμωνα χρῆναί οἱ ἔφασκεν ἐν μνήμῃ εἶναι ὡς αὐτὸν ἔναγχος ἐκ τῶν πολεμίων ὁ θεὸς ῥύσαιτο. ὁ δὲ χαλεπήνας, ὅτι δή οἱ ἅτε δοριαλώτῳ ὠνείδισε, τὸν Πηγάσιον εὐθὺς ἔκτεινε, ταῦτά τε σῶστρα τῷ ἀνθρώπῳ ἀπέδωκεν. A 27 ἐπειδή τε ὁ Σολόμων ἐς Βυζάντιον ἦλθε, καθαρὸν αὐτὸν βασιλεὺς τοῦ φόνου ἐποίει, ἅτε προδότην ἀνελόντα τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς. γράμματά τε αὐτῷ ἐδίδου τὴν ὑπὲρ τούτων ἀσφάλειαν παρεχόμενος. καὶ ὁ μὲν Σολόμων οὕτω τὴν τίσιν διαφυγὼν ἐπὶ τὴν ἑῴαν ἄσμενος ᾔει, τήν τε πατρίδα καὶ γένος τὸ κατὰ τὴν οἰκίαν ὀψόμενος. ἡ δὲ ἀπὸ τοῦ θεοῦ τίσις ἐν ταύτῃ τῇ ὁδῷ καταλαβοῦσα ἐξ ἀνθρώπων αὐτὸν ἀφανίζει. τὰ μὲν οὖν ἀμφὶ Σολόμωνί τε καὶ Πηγασίῳ τῇδε ἐχώρησεν.

P 19 ϛʹ. Οἵτινες δὲ ἀνθρώπω Ἰουστινιανός τε καὶ Θεοδώρα ἤστην τρόπῳ τε ὅτῳ διεσπάσαντο τὰ Ῥωμαίων πράγματα ἐρῶν

12. δορυαλώτῳ AP. 14. 17. Σολόμων] σολομῶν A. 19. τοῦ θεοῦ A. τοῦ om. P. 21. Σολόμωνι P. σολομῶντα A. σολομῶντι Alem. 22. ἀνθρώπω Reisk. Vulgo ἀνθρώπων.

desponderat, in eum animadvertere nunquam Augusta voluit, nec imperio spoliare, quamquam properante ruina Africam collabentem videret. Quin et iuniorem Sergii fratrem Solomonem interempti Pegasii crimine liberavit ipsa et Imperator. Id uti se habuit, paucis expedio. Posteaquam Leuathis pro Solomone pretium solvit Pegasius, reductis domum barbaris, ipse cum Pegasio, a quo redemptus fuerat, et parva militum manu, petebat Carthaginem. Quo in itinere manifestum flagitii Solomonem monet Pegasius, meminisset nuper se divinitus ereptum ab hostibus: ille indigne ferens obiectam sibi quasi mancipio libertatem, repente Pegasium interimit, illud vitae servatae praemium rependens. Ut vero Byzantium venit, ab Imperatore caedis absolvitur, tanquam ipse morte perdiderit perduellem Imperii Rom. scriptoque accipit indemnitatem. Ubi supplicium ille sic evasit, patriam propinquosque revisurus in Orientem alacer properavit: sed divina ultione persequente, in itinere decessit e vita. Ita haec de Pegasio et Solomone gesta.

6. Venio nunc ad Iustinianum et Theodoram, dicturus quid hominum uterque fuerint, quibusve modis rem Romanam afflixerint. Byzan-

ἔρχομαι. Λέοντος ἐν Βυζαντίῳ τὴν αὐτοκράτορα ἀρχὴν ἔχοντος, γεωργοὶ νεανίαι τρεῖς, Ἰλλυριοὶ γένος, Ζίμαρχός τε καὶ Διτύβιστος καὶ Ἰουστῖνος ὁ ἐκ Βεδεριανῆς, πράγμασιν ἐνδελεχέστατα τοῖς ἀπὸ τῆς πενίας οἴκοι μαχόμενοι τούτων τε ἀπαλλαξείοντες ἐπὶ τῷ στρατεύεσθαι ὥρμησαν. καὶ πεζῇ βαδίζοντες ἐς Βυζάντιον ᾔεσαν, σισύρας ἐπὶ τῶν ὤμων αὐτοὶ φέροντες, ἐν αἷς δὴ B ἄλλο οὐδὲν ὅτι μὴ διπύρους ἄρτους οἴκοθεν ἐμβεβλημένοι ἀφίκοντο, ταχθέντας τε ἐν τοῖς στρατιωτικοῖς καταλόγοις βασιλεὺς αὐτοὺς ἐς τοῦ παλατίου τὴν φυλακὴν ἐπεξελέξατο. κάλλιστοι γὰρ ἅπαντες τὰ σώματα ἦσαν. χρόνῳ δὲ ὕστερον Ἀναστασίῳ τὴν βασιλείαν παραλαβόντι πόλεμος πρὸς τὸ Ἰσαύρων ἔθνος ὅπλα ἐπ' V 292 αὐτὸν ἀραμένους κατέστη. στρατιάν τε λόγου ἀξίαν ἐπ' αὐτοὺς ἔπεμψεν, ἧσπερ Ἰωάννης ἡγεῖτο, ἐπίκλησιν κυρτός. οὗτος Ἰωάννης τὸν Ἰουστῖνον ἁμαρτάδος τινὸς ἕνεκα ἐν δεσμωτηρίῳ καθεῖρξεν, ἡμέρᾳ τε τῇ ἐπιούσῃ ἐξ ἀνθρώπων αὐτὸν ἀφανιεῖν ἔμελλεν, C εἰ μή τις μεταξὺ ἐπιγενομένη ὄψις ὀνείρου ἐκώλυσεν. ἔφη γάρ οἱ ἐν ὀνείρῳ ὁ στρατηγὸς ἐντυχεῖν τινα παμμεγέθη τε τὸ σῶμα καὶ A 28 τἄλλα κρείσσω ἢ ἀνθρώπῳ εἰκάζεσθαι. καὶ τὸν μέν οἱ ἐπισκῆψαι μεθεῖναι τὸν ἄνδρα, ὅνπερ καθείρξας ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἐτύγχανεν· αὐτὸν δὲ τοῦ ὕπνου ἐξαναστάντα ἐν ἀλογίᾳ τὴν τοῦ ὀνείρου ὄψιν ποιήσασθαι. ἐπιλαβούσης δὲ καὶ ἑτέρας νυκτὸς ἐδόκει μὲν ἐν τῷ ὀνείρῳ καὶ αὖθις τῶν λόγων ἀκούειν ὧνπερ ἠκηκόει

3. ἐνδελεχέστατα τοῖς ἀπὸ] ἐνδελεχεστάτης ἀπὸ Suidas s. v. ἐνδελεχέστατα. 4. τοῖς Alem. Malt. τῆς AP. 7. διπύρους Suidas s. v. δίπυρος et σισύρα. πηροὺς AP. 10. ἅπαντες] ἁπάντων Reisk. 12. κατέστη Alem. P. ὁπλίζει A. 14. Ἰουστῖνον Alem. ex MS. Med. et P. ἰουστινιανὸν A et codd Vat. 15. ἀφανιεῖν Reisk. ἀφανίζειν Alem. ἀφίειν A. ἀφιεῖν P. 22. μὲν Reisk. μένειν AP.

tii Leo summam habebat Imperii, cum tres in Illyria nati, exercendisque agris assueti adolescentes Zimarchus, Ditybistus et Iustinus (cuius Bederiana patria fuit) summae, qua domi premebantur, egestatis vitandae causa, militiam sequuntur, pedibusque Byzantium veniunt, reiectis post terga sagis, in quibus praeter secundarios panes, nihil eis quod reconderent, ex re domestica fuit. Numeris militaribus inscripti ab Imperatore, utpote egregia corporis forma conspicui, ad regiae custodiam seliguntur. Imperio deinde potitus Anastasius, in Isauros, qui arma sumpserant, florentissimum immittit exercitum, quem Ioannes gibbus ductavit. Is Iustinum criminis reum includit carcere, postridie statim capite plectendum. Verum, ut dux ille narrare solebat, a proposito deterretur, viso per quietem sibi, qui proceritate ac reliquo corporis habitu praestantius quid homine prae se ferret, iuberetque dimitti quem pridie tradidisset custodiae. Ille somno excitus non magni ducit quae in

D τὸ πρότερον, ἐπιτελέσαι δὲ τὰ ἐπιτεταγμένα οὐδ' ὣς βεβουλῆσθαι. τρίτον τέ οἱ ἐπιστᾶσαν τὴν τοῦ ὀνείρου ὄψιν ἀπειλῆσαι μὲν τὰ ἀνήκεστα, ἢν μὴ τὰ ἐπηγγελμένα ποιοίη, ἐπειπεῖν τε ὡς αὐτοῦ τε τοῦ ἀνθρώπου καὶ τῆς ξυγγενείας χρέος οἱ μέγα ὀργισθησομένῳ ἐς χρόνον τὸν ὄπισθεν εἴη. τότε μὲν οὖν οὕτως Ἰουστίνῳ περιεῖναι ξυνέβη, προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου ἐς μέγα δυνάμεως οὗτος Ἰουστῖνος ἐχώρησεν. ἄρχοντα γὰρ αὐτὸν Ἀναστάσιος βασιλεὺς κατεστήσατο τῶν ἐν παλατίῳ φυλάκων. ἐπειδή τε ὁ βασιλεὺς ἐξ ἀνθρώπων ἠφάνιστο, αὐτὸς τῇ τῆς ἀρχῆς δυνάμει τὴν βασιλείαν παρέλαβε, τυμβογέρων μὲν γεγονὼς ἤδη, ἀμάθητος δὲ γραμμάτων ἁπάντων καὶ τὸ δὴ λεγόμενον ἀναλφάβητος
P 20 ὤν, οὐ γεγονὸς ἐν Ῥωμαίοις πρότερον τοῦτό γε. εἰθισμένου δὲ γράμματα οἰκεῖα τοῖς βιβλίοις ἐντιθέναι τὸν βασιλέα, ὅσα ἂν ἐπαγγέλλοντος αὐτοῦ γίνοιτο, αὐτὸς μέντοι οὔτε ἐπήγγελλεν οὔτε τοῖς πρασσομένοις ξυνεπίστασθαι οἷός τε ἦν. ὃς δὲ παρεδρεύειν αὐτῷ ἔλαχεν ἀρχὴν τὴν τοῦ καλουμένου κοιαίστορος Πρόκλος ὄνομα, αὐτὸς δὴ αὐτονόμῳ γνώμῃ ἅπαντα ἔπρασσεν. ὅπως δὲ μαρτυρίαν τῆς βασιλέως χειρὸς ἔχοιεν, οἷς ἐπίκειται τὸ ἔργον τοῦτο, ἐπενοήθη τάδε. ξύλῳ εἰργασμένῳ βραχεῖ ἐγκολάψαντες μορφήν τινα γραμμάτων τεττάρων, ἅπερ ἀναγνῶναι τῇ Λατίνων φωνῇ
A 29 B δύναται, γραφίδα τε βαφῇ βάψαντες, ᾗ βασιλεῖς γράφειν εἰώθασιν, ἐνεχείριζοντο τῷ βασιλεῖ τούτῳ. καὶ τὸ ξύλον, οὗπερ

10. τυμβογέρων] Suidas s. h. v. *ibid.* ἀμάθητος — ἀναλφάβητος] Suidas s. v. Ἰουστῖνος. 14. ἐπήγγελλεν P. ἐπήγγειλεν A. 15. „ξυνεπίστασθαι] ξυνέπεσθαι, aut ξυνεφίστασθαι. Prius rectius." Reisk. 18. οἷς ἐπίκειται P. ᾗ * * * ἐπίκειται A. 22. ἐνεχείριζον δὲ τῷ βασιλεῖ ταύτην Reisk.

somno visa forent, nocteque insequente iisdem in quiete visis et auditis, ac nihilominus neglectis; tertio ab eadem illa specie atrocioribus minis exagitatur, ut dicto pareat: Nam hoc, inquit, homine, huiusque propinquis opus cum primis erit, quando ira mihi mox concitabitur. Sic mortem evadere Iustino contigit. Tempore deinde procedente, magnam is consequitur potentiam, Praetorianis militibus praefectus ab Anastasio Principe: qui ubi fato concessit, ea fretus Iustinus praefectura capessivit Imperium, senex iam licet capularis, et, quod Romanis antehac non evenit, adeo litterarum expers et, quod dicitur, analphabetus, ut cum sui soleat nominis apices libellis indere Princeps, cum quid imperat faciundum, ipse neque imperare neque compos esse posset rerum gerendarum, sed Proclus, qui officio Quaestoris fungebatur eique assidebat, omnia faceret pro arbitrio. Verum ut aliquod Imperatoris manus extaret argumentum, a magistratu, qui id muneris habet, excogitatum hoc est. Tabellae ligneae perpolitae formam quatuor literarum, quae legi Latine possent, incidendam curant, eaque libello imposita, calamus colore im-

ἐμνήσθην, τῷ βιβλίῳ ἐνθέμενοι, λαβόμενοί τε τῆς βασιλέως χειρὸς, περιῆγον μὲν ξὺν τῇ γραφίδι ἐς τῶν τεττάρων γραμμάτων τὸν τύπον, ἐς πάσας τε τὰς τοῦ ξύλου αὐτὴν περιελίξαντες ἐντομὰς οὕτω δὴ ἀπηλλάσσοντο, τοιαῦτα βασιλέως γράμματα φέροντες. τὰ μὲν ἀμφὶ τῷ Ἰουστίνῳ ταύτῃ Ῥωμαίοις εἶχε. γυναικὶ δὲ ὄνομα Λουππικίνῃ ξυνῴκει. αὕτη δὲ δούλη τε καὶ βάρβαρος οὖσα τοῦ πρόσθεν αὐτὴν ἐωνημένου παλλακὴ γέγονε. καὶ αὐτῇ μὲν ξὺν Ἰουστίνῳ ἐπὶ βίου δυσμαῖς τὴν βασιλείαν ἔσχεν. Ἰουστῖνος μὲν οὖν οὔτε τι πονηρὸν τοὺς ὑπηκόους ἐργάζεσθαι οὔτε ἀγαθὸν ἴσχυεν. εὐηθείᾳ γὰρ πολλῇ εἴχετο, ἄγλωττός τε C παντάπασιν ὢν καὶ ἀγροικιζόμενος μάλιστα. ἀδελφιδοῦς δὲ αὐτῷ Ἰουστινιανὸς νέος ὢν ἔτι διῳκεῖτο τὴν ἀρχὴν ξύμπασαν καὶ γέγονε Ῥωμαίοις ξυμφορῶν αἴτιος, οἵας τε καὶ ὅσας ἐς τὸν ἅπαντα αἰῶνα οὐδείς που πρότερον ἀκοῇ ἔλαβεν. ἔς τε γὰρ ἀνθρώπων ἄδικον φόνον καὶ χρημάτων ἁρπαγὴν ἀλλοτρίων ῥᾷστα ἐχώρει, καὶ οὐδὲν ἦν αὐτῷ μυριάδας πολλὰς ἀνθρώπων ἀφανισθῆναι, καίπερ αὐτῷ αἰτίαν οὐδεμίαν παρασχομένων. καὶ φυλάσσειν μὲν τῶν καθεσταμένων οὐδὲν ἠξίου, ἅπαντα δὲ νεοχμοῦν ἐς ἀεὶ ἤθελε, καὶ τὸ ξύμπαν εἰπεῖν, μέγιστος δὴ οὗτος διαφθορεὺς τῶν εὖ καθεστώτων. τὸν μὲν οὖν λοιμὸν, ὅσπερ μοι ἐν τοῖς ἔμπροσθεν D λόγοις ἐρρήθη, καίπερ ἐπισκήψαντα εἰς τὴν γῆν ξύμπασαν, διέφυγον ἄνθρωποι οὐχ ἥσσους ἢ ὅσοις διαφθαρῆναι τετύχηκεν, ἢ

1. ἐνθέμενοι] ἐπιθέμενοι Reiskius. 2. τῶν τεττάρων] τὸν τεττάρων AP. 14. ἀνθρώπων Alem. P. ἐξ ἀνθρώπων A. 18. καθεσταμένων] καθεστώτων Suidas s. v. νεοχμοῦν. *ibid.* νεοχμοῦν Alem. P. νεοχειλοῦν A. 22. ἢ ὅσοις P cum Suida s. v. ἐπισκήπτω. ἢ om. A.

butas, quo scribere mos est Imperatoribus, huic Principi tradebatur in manum, quam alii prehensantes ducebant, circumagebantque calamum per quatuor illas litterarum formas, nempe singulas tabellae incisuras, atque ita demum iis ab Imperatore litteris reportatis recedebant. Is quidem Romanis erat Iustinus. Coniux vero, cui nomen Lupicinae fuit, serva eaque barbara, sui pellex emptoris Iustini, et ad usque vitae exitum Imperii socia. Neque malo subiectis, neque bono esse Iustinus quidem potuit, insignis homo stoliditatis, summa cum infantia summaque cum rusticitate coniunctae. At eius sororis filius Iustinianus aetate adhuc iunior, et qui summam moderabatur Imperii, is demum fuit Romanis tot tantorumque malorum auctor, quot et quanta audita non sunt ex omni superiorum aetatum memoria. Facile prorumpebat in opum alienarum rapinas, in caedes, sic ut pro nihilo duceret innumeram perdere omnis criminis insontem multitudinem. Statuta servare nequaquam illi animus; contra semper rebus studere novis, et, uno verbo, bene constitutis pestem importare funestissimam. Luem illam, quam superioribus

A 30 οὐδαμῇ τῇ νόσῳ ἁλόντες ἢ ὑγιαζόμενοι, ἐπειδὴ σφίσιν ἁλῶναι ξυνέβη. ἄνδρα δὲ τοῦτον διαφυγεῖν ἀνθρώπῳ γε ὄντι τῶν πάντων Ῥωμαίων οὐδενὶ ξυνηνέχθη, ἀλλ' ὥσπερ τι ἄλλο ἐξ οὐρανοῦ πάθος ὅλῳ τῷ γένει ἐπεισπεσὸν ἀνέπαφον οὐδένα παντελῶς εἴασε. τοὺς μὲν γὰρ ἔκτεινεν οὐδενὶ λόγῳ, τοὺς δὲ πενίᾳ μαχομένους ἀφεὶς ἀθλιωτέρους τῶν τετελευτηκότων εἰργάζετο, εὐχομένους τὰ παρόντα σφίσι διαλῦσαι θανάτῳ οἰκτίστῳ. τινῶν μέντοι ξὺν τοῖς χρήμασι καὶ τὰς ψυχὰς εἷλεν. ἐπεὶ δὲ οὐδὲν ἦν αὐτῷ μόνην καταλῦσαι τὴν Ῥωμαίων ἀρχήν, Λιβύης τε καὶ Ἰτα- V 293 λίας οὐκ ἄλλου του ἕνεκα πεποιῆσθαι τὴν ἐπικράτησιν ἴσχυσεν P 21 ἢ ὥστε ξὺν τοῖς πρότερον ὑφ' αὐτῷ οὖσι διολέσαι τοὺς ταύτῃ ἀνθρώπους. οὔπω γοῦν δεκαταῖος εἰς τὴν δύναμιν γεγονὼς Ἀμάντιον τῶν ἐν παλατίῳ εὐνούχων ἄρχοντα ξὺν ἑτέροις τισὶν ἐξ αἰτίας οὐδεμιᾶς ἔκτεινεν, ἄλλο οὐδὲν τῷ ἀνθρώπῳ ἐπενεγκών, πλήν γε δὴ ὅτι ἐς Ἰωάννην τὸν τῆς πόλεως ἀρχιερέα λόγον τινὰ προπετῆ εἴποι. καὶ ἀπ' αὐτοῦ φοβερώτατος γέγονεν ἀνθρώπων ἁπάντων. αὐτίκα δὲ καὶ Βιταλιανὸν τὸν τύραννον μετεπέμψατο, ᾧ δὴ τὰ πιστὰ πρότερον ὑπὲρ τῆς ἀσφαλείας παρέσχετο, διαλαχὼν αὐτῷ καὶ τῶν ἐν Χριστιανοῖς μυστηρίων. ὀλίγῳ τε ὕστερον ἐξ ὑποψίας αὐτῷ προσκεκρουκότα ξὺν τοῖς ἐπιτηδείοις ἐν παλατίῳ λόγῳ οὐδενὶ διεχρήσατο, πίστεις οὕτω δεινοτάτας ἐμπεδῶσαι οὐδαμῇ ἀξιώσας.

1. ἢ ὑγιαζόμενοι ex MS. Med. Alem. et P. ἢ * γενόμενοι A: unde Toupius ἢ περιγενόμενοι. *ibid.* σφίσιν] σφίσι AP. 10. ἴσχυσεν] ἔσκευσεν Reisk. 16. φοβερώτατος P. φοβερώτερος A.

libris in totum fere terrarum orbem pervasisse narravimus, non pauciores homines vel non conceptam effugere contigit, vel conceptam depellere, quam ea perire. At Iustinianum evitavit nemo Romanorum omnium, qui velut e caelo immissa pernicies ac labes nullum non infecit, alios nefarie de medio sustulit; aliis vitam dira affligtandam egestate condonans, perditis miseriores effecit, qui vel crudelissimo supplicio tantis malis solvi cuperent; aliorum demum nec fortunis parcere, nec vitae libuit. Non illi satis Romanum Imperium evertisse; ad subiugandam Africam et Italiam vires convertit, ut cum subiectis sibi Provinciis illas etiam gentes unum in exitium deturbaret. Vix decimus dies abierat ex quo cum potestate fuit, et Amantium eunuchorum aulae principem nonnullis cum aliis interfecit, in crimen illum ea tantum re ducens, quod nescio quam vocem petulantius in Ioannem iactavit urbis antistitem; ex quo omnium hominum evasit formidolosissimus. Illico vocatum mittit Vitalianum Tyrannum fide publica, impunitate promissa, et una susceptis Christianorum mysteriis. Paulo deinde post dato suspicioni, atque offensioni loco, eum ac necessarios in Aula impie contrucidavit, nihil veritus fidem fallere tam formidandam.

ζ'. Τοῦ δὲ δήμου ἐκ παλαιοῦ ἐς μοίρας δύο διεστηκότος, B
ὥσπερ μοι ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις ἐρρήθη, μίαν αὐτὸς τὴν
Βενέτων ἑταιρισάμενος, ἣ οἱ καὶ τὸ πρότερον κατεσπουδασμένη
ἐτύγχανε, ξυγχεῖν τε καὶ συνταράξαι ἅπαντα ἴσχυσε. καὶ ἀπ'
αὐτοῦ ἐς γόνυ ἐλθεῖν Ῥωμαίοις τὴν πολιτείαν πεποίηκεν. οὐχ
ἅπαντες δὲ οἱ Βένετοι ἐπισπέσθαι τῇ τοῦδε ἀνδρὸς γνώμῃ ἔγνω- A 31
σαν, ἀλλ' ὅσοι στασιῶται ὄντες ἐτύγχανον. καὶ αὐτοὶ μέντοι
προϊόντος ἤδη τοῦ δεινοῦ σωφρονέστατοι ἔδοξαν εἶναι ἀνθρώπων
ἁπάντων. ἐνδεεστέρως γὰρ ἢ κατὰ τὴν ἐξουσίαν ἡμάρτανον. οὐ C
μὴν οὐδὲ τῶν πρασίνων οἱ στασιῶται ἡσυχῇ ἔμενον, ἀλλὰ καὶ
αὐτοὶ ἔπρασσον ἀεὶ τὰ ἐγκλήματα ἐς ὅσον σφίσι δυνατὰ ἐγεγόνει,
καίπερ κατὰ μόνας διηνεκὲς κολαζόμενοι. ὅπερ αὐτοὺς ἐς τὸ
θρασύνεσθαι πολλῷ ἔτι μᾶλλον ἐς ἀεὶ ἦγεν. ἀδικούμενοι γὰρ
εἰώθασιν ἐς ἀπόνοιαν τρέπεσθαι ἄνθρωποι. τότε οὖν τοὺς Βε-
νέτους αὐτοῦ ῥιπίζοντός τε καὶ διαφανῶς ἐρεθίζοντος ἅπασα κατ'
ἄκρας ἡ Ῥωμαίων ἀρχὴ ἐκινήθη ὥσπερ σεισμοῦ ἢ κατακλυσμοῦ
ἐπιπεσόντος ἢ πόλεως ἑκάστης πρὸς τῶν πολεμίων ἁλούσης. πάν- D
τα γὰρ ἐν ἅπασι ξυνεταράχθη καὶ οὐδὲν ὑφ' ἑαυτοῦ τὸ λοιπὸν
ἔμεινεν, ἀλλ' οἵ τε νόμοι καὶ ὁ τῆς πολιτείας κόσμος ξυγχύσεως
ἐπιγενομένης ἐς πᾶν τοὐναντίον ἐχώρησαν. καὶ πρῶτα μὲν τοῖς
στασιώταις τὰ ἐς τὴν κόμην ἐς νεώτερόν τινα μετεβέβλητο τρό-

3. *Βενέτων*] βένετον A. 6. τοῦδε ἀνδρὸς] τοῦδε τἀνδρὸς aut τοῦ ἀνδρὸς Reisk. 8. τοῦ δεινοῦ Alem. δεινοῦ P. νοῦ A. 13. ἐς ἀεὶ ἦγεν] ἐσῆγεν Reisk. *ibid.* ἀδικούμενοι — ἄνθρωποι] Suidas s. v. ἀπόνοια. 15. αὐτοῦ Alem. P. αὐτὸν A. 18. ὑφ'] ἐφ' Reisk. 21. ἐς τὴν] ἀμφὶ τὴν Suidas s. v. εὐκάρυφα. *ibid.* μετεβέβλητο] παραβέβληται Suidas.

7. Cum pridem duae populi, ut diximus, factiones essent, conciliata sibi altera Venetorum, cuius iam antea studia acquisierat, ita miscere omnia potuit ac perturbare, ut exinde rem Romanorum publicam inclinatam labefactarit, licet Venetorum seditiosi quique duntaxat illius libidini obtemperarent, qui tamen gliscente calamitate, omnium mortalium moderatissimi habiti sunt, quod data peccandi potestate parcius abuterentur. Ex prasinis vicissim, qui seditiones agitarent, haud sese continuerunt; sed ut sibi facultas fuit, ita facinora perpetrarunt, quamquam identidem occultis affecti suppliciis; ex quibus quotidie nihilominus sumerent maiores spiritus. Nam usu venit, ut iniuriis lacessiti ad maiora flagitia traducant animum. Ergo proritatis tum ab eo concitatisque palam Venetis, universum convulsum suis sedibus est Romanum Imperium, quasi ab hostibus vastatae urbes, vel terrae quodam motu prostratae, vel eluvione oppressae; nam omnia passim concussa, locoque dimota, iura, leges, ac totus Reipub. status susque deque tracta sunt. Factiosi

πον. ἀπεκείροντο γὰρ αὐτὴν οὐδὲν ὁμοίως τοῖς ἄλλοις Ῥωμαίοις· τοῦ μὲν γὰρ μύσταχος καὶ τοῦ γενείου οὐδαμῆ ἥπτοντο, ἀλλ' αὐτοῖς κατακομᾶν ἐπὶ πλεῖστον ὥσπερ οἱ Πέρσαι ἐς ἀεὶ ἤθελον. τῶν δὲ ἐν τῇ κεφαλῇ τριχῶν τὰ ἔμπροσθεν ἄχρι ἐς τοὺς κροτάφους ἀποτεμόμενοι τὰ ὄπισθεν ἀποκρίμασθαι σφίσιν ἐπὶ μακρότατον λόγῳ
P 22 *οὐδενὶ εἴων, ὥσπερ οἱ Μασσαγέται. διὸ δὴ καὶ Οὐννικὸν τὸ τοιοῦτον εἶδος ἐκάλουν. ἔπειτα δὲ τὰ ἐς τὰ ἱμάτια εὐπάρυφοι ἠξίουν εἶναι ἅπαντες, κομπωδεστέραν ἢ κατὰ τὴν ἑκάστου ἀξίαν ἐνδιδυσκόμενοι τὴν ἐσθῆτα. κτᾶσθαι γὰρ αὐτοῖς τὰ τοιαῦτα ἐξ οὐ προσηκόντων*
A 32 *παρῆν. τοῦ δὲ χιτῶνος τὸ ἀμφὶ τῷ χεῖρε μέρος ἐς τὸν καρπὸν ξυνῄει σφίσιν ἐν στενῷ μάλιστα. τὰ δὲ ἐνθένδε ἄχρι ἐς ὦμον ἑκάτερον ἐς ἄφατόν τι εὖρους διεκέχυτο χρῆμα. ὁσάκις τε ἡ χεὶρ αὐτοῖς σείοιτο ἀναβοῶσιν ἐν τοῖς θεάτροις τε καὶ ἱπποδρομίοις, ἢ ἐγκελευομένοις, ᾗπερ εἰώθει, ἐς ὕψος αὐτοῖς τοῦτο τὸ μέρος ἀτεχνῶς ᾔρετο, αἴσθησιν παρεχόμενον τοῖς ἀνοήτοις, ὅτι*
B *δὴ αὐτοῖς οὕτω καλόν τε τὸ σῶμα καὶ ἀδρὸν εἴη ἄν, ὥστε δεῖν γε αὐτοῖς πρὸς τῶν τοιούτων ἱματίων καλύπτεσθαι, οὐκ ἐννοοῦσιν ὅτι δὴ αὐτοῖς τῷ τῆς ἐσθῆτος ἠραιωμένῳ τε καὶ κενῷ πολλῷ ἔτι μᾶλλον τὸ τοῦ σώματος ἐξίτηλον διελεγχθείη. αἱ ἐπωμίδες δὲ*

1. *αὐτὴν* P cum Suida. *αὐτοὶ* A. 2. *αὐτοῖς*] *αὐτὸν* Suidas. 5. *ἀποτεμόμενοι*] *ἀποτεμνόμενοι* Suidas. *ibid.* *σφίσιν* Suidas. *σφίσι* AP. *ibid.* *ἐπὶ μακρότατον* ex Suida addidi. 6. *Οὐννικὸν* P. *οὐνικὸν* A. *Οὔνιον* Suidas. *ibid.* *τοιοῦτον*] *αὐτὸ* Suidas. 7. *τὰ ἱμάτια* P cum Suida. *ταρμάτια* A. 9. *ἐξ οὐ* Suidas. *ἐξ οὗ* AP. 10. *τὸ ἀμφὶ* Alem. ex MS. Med. *τοῦ ἀμφὶ* AP et Suidas. *ibid.* *μέρος* Alem. P. *μέρος αὐτοῖς* A et Suidas. 11. *μάλιστα* P cum Suida. *μάλιστα δέ* A. *μάλιστα δή* Reisk. 12. *εὔρους*] *εὖρος* Suidas, omisso quod sequitur *χρῆμα*. 14. *τοῦτο τὸ — παρεχόμενον τοῖς* ex Suida add. Alem. P. 18. *ἠραιωμένῳ* Suidas. *ἠρημωμένῳ* AP. *ἠνεμωμένῳ* aut *ἠωρημένῳ* Reisk. *ibid.* *κενῷ*] *καινῷ* Suidas. 19. *διελεγχθῇ* AP. Correxi ex Suida.

statim comere caesariem, ac novo quodam, et Romanis alieno cultu recidere; nam mento et alis intonsis, quae Persarum more prolixe iubebat promittere, sinciput capillitio ad tempora usque nudarunt, coma ad occipitium permissa, ut Massagetae solent, nulla lege diffluere; quare et hunc habitum Hunnicum appellavere. Omnes sibi curarunt vestes arte laboratas, iisque quam pro dignitate splendidioribus amiciebantur, quas iniquis sibi praedis poterant comparare. Vestis manicae ad volam strictissime coibant; inde vero ad humeros in miram amplitudinem diffundebantur. Cum autem in Theatro vel Circo intenta manu vociferarentur, vel alios, ut fit, incitarent; ea potissimum vestimenti pars exerebatur, ut Bardis opinionem afferrent, tam plena fortique esse se corporis habitudine, ut illo egeret vestium amictu; neque viderunt tumida et inani veste tanto magis sui corporis prodendam tenuitatem. Humera-

καὶ ἀναξυρίδες καὶ τῶν ὑποδημάτων τὰ πλεῖστα ἐς τῶν Οὔννων τό τε ὄνομα καὶ τὸν τρόπον ἀπεκέκριτο σφίσιν. ἐσιδηροφόρουν δὲ νύκτωρ μὲν τὰ πρῶτα ἐκ τοῦ ἐμφανοῦς ἅπαντες σχεδὸν, ἐν δέ γε ἡμέρᾳ ξιφίδια περὶ τὸν μηρὸν δίστομα ὑπὸ τῷ ἱματίῳ ἀπο- V 294 κρυψάμενοι, ξυνιστάμενοί τε κατὰ συμμορίας, ἐπειδὰν συσκοτάζοι, ἐλωποδύτουν τοὺς ἐπιεικεστέρους ἔν τε ὅλῃ ἀγορᾷ κἀν τοῖς C στενωποῖς, ἀφαιρούμενοι τοὺς παραπεπτωκότας τά τε ἱμάτια ζώνας τε καὶ περόνας χρυσᾶς καὶ εἴ τι ἄλλο ἐν χερσὶν ἔχοιεν. τινὰς δὲ πρὸς τῇ ἁρπαγῇ καὶ κτείνειν ἠξίουν, ὅπως μηδενὶ τὰ ξυμπεσόντα σφίσιν ἀναγγείλωσιν. οἷς δὴ ἅπαντες καὶ τῶν Βενέτων οἱ μὴ στασιῶται μάλιστα ἤχθοντο. ἐπεὶ δὲ οὐδὲ αὐτοὶ ἀπαθεῖς ἔμενον, καὶ ἀπ' αὐτοῦ χαλκαῖς τὸ λοιπὸν ζώναις τε καὶ περόναις καὶ ἱματίοις πολλῷ ἐλασσόνως ἢ κατὰ τὴν ἀξίαν ὡς πλεῖστοι ἐχρῶντο, ὅπως δὴ μὴ τῷ φιλοκάλῳ ἀπόλωνται, καὶ οὔπω δεδυκότος ἡλίου εἰς τὰς οἰκίας ἀναχωροῦντες ἐκρύπτοντο. μηκυνομένου δὲ τοῦ κακοῦ καὶ οὐδεμιᾶς ἐπιστροφῆς ἐς τοὺς ἡμαρτηκότας πρὸς τῆς τῷ δήμῳ ἐφεστώσης ἀρχῆς γινομένης ἐπὶ μέγα τὸ D τῶν ἀνδρῶν θράσος ἐς ἀεὶ ἤρετο. ἁμαρτία γὰρ παρρησίας ἀξιω- A 33 θεῖσα ἐπ' ἄπειρον φύρεσθαι πέφυκεν, ἐπεὶ καὶ κολαζόμενα τὰ ἐγκλήματα φιλεῖ οὐκ ἐς τὸ παντελὲς ἀποκόπτεσθαι. φύσει γὰρ οἱ πλεῖστοι ἐς τὸ ἁμαρτάνειν εὐπετῶς τρέπονται. τὰ μὲν οὖν τῶν Βενέτων ἐφέρετο τῇδε. τῶν δὲ ἀντιστασιωτῶν οἱ μὲν εἰς τὴν ἐκείνων ἀπέκλινον μοῖραν, ἐπιθυμίᾳ τοῦ ξυναμαρτάνοντος

1. Οὔννων Suidas s. v. ἐπωμίς. Οὔννων P. οὔνων A. 6. ὅλῃ] τῇ Reisk. 7. ἀφαιρούμενοι Alem. P. ἀφανιούμενοι A. 19. φύρεσθαι] φέρεσθαι Reisk.

lia, tibialia, et pleraque calceamentorum genera, Hunnorum ad ritus, nomenque usurparunt. Antehac armati fere omnes noctu palam incedebant; interdiu ancipitibus ad femur ficis sub veste occultis. Prima nocte in turmas coacti, vel aperto foro, vel angiportis obsessis, obvios quosque innoxios viros depraedabantur, palliis, balteis, aureisque detractis fibulis, et quidquid esset prae manibus; suppilatos iam alios caedebant, ne cui referrent quae sibi accidissent. Passim haec omnes graviter tulerunt; et Venetorum quisquis seditionibus abstineret. Ut vero nec ipsi abibant impune, exinde plerique aereis fibulis, balteisque uti coeperunt, necnon vestibus longe quam pro dignitate vilioribus, ne vitae insidiaretur ornatus; et ante solis occasum domum se recipiebant et contutabantur. Hoc malo latius serpente, neque sontibus ab urbis praefecto coercitis, magis ac magis illis in dies animus addebatur. Nam facta peccandi licentia latius scelera propagantur, quod et funditus recidi suppliciis non possint, et in ea naturae quodam impetu plerique rapiantur. Venetorum ita se res habuere; contrariae vero factionis popularium alii discesserunt in illorum partes libidine vindicandarum in plebe offen-

δήμου δοῦναι τὴν δίκην, οἱ δὲ φυγῇ ἐχόμενοι ἐς ἑτέρας τινὰς
ἐλάνθανον χώρας· πολλοὶ δὲ καὶ αὐτοῦ καταλαμβανόμενοι διε-
φθείροντο πρὸς τῶν ἐναντίων ἢ πρὸς τῆς ἀρχῆς κολαζόμενοι.
καὶ ἄλλοι δὲ νεανίαι πολλοὶ ἐς ταύτην δὴ τὴν ἑταιρείαν ξυνέρρεον
οὐδεπώποτε πρότερον περὶ ταῦτα ἐσπουδακότες, ἀλλὰ δυνάμεώς
τε καὶ ὕβρεως ἐξουσίᾳ ἐνταῦθα ἠγμένοι. οὐ γάρ ἐστιν οὐδὲν μία-
σμα ὑπὸ ἀνθρώπων ὠνομασμένον, ὅπερ οὐχ ἡμαρτήθη τε ἐν
P 23 τούτῳ τῷ χρόνῳ καὶ τιμωρίας ἐκτὸς ἔμεινε. πρῶτον μὲν οὖν
σφῶν τοὺς ἀντιστασιώτας διέφθειρον, προϊόντες δὲ καὶ τοὺς οὐ-
δὲν προσκεκρουκότας αὐτοῖς διέφθειρον. πολλοὶ δὲ καὶ χρήμα-
σιν αὐτοὺς ἀναπείσαντες ἀπεδείκνυον τοὺς σφετέρους ἐχθρούς,
οὕσπερ ἐκεῖνοι διεχρῶντο εὐθὺς ὄνομα μὲν πρασίνων αὐτοῖς ἐπε-
νεγκόντες, ἀγνῶτας δὲ σφίσι παντάπασιν ὄντας. καὶ ταῦτα οὐκ
ἐν σκότῳ ἤδη ἢ ἐν παραβύστῳ ἐγίνετο, ἀλλ' ἐν ἅπασι μὲν τῆς
ἡμέρας καιροῖς, ἐν ἑκάστῳ δὲ τῆς πόλεως χώρῳ, ἀνδράσι τοῖς
λογιμωτάτοις τῶν πρασσομένων, ἂν οὕτω τύχοι, ἐν ὀφθαλμοῖς
ὄντων. οὐδὲν γὰρ ἐπικαλύπτειν ἐδέοντο τὰ ἐγκλήματα, ἐπεί τοι
αὐτοῖς οὐκ ἐπέκειτο κολάσεως δέος, ἀλλά τις προσῆν καὶ φιλοτι-
B μίας ἀξίωσις, ἰσχύος τε καὶ ἀνδρείας ἐμποιουμένοις ἐπίδειξιν,
ὅτι δὴ πληγῇ μιᾷ τῶν τινα παραπεπτωκότων γυμνὸν ἔκτεινον,
A 34 ἐλπίς τε οὐδενὶ τοῦ ἔτι βιώσεσθαι ἐν τῷ τῆς διαίτης σφαλερῷ
ἔμενε. πάντες γὰρ ἐγκεῖσθαι σφίσι τὸν θάνατον τῷ περιδεεῖς εἶ-

1. δήμου προφάσει μηδεμίαν δοῦναι δίκην vel ἐπὶ μηδενὶ δοῦναι τὴν δίκην Reisk. *ibid.* ἐχόμενοι] οἰχόμενοι Reisk. 6. οὐδὲν Alem. P. οὐδὲ A.

sionum; pars fuga lapsi alicubi delituerunt; complures comprehensi, vel ab adversariis, vel a magistratu suppliciis adigebantur ad necem. Demum frequens civitatis pubes in eandem confluit societatem, non quidem iis pridem addicta studiis, sed ad ea sequenda vel viribus inflammata, vel flagitiosa licentia allecta. Nam nullum est hominibus notum piaculum, quod non hoc tempore patratum, et inultum relictum sit. Principio quidem in adversae factionis homines desaevierunt; deinde in eos etiam qui se nunquam offendissent. A multis pecunia corrupti, eorum inimicos, accepto indicio, morte mactarunt, Prasinorum causam iis affingentes, quos omnino ignorarent. Neque haec amplius in obscuro, vel clam patrata sunt, sed horis diei singulis, et quolibet urbis loco, et virorum etiam primatum, si quando id accidisset, in oculis. Neque enim occultato erat opus, quidquid perpetrassent, ubi nulla esset poenae formido. Quin et occasio parandae gloriae, et ostentandae fortitudinis esse videbatur, obvium quemque inermem uno ictu conficere. In quo sane rerum discrimine nemo sibi spem vitae fecit; sed mors imminere ex ipso terrore credebatur, praesertim cum nullus videretur ad salutem vel tutus locus, vel tempus opportunum; sed in augustioribus quibusque tem-

ναι ὑπώπτευον, καὶ οὐδὲ τόπος τις ὀχυρὸς οὐδὲ καιρὸς ἐχέγγυός τινι ἐς τὴν σωτηρίαν ἔδοξεν εἶναι, ἐπεὶ κἂν τοῖς τῶν ἱερῶν τιμιωτάτοις κἂν ταῖς πανηγύρεσι λόγῳ οὐδενὶ διεφθείροντο, πίστις τε οὐδεμία πρός τε τῶν φίλων καὶ τῶν ξυγγενῶν ἔτι ἐλέλειπτο. πολλοὶ γὰρ καὶ τῇ τῶν οἰκειοτάτων ἐπιβουλῇ ἔθνησκον. ζήτησις μέντοι οὐδεμία τῶν πεπραγμένων ἐγίνετο, ἀλλὰ τὰ πάθη ἀπροσδόκητα πᾶσιν ἔπιπτε καὶ τοῖς πεπτωκόσιν οὐδεὶς ἤμυνε. νόμου δέ τινος ἢ συμβολαίου δύναμίς τις ἐν τῷ βεβαίῳ τῆς τάξεως οὐκέτι ἐλέλειπτο, ἀλλ' ἐπὶ τὸ βιαιότερον ἅπαντα τετραμμένα C *ξυνεταράχθη, τυραννίδι τε ἦν πολιτεία ἐμφερὴς μάλιστα, οὐ καθεστώσῃ μέντοι γε, ἀλλὰ καθ' ἑκάστην τε ἀμειβομένῃ καὶ ἀεὶ ἀρχομένῃ. τῶν τε ἀρχόντων αἱ γνῶμαι ὥσπερ ἐκπεπληγμέναις ἐῴκεσαν, ἑνὸς ἀνδρὸς φόβῳ δεδουλωμέναι τὸ φρόνημα, οἵ τε δικάζοντες τὰς ὑπὲρ τῶν ἀντιλεγομένων ποιούμενοι γνώμας τὰς ψήφους ἐδίδοσαν, οὐχ ᾗπερ αὐτοῖς ἐδόκει δίκαιά τε καὶ νόμιμα εἶναι, ἀλλ' ὥσπερ τῶν διαφερομένων ἑκάστῳ τὰ ἐκ τῶν στασιωτῶν δυσμενῆ τε καὶ φίλα ἐτύγχανεν ὄντα. δικαστῇ γὰρ ὀλιγωρηκότι τῆς ἐκείνων προρρήσεως θάνατος ἡ ζημία ἐκέκριτο. καὶ πολλοὶ μὲν δανεισταὶ τὰ γραμματεῖα τοῖς ὠφληκόσι ξὺν βίᾳ πολλῇ οὐδὲν τοῦ ὀφλήματος κεκομισμένοι ἀπέδοντο, πολλοὶ δὲ οὔτι ἑκούσιοι* D *ἐλευθέρους τοὺς οἰκέτας ἀφῆκαν. φασὶ δὲ καὶ γυναῖκάς τινας πολλὰ ὧν οὐκ ἐβούλοντο τοῖς αὐτῶν δούλοις ἀναγκασθῆναι. ἤδη*

4. ξυγγενῶν A. συγγενῶν P. 7. ἔπιπτεν] ἐπέπιπτεν Reisk. 8. τις delet Reisk. 13. ἐῴκεσαν] ἐῴκεισαν Alem. *ibid.* δεδουλωμέναι] δεδουλωμένοι A. 16. στασιωτῶν MS. Med. P. στρατιωτῶν A. 17. γὰρ addidit Reisk. 21. τινας πρὸς πολλά Reisk. τινας πολλαὶ AP.

plis, interque celebritates, ac religionis nulla lege iugularentur. Nulla vel apud amicos, vel propinquos iam reliqua fides, cum et maxime necessariorum insidiis plerique interirent. Nulla maleficiorum fuit inquisitio, sed inopinatis quique calamitatibus oppressi sunt, et oppressis nemo esse auxilio potuit. Nullus legum et conventionum vigor, certusve locus superfuit, sed perturbate, perque vim omnia decernebantur. Respublica degeneraverat in quoddam genus tyrannidis inconstantis quidem ac versatilis, sed novo semper principio erumpentis. Principes perculsi animis, et unius hominis terrore visi sunt in servitutem adacti. Iudices in sententiis de rebus controversis pronunciandis non ad legum praescripta; sed ut factiosi erga litigatorum quemque vel bono essent animo, vel malo, ferebant calculum. Nam iussa Venetorum spernere erat iudici capitale. Ita plerique creditores compulsi sunt syngrapham debitoribus reddere, fraudati pecunia. Libertate alii donare servos, mancipiorum cupiditatibus parere mulieres, vel repugnantes coactae sunt. Iam vero

δὲ καὶ παῖδες οὐκ ἀφανῶν ἀνδρῶν τούτοις δὴ τοῖς νεανίαις ἀνα-
V 295 μιχθέντες τοὺς πατέρας ἠνάγκαζον ἄλλα τε πολλὰ οὔτι ἐθελου-
A 35 σίους ποιεῖν καὶ τὰ χρήματα σφίσι προΐεσθαι. πολλοὶ δὲ καὶ
ἀκούσιοι παῖδες τοῖς στασιώταις ἐς κοίτην ἀνοσίαν οὐκ ἀγνοούν-
των ἠναγκάσθησαν τῶν πατέρων ἐλθεῖν. καὶ γυναιξὶ μέντοι ἀν-
δράσι ξυνοικούσαις ταὐτὸν τοῦτο ξυνέβη παθεῖν. καὶ λέγεται
γυνὴ μὴ κόσμον περιβεβλημένη πολὺν πλεῖν μὲν σὺν τῷ ἀνδρὶ ἐπὶ
P 24 τὸ προάστειον τὸ ἐν τῇ ἀντιπέρας ἠπείρῳ, ἐντυχόντων δὲ σφίσιν
ἐν τῷ διάπλῳ τούτῳ τῶν στασιωτῶν, καὶ τοῦ μὲν ἀνδρὸς αὐτὴν
ξὺν ἀπειλῇ ἀφαιρουμένων, ἐς δὲ ἄκατον τὴν οἰκείαν ἐμβιβασάν-
των, ἐσελθεῖν μὲν ἐς τὴν ἄκατον ξὺν τοῖς νεανίαις, ἐγκελευσα-
μένην τῷ ἀνδρὶ λάθρα θαρσεῖν τε καὶ μηδὲν ἐπ' αὐτῇ δεδιέναι
φαῦλον· οὐ γάρ τοι ξυμβήσεσθαι ἐς τὸ σῶμα αὐτῇ ὑβρισθῆναι·
ἔτι δὲ τοῦ ἀνδρὸς ξὺν πένθει μεγάλῳ ἐς αὐτὴν βλέποντος ἔς τε
τὴν θάλασσαν καθεῖναι τὸ σῶμα καὶ αὐτίκα μάλα ἐξ ἀνθρώπων
B ἀφανισθῆναι. τοιαῦτα μὲν ἦν τὰ τούτοις δὴ τότε τοῖς στασιώ-
ταις ἐν Βυζαντίῳ τετολμημένα. ἧσσον δὲ ταῦτα τοὺς παραπε-
πτωκότας ἠνία ἢ τὰ πρὸς Ἰουστινιανοῦ ἐς τὴν πολιτείαν ἁμαρ-
τηθέντα, ἐπεὶ τοῖς παρὰ τῶν κακουργούντων πεπονθόσι τὰ χα-
λεπώτατα μέρος ἀφαιρεῖται τὸ πλεῖστον τῆς διὰ τῶν ἔξω ἐμβά-
σης ἀνίας τὸ προσδοκᾶν ἀεὶ τὴν πρὸς τῶν νόμων τε καὶ τῆς ἀρ-
χῆς τίσιν. ἐν γὰρ τῷ πρὸς τὰ μέλλοντα εὐέλπιδες εἶναι ῥᾷόν τε
καὶ ἀπονώτερον τὰ παρόντα σφίσι φέρουσιν ἄνθρωποι, βιαζό-

6. τοῦτο] τούτῳ AP. 18. πολιτείαν] πόλιν Suidas s. v. ἧσσον.
20. διὰ τῶν ἔξω Alem. P. διατάξεως A. δι' ἀταξίας Reisk.

et civium liberi non obscuro loco nati, huius iuventutis studia sectantes, cum pleraque alia, tum pecunias extorserunt ab invitis parentibus. Impuberes filii vel reluctantes pati coacti sunt sceleratos factiosorum concubitus, non insciis parentibus; neque immunes hac violentia nuptae feminae. Mulieri haud diviti mundo ornatae, quae cum marito in adversae orae suburbanum navigio vehebatur, factiosos istos occurrisse ferunt, qui minaciter a viro abstractam in suam cymbam eam inducerent. Conscendentem illam coniugi iussisse tacite bono esse animo, nihilque indigne de se vereri. Nam in hoc corpus, inquit, nullam scias me labem admissuram. Ergo marito graviter indolente, et in coniugem etiamnum prospectante, in altum illa sese demisit, moxque interiit. Haec quae Byzantii turbulenti homines tunc ausi sunt, minus offensorum anxerunt animos quam quae Iustinianus commisit in rempublicam. Nam miserum in modum afflictis contracti pars maxima doloris minuitur, cum apud magistratum et legum vindices aliqua ultionis spes relinquitur in nefarios. Nam spe quamdiu bona sustentatur animus, fit ut praesentia mala facilius praeferant homines: contra cum opprimuntur a principe,

2. τὰ ἐς τὴν σπουδὴν τάραχος] πρὸς τὰ ἐς τὴν σπουδὴν παραχθεὶς Reisk. 7. ποιούμενοι A. προσποιούμενοι Alem. P. „Ποιούμενοι est idem atque προσποιούμενοι. Saepe Zosimus verbo utitur eo sensu." Reisk. 14. τὰς μὲν οὔσας Alem. μενούσας AP.

rum initio eorum causam se acturum ille omni officio in se recipiebat; sed abiecta demum benevolentia illud ipsum studium in improvisas turbas evasit, ac Theodora tum in eos crudelissime saeviit; princeps vero tanquam inscius quid in illos gereretur, adiit impudenter universae substantiae possessionem. His artibus, re quidem inter se condicta, sed palam simulatis dissidiis, ac subditorum animis in diversa actis, tyrannidem sibi firmius asseruerunt.

11. Potitus imperio Iustinianus extemplo omnia miscere, quae priscis legibus prohibita essent, in rempublicam introducere; quae consuetudine obtinuissent, haec interdicere; quasi imperatorium paludamentum induisset, ut aliam rebus faciem induceret. Nam statis magistratuum formis, legumque ac militarium ordinum abrogatis, alias invexit, non iure, non publico commodo adductus; sed ut omnia nova, et de suo nomine dicerentur. Rei, cuius statim abolendae copia non fuisset, saltem suum indidit vocabulum. Sanguinis et auri nunquam sitim explevit, sed ex opulentissimis pecuniosorum hominum domibus factis

οἰκοδομίαις λείας τῆς προτέρας τὰ χρήματα. μυρίους δὲ ἴσως
λόγῳ οὐδενὶ ἀνελὼν ἐς πλειόνων ἄλλων ἐπιβουλὴν αὐτίκα μάλα
C καθίστατο. εἰρήνης τοίνυν Ῥωμαίοις οὔσης ἐς πάντας ἀνθρώ-
πους οὐκ ἔχων ὅστις γένηται τῶν φόνων ἐπιθυμίᾳ πάντας βαρ-
βάρους πρὸς ἀλλήλους ξυνέκρουε, τῶν δὲ Οὔννων τοὺς ἡγουμέ-
νους ἐξ αἰτίας οὐδεμιᾶς μετακαλῶν χρήματα μεγάλα σφίσιν ἀτό-
πῳ φιλοτιμίᾳ προΐετο, φιλίας ἐνέχυρα δῆθεν τῷ λόγῳ ταῦτα
A 50 ποιούμενος· ὅπερ αὐτὸν ἐρρήθη καὶ ὑπὸ τὸν χρόνον τῆς Ἰουστί-
νου βασιλείας πεποιηκέναι. οἱ δὲ τὰ χρήματα κεκομισμένοι τῶν
ξυναρχόντων τινὰς ξὺν τοῖς ἑπομένοις τοῖς αὐτῶν ἔπεμπον, κατα-
D θέειν ἐξ ἐπιδρομῆς γῆν τὴν βασιλέως κελεύοντες, ὅπως καὶ αὐτοὶ
τὴν εἰρήνην ἀπεμπολᾶν τῷ ταύτην ὠνεῖσθαι λόγῳ οὐδενὶ βουλο-
μένῳ δυνατοὶ εἶεν. καὶ οἱ μὲν αὐτίκα ἠνδραπόδιζόν τε τὴν Ῥω-
μαίων ἀρχὴν καὶ οὐδέν τι ἧσσον ἔμμισθοι πρὸς τοῦ βασιλέως
ἐγίνοντο· ἕτεροι δὲ μετ' ἐκείνους εὐθὺς ἐς τὸ λῄζεσθαι τοὺς τα-
λαιπώρους Ῥωμαίους καθίσταντο, καὶ μετὰ τὴν λείαν ἆθλα τῆς
ἐφόδου τὴν βασιλέως φιλοτιμίαν ἐδέχοντο. οὕτω τε ἅπαντες ξυλ-
λήβδην εἰπεῖν οὐδένα ἀνιέντες καιρὸν ἐκ περιτροπῆς ἦγόν τε καὶ
P 34 ἔφερον ἁπαξάπαντα. ἀρχόντων γάρ εἰσι τοῖς βαρβάροις τούτοις
ξυμμορίαι πολλαὶ καὶ περιῄρχετο πόλεμος τὴν μὲν αἰτίαν ἐκ φιλο-
τιμίας ἀλογίστου λαβών, τὸ δὲ πέρας εὑρέσθαι οὐδαμῆ ἔχων,

1. οἰκοδομίαις] ἐκχέας addit Reiskius. *ibid.* μυρίοις Alem. P. κατὰ μυρίους A. 5. πρὸς Reiskius. πρός τε AP. 8. Ἰουστίνου Alem. P. Ἰουστινιανοῦ A. 12. ἀπεμπολᾶν] ἀπεμπολεῖν AP.

sibi manubiis, alios impetebat. Quas fortunarum rapinas illico vel prodegit barbaris, vel in insana aedificia insumpsit. Vesanis multorum caedibus pollutus, pluribus iam aliis paravit insidias. Tranquillam Romani cum exteris gentibus pacem habebant; hic sanguinario furore standi loco impatiens, omnes undique barbaros inter se commisit; et Hunnorum ducibus nulla occasione accersitis, immanes pecunias perdita munificentia largitus fuit, amicitiae, ut aiebat, causa conciliandae firmandaeque; quod et sub Iustino principe factitatum ab eo iam diximus. Illi accepta pecunia alios duces, eorumque cohortes sollicitabant, qui in fines imperii excurrerent populabundi, venum et ipsi pacem daturi, cui sic eam mercari libitum esset. Hi statim Romanorum urbes depraedati sunt, sua nihilominus meriti apud imperatorem stipendia. Post hos en tibi e vestigio alios profligatae gentis Romanae populatores, qui acta praeda insuper incursionis mercedem consequerentur a munificentissimo principe. Et, ut paucis absolvam, nullum tempus intermiserunt ab hisce, quasi in orbem redeuntibus rapinis et excursionibus. Nam cum multiplices horum essent barbarorum tribuni atque stationes, bellum quasi per manus tradebatur, ab immoderatis Augusti largitionibus coeptum, nullo fine

ἀλλ᾽ ἐφ᾽ ἑαυτὸν ἀνακυκλούμενος τὸν πάντα αἰῶνα. διὸ δὴ χῶ-
ρος μέν τις ἢ ὄρος ἢ σπήλαιον ἢ ἄλλο τι τῆς Ῥωμαίων γῆς ὑπὸ
τὸν χρόνον τοῦτον ἀδῄωτον οὐδαμῆ ἔμεινε, χώραις δὲ πολλαῖς
πλέον ἢ πεντάκις ἁλῶναι συνέβη. καὶ ταῦτα μέντοι καὶ ὅσα πρὸς
Μήδων τε καὶ Σαρακηνῶν καὶ Σκλαβηνῶν καὶ Ἀντῶν καὶ τῶν
ἄλλων βαρβάρων ξυνηνέχθη γενέσθαι ἐν τοῖς ἔμπροσθέν μοι δε-
διήγηται λόγοις· ἀλλ᾽ ὅπερ τοῦδε ἀρχόμενος τοῦ λόγου ὑπεῖπον,
τὴν αἰτίαν τῶν ξυμπεπτωκότων ἐνταῦθά μοι ἦν ἀναγκαῖον εἰπεῖν. B
καὶ Χοσρόῃ μὲν κεντηναρίων πλῆθος ὑπὲρ τῆς εἰρήνης προέμενος, V 302
αὐτογνωμονήσας δὲ οὐδενὶ λόγῳ αἰτιώτατος τοῦ λελύσθαι τὰς
σπονδὰς γέγονεν, Ἀλαμούνδαρόν τε καὶ Οὔννους τοὺς Πέρσαις
ἐνσπόνδους σπουδάζων τε καὶ διατεινόμενος ἑταιρίζεσθαι, ὅπερ A 51
μοι ἐν λόγοις τοῖς ὑπὲρ αὐτῶν οὐκ ἀπαρακαλύπτως εἰρῆσθαι δο-
κεῖ. ἐν ᾧ δὲ τὰ ἐκ τῶν στάσεών τε καὶ πολέμων κακὰ Ῥωμαίοις
ἀνήγειρε καὶ ἐρρίπιζεν, ἓν τοῦτο βουλευσάμενος, αἵματος ἀνθρω-
πείου τὴν γῆν πολλαῖς μηχαναῖς ἔμπλεων γίνεσθαι καὶ χρήματα
ληΐζεσθαι πλείω, φόνον καὶ σάλον τῶν ὑπηκόων ἐπενόει πολὺν C
τρόπῳ τοιῷδε. Χριστιανῶν δόξαι ἀπόβλητοι πολλαί εἰσιν ἐν πάσῃ
τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ, ἅσπερ αἱρέσεις καλεῖν νενομίκασι, Μοντανῶν
τε καὶ Σαββατιανῶν καὶ ὅσαις ἄλλαις πλανᾶσθαι αἱ τῶν ἀνθρώ-
πων εἰώθασι γνῶμαι. τούτους ἅπαντας δόξαν τὴν παλαιὰν ἐκλέ-

5. Ἀσκλαβηνῶν] Alibi scribitur Σκλαβηνῶν. ALEM. Reposui Σκλαβηνῶν. ibid. Ἀντῶν Alem. P. αὐτῶν A. „Sunt autem Ἄνται barbari a quibus devictis Iustinianus Anticus dici voluit." ALEM. 9. μὲν Reiskius. δὲ AP. 11. Πέρσαις Alem. P. Πέρσας A. „Hunni qui Alamundarum tribunum sequebantur, Persarum erant foederati, ut est libro 1. et 2. belli Persici." ALEM. 14. πολέμων Alem. P. πόλεων A. 15. βουλευσάμενος Reiskius. βουλεύσαντες A. βουλεύσας P. 17. σάλον Pm. ἄλλον AP.

claudendum. Semper enim a principio in orbem redibat; ita ut sub id tempus nullus fuerit Romanorum locus, aut mons, aut specus a praedis immune; quin multae provinciae quinta et amplius oppressae sint vastatione. Haec mala ab his illata, necnon a Medis, Saracenis, Sclavenis, Antis et barbaris aliis, a me superioribus libris narrata sunt; huc vero, ut iam praefatus sum, illorum omnium causam reiicere operae pretium fuit. Magnam profudit pecuniarum vim pro pace cum Chosroe stabilienda; at pervicacius suam secutus sententiam, solvendi nulla causa foederis auctor fuit, omni studio atque conatu in societatem pertractis Alamundaro et Hunnis, Persarum sociis ac foederatis, quod opportuno loco aperte dixisse mihi videor. Eo ferme tempore, quo seditiones et bella in Romanorum perniciem excitavit, ut omnibus provinciis diversis artibus humano sanguine completis, opimiora spolia reportaret, alias ita excogitavit subditorum clades. Sunt in universo Romano imperio complures Christianorum sectae minime probatae, quas haereses vulgo dicunt, Montanistarum, Sabbatianorum, aliorumque complurium, quae mentes hominum transversas agunt. Hos omnes priori sententia decedere iussit,

λευε μετατίθεσθαι, ἄλλα τε ἀπειλήσας ἀπειθοῦσι πολλὰ καὶ τὰς
οὐσίας ἐς τοὺς παῖδας ἢ ξυγγενεῖς μηκέτι παραπέμπειν οἷόν τε εἶναι.
τούτων δὲ τὰ ἱερὰ τῶν αἱρετικῶν καλουμένων, καὶ διαφερόντως
οἷσπερ ἡ τοῦ Ἀρείου ἤσκητο δόξα, πλοῦτόν τινα εἶχεν ἀκοῆς
κρείττω. οὔτε γὰρ ἡ σύγκλητος βουλὴ ξύμπασα οὔτε τις ἄλλη
μεγίστη μοῖρα τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς τά γε εἰς τὴν οὐσίαν εἰκά-
D ζεσθαι τούτοις δὴ τοῖς ἱεροῖς ἔσχε. κειμήλιά τε γὰρ αὐτοῖς χρυσᾶ
τέ καὶ ἀργυρᾶ καὶ ξυγκείμενα ἐκ λίθων ἐντίμων ἀμύθητά τε καὶ
ἀναρίθμητα ἦν, οἰκίαι τε καὶ κῶμαι παμπληθεῖς, καὶ χώρα πολλὴ
πανταχόθι τῆς γῆς, καὶ ὅση ἄλλη πλούτου ἰδέα ἐστί τε καὶ ὀνο-
μάζεται ἐν πᾶσιν ἀνθρώποις, ἅτε οὐδενὸς αὐτὰ τῶν πώποτε βε-
βασιλευκότων ὀχλήσαντος. πολλοί τε ἄνθρωποι, καὶ ταῦτα δόξης
ὄντες ὀρθῆς, τῇ τῶν σφετέρων ἐπιτηδευμάτων προφάσει ἐνθένδε
ἀεὶ τοῦ βίου τὰς ἀφορμὰς εἶχον. τούτων μὲν οὖν τῶν ἱερῶν πρῶ-
τον τὰς οὐσίας δημοσιώσας Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς ἀφείλετο ἐξαπι-
A 52 ναίως τὰ χρήματα πάντα. ἐξ οὗ τοῖς πολλοῖς ἀποκεκλεῖσθαι τὸ
λοιπὸν τοῦ βίου συνέβη. πολλοὶ δὲ εὐθὺς πανταχόσε περιιόντες
δόξης τῆς πατρίου τοὺς παραπίπτοντας ἠνάγκαζον μεταβάλλεσθαι.
P 35 ἅπερ ἐπεὶ ἀνθρώποις ἀγροίκοις οὐχ ὅσια ἔδοξεν εἶναι, τοῖς ταῦτα
ἐπαγγέλλουσιν ἀντιστατεῖν ἅπαντες ἔγνωσαν. πολλοὶ μὲν οὖν πρὸς
τῶν στασιωτῶν διεφθείροντο, πολλοὶ δὲ καὶ σφᾶς αὐτοὺς διεχρή-
σαντο εὐσεβεῖν μάλιστα ὑπὸ ἀβελτηρίας οἰόμενοι, καὶ αὐτῶν ὁ
μὲν πλεῖστος ὅμιλος γῆς τῆς πατρῴας ἐξιστάμενοι ἔφευγον, Μον-
τανοὶ δέ, οἳ ἐν Φρυγίᾳ κατῴκηντο, σφᾶς αὐτοὺς ἐν ἱεροῖς τοῖς

17. περιιόντες Reisk. περιόντες AP.

protervis tum alia minatus, tum et ne liberis, aut propinquis bona relinquerent interdicens. In horum, quos vocant, haereticorum fanis, ac iis praesertim, in quibus Arii secta celebraretur, opes recondebantur plane supra quam credibile cuiquam sit. Neque enim Senatus universus, aut alia Romani praecipua pars imperii de divitiis cum his delubris conferri potest. Nam iis omnibus erat sacra supellex ex auro argentoque, pretiosis lapidibus omni opulentia et copia maior; domus et pagi refertissima; possessiones ubique gentium, et si quid aliud est mortalibus opum genus: utpote quibus nemo principum aliquando molestiam intulisset. Quin et multis rectae sententiae hominibus per occasionem artis et instituti necessaria ad vitam inde suppeditata sunt. Horum ergo templorum publicata bona praedae fuerunt Iustiniano Augusto. Exinde vitae usus quamplurimis praeclusus. Huc atque illuc palantes alii obvium quemque patriam cogebant mutare sententiam. Id homines agrestes impium rati, suadentibus haec sese opponere deliberant; sed a seditionum popularibus passim mactati, alii superstitiosa et insana religione sibi manus intulerunt; pars occupata fuga patrio solo sese populatim eiecit: qui erant in Phrygia Montani sectatores, templis in quae se coege-

σφετέροις καθείρξαντες τούτους τε τοὺς νεὼς αὐτίκα ἐμπρήσαντες ξυνδιεφθάρησαν οὐδενὶ λόγῳ, πᾶσά τε ἀπ' αὐτοῦ ἡ Ῥωμαίων ἀρχὴ φόνου τε ἦν καὶ φυγῆς ἔμπλεως. νόμου δὲ τοῦ τοιούτου καὶ ἀμφὶ τοὺς Σαμαρείτας αὐτίκα τεθέντος ταραχὴ ἄκριτος τὴν Παλαιστίνην κατέλαβεν. ὅσοι μὲν οὖν ἔν τε Καισαρείᾳ τῇ ἐμῇ B κἀν ταῖς ἄλλαις πόλεσιν ᾤκουν, παρὰ φαῦλον ἡγησάμενοι κακοπάθειάν τινα ὑπὲρ ἀνοήτου φέρεσθαι δόγματος, ὄνομα Χριστιανῶν τοῦ σφίσι παρόντος ἀνταλλαξάμενοι τῷ προσχήματι τούτῳ τὸν ἐκ τοῦ νόμου ἀποσείσασθαι κίνδυνον ἴσχυσαν. καὶ αὐτῶν ὅσοις μέν τι λογισμοῦ καὶ ἐπιεικείας μετῆν, πιστοὶ εἶναι τὰ ἐς δόξαν τήνδε οὐδαμῇ ἀπηξίουν, οἱ μέντοι πλεῖστοι ὥσπερ ἀγανακτοῦντες, ὅτι δὴ οὐχ ἑκούσιοι, ἀλλὰ τῷ νόμῳ ἠναγκασμένοι δόγμα τὸ πάτριον μετεβάλλοντο, αὐτίκα δὴ μάλα ἐπί τε Μανιχαίους καὶ τοὺς καλουμένους πολυθέους ἀπέκλιναν. οἱ δὲ γεωργοὶ ξύμπαντες C ἀθρόοι γεγενημένοι ὅπλα ἀνταίρειν βασιλεῖ ἔγνωσαν, βασιλέα σφίσι τῶν τινα λῃστῶν προβεβλημένοι, Ἰουλιανὸν ὄνομα Σαβάρου υἱόν. καὶ χρόνον μέν τινα τοῖς στρατιώταις ἐς χεῖρας ἐλθόντες ἀντεῖχον, ἔπειτα δὲ ἡττηθέντες τῇ μάχῃ διεφθάρησαν ξὺν τῷ ἡγεμόνι. καὶ A 53 λέγονται μυριάδες ἀνθρώπων δέκα ἐν τῷ πόνῳ τούτῳ ἀπολωλέναι, καὶ χώρα ἡ πάσης γῆς ἀγαθὴ μάλιστα ἔρημος γεωργῶν ἀπ' αὐτοῦ γέγονε. τοῖς τε τῶν χωρίων κυρίοις Χριστιανοῖς οὖσι τὸ πρᾶγμα τοῦτο ἐς μέγα κακὸν ἐτελεύτησεν. ἀναγκαῖον γὰρ γέγονε σφίσιν οὐδὲν ἐνθένδε μετακομιζομένοις φόρον τὸν ἐπέτειον ἁδρόν τινα ὄντα ἐς τὸν ἅπαντα αἰῶνα βασιλεῖ φέρειν, ἐπεὶ οὐδεμιᾷ φειδοῖ ἡ

10. μέν τι Reisk. μέντοι AP.

rant, occlusis atque succensis, una cum iis temere conflagrarunt. Atque ex hoc tempore ubique in Romano imperio fugae caedesque. Lege hac lata etiam in Samaritas ingens Palaestinam tumultus pervasit. Qui ergo vel Caesareae apud nos erant, vel in urbibus aliis, indignum rati si pro insano dogmate subirent incommoda, Christianorum nomine, quod in promptu erat, cum suo permutato, hac specie legis discrimen evitarunt: etsi quibus mens erat bona, ii a fidelium sententia non abhorruerint. Verum pars maior indigne ferentes, quod praeter voluntatem lege coacti essent avitam religionem deserere, illico ad Manichaeos et quos vocant polytheos defecerunt. At agrestes agmine facto in Caesarem arripiunt arma, designatoque sibi Imperatore Sabari filio Iuliano praedone, manus cum milite conserunt; pugna tamque Marte aliquamdiu incerto est: demum praelio victi cum Iuliano duce contrucidati sunt, deletis, ut ferunt, eo conflictu centenis hominum millibus. Agris vero omnium longe feracissimis a cultoribus iam tum destitutis, magnam acceperunt ex ea re iacturam Christiani possessores, quibus opus fuerit nullis terrae bonis repositis, annuum Imperatori vectigal, et quidem insigne singulis quibusque pendere annis; exactione nullo humanitatis modo

D τοῦ ἔργου τούτου ἐπιτροπὴ γέγονεν. ἐντεῦθεν ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας
V 303 καλουμένους τὴν δίωξιν ἦγεν αἰκιζόμενός τε τὰ σώματα καὶ τὰ χρήματα ληιζόμενος. ἀλλὰ καὶ αὐτῶν ὅσοι τοῦ Χριστιανῶν ὀνόματος δῆθεν τῷ λόγῳ μεταλαχεῖν ἔγνωσαν, καιρὸν τὸν παρόντα σφίσιν ἐκκρούοντες, οὗτοι δὴ οὐ πολλῷ ὕστερον ἐπὶ ταῖς σπονδαῖς καὶ θυσίαις καὶ ἄλλοις οὐχ ὁσίοις ἔργοις ἐκ τοῦ ἐπιπλεῖστον ἡλίσκοντο. τὰ γὰρ ἀμφὶ τοῖς Χριστιανοῖς εἰργασμένα ἐν τοῖς ὄπισθέν μοι λόγοις λελέξεται. μετὰ δὲ καὶ τὸ παιδεραστεῖν νόμῳ ἀπεῖργεν, οὐ τὰ μετὰ τὸν νόμον διερευνώμενος, ἀλλὰ τοὺς πάλαι ποτὲ ταύτῃ δὴ τῇ νόσῳ ἁλόντας. ἐγίνετό τε ἡ ἐς αὐτοὺς ἀποστροφὴ οὐδενὶ κόσμῳ, ἐπεὶ καὶ κατηγόρου χωρὶς ἐπράσσετο ἡ ἐς αὐτοὺς τίσις, ἑνός τε ἀνδρὸς ἢ παιδὸς λόγος, καὶ τούτου δούλου, ἂν οὕτω τύχοι, καὶ ἀκουσίου μαρτυρεῖν ἐπὶ τὸν κεκτημένον ἀναγκασθέντος, ἔδοξεν εἶναι ἀκριβὴς ἔλεγχος. τούς τε οὕτως
P 36 ἁλισκομένους τὰ αἰδοῖα περιῃρημένους ἐπόμπευεν. οὐκ ἐς πάντας μέντοι τὸ κακὸν κατ' ἀρχὰς ᾔγετο, ἀλλ' ὅσοι ἢ Πράσινοι εἶναι ἢ μεγάλα περιβεβλῆσθαι χρήματα ἔδοξαν ἢ ἄλλο τι προσκεκρουκότες ἐτύγχανον. καὶ μὴν καὶ τοῖς μετεωρολόγοις χαλεπῶς εἶχεν. διὸ δὴ αὐτοὺς καὶ ἡ ἐπὶ τοῖς κλέπταις τεταγμένη ἀρχὴ
A 54 ᾐκίζετό τε ἀπ' οὐδεμιᾶς ἄλλης αἰτίας καὶ ξαίνουσα κατὰ νώτου πολλὰς ἐπὶ καμήλων φερομένους ἐπόμπευεν ἀνὰ πᾶσαν τὴν πόλιν γέροντάς τε καὶ ἄλλως ἐπιεικεῖς ὄντας, ἄλλο αὐτοῖς ἐπικαλεῖν οὐδὲν ἔχουσα, πλήν γε δὴ ὅτι σοφοὶ τὰ περὶ τοὺς ἀστέρας ἐν τοιού-

1. οὐδεμιᾷ φειδοῖ ἡ τοῦ ἔργου τούτου ἐπιτροπὴ Alem. Legebatur οὐδεμία φειδὼ ἡ (ἢ Reisk.) τοῦ ἔργου τούτου ἐντροπή. 4. καιρὸν Alem. P. τῷ A. 15. ἐπόμπευεν P. ἐπόμπευον A. 19. εἶχεν P. εἶχον A. ibid. καὶ ἡ Alem. P. ἡ om. A. 21. πολλὰς Alem. πολλοὺς AP. ibid. ἐπόμπευεν Alem. P. ἐπόμπευον A.

imperata. Hoc facto, iam in gentiles saevitiam convertit, qua caesis corporibus, qua fortunis direptis, quorum qui nomina Christo dederunt, utpote qui per speciem malorumque vitandorum id causa fecissent, tandem inter libamina et sacrificia, atque impias religiones deprehensi sunt. Quae vero in Christianos ipsos commisit, infra dicturi sumus. Post haec turpes puerorum amores lege vetuit; non a lege lata, sed iam diu antea ea labe notatos iudicio arcessens, nullo prorsus decoro in eos facta animadversione. Hos nemine quaestionem ferente mulctavit, unico teste viro, vel puero, eoque saepenumero servo, etiam invito, et in dominum coacto dicere testimonium; sic enim de causa videbatur liquere. Cuius criminis qui rei agerentur, pudendis truncati publice ludibrio erant; licet initio non omnibus haec severitas, sed iis adhiberetur qui vel Prasinae factioni studerent, vel magnis copiis affluentes celebrarentur, vel essent apud principem in offensa. Astrologos iniquo patiebatur animo; hos namque qui latrociniis vindicandis praeerat magistratus, alioqui senes, et bonae frugi homines, camelis per universam urbem infami sane spectaculo vexit, caeciditque humeris, hoc illis ob-

τῷ χώρῳ ἐβούλοντο εἶναι. ἔφευγον τοίνυν ἀνθρώπων διηνεκὴς ὅμιλος πολὺς οὐκ ἐς βαρβάρους μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐς τοὺς μακρὰν B ᾠκισμένους Ῥωμαίων, ἦν τε ἰδεῖν ἐν χώρᾳ τε ἀεὶ καὶ πόλει ἑκάστῃ τοὺς πλείστους ξένους. τοῦ γὰρ διαλαθεῖν ἕνεκα γῆς τῆς πατρῴας τὴν ἀλλοτρίαν ἠλλάξαντο εὐπετῶς ἕκαστοι, ὥσπερ τῆς πατρίδος αὐτοῖς ὑπὸ πολεμίων ἁλούσης. τὸν μὲν οὖν πλοῦτον τῶν εὐδαιμόνων εἶναι δοκούντων ἐν Βυζαντίῳ καὶ πόλει ἑκάστῃ μετά γε τοὺς ἐκ τῆς συγκλήτου βουλῆς, τρόποις οἷσπερ εἴρηται Ἰουστινιανός τε καὶ Θεοδώρα λῃσάμενοι ἔσχον. ὅπως δὲ καὶ τοὺς ἐκ βουλῆς ἀφαιρεῖσθαι τὰ χρήματα πάντα ἴσχυσαν, αὐτίκα δηλώσω.

ιβ'. Ἦν τις ἐν Βυζαντίῳ Ζήνων ὄνομα, ἐκείνου Ἀνθεμίου C υἱωνός, ὅσπερ ἐν τῇ ἑσπερίᾳ τὴν βασιλείαν τὰ πρότερα ἔσχεν. τοῦτον δὴ ἐξεπίτηδες ἄρχοντα ἐπ' Αἰγύπτου καταστησάμενοι ἔστελλον. ἀλλ' ὁ μὲν χρημάτων τὸ πλοῖον τῶν τιμιωτάτων ἐμπλησάμενος τὰ ἐς τὴν ἀναγωγὴν διετείνετο· ἦσαν γὰρ αὐτῷ σταθμός τε ἀργύρου ἀνάριθμητος καὶ χρυσώματα μαργάροις τε καὶ σμαράγδοις καλλωπισθέντα καὶ λίθοις ἄλλοις τοιούτοις ἐντίμοις· οἱ δέ τινας ἀναπείσαντες τῶν οἱ πιστοτάτων εἶναι δοκούντων τὰ μὲν D χρήματα ἐνθένδε ὅτι τάχιστα ἐκφορήσαντες, πῦρ δὲ ἐν κοίλῃ νηὶ ἐμβεβλημένοι τῷ Ζήνωνι ἀπαγγέλλειν ἐκέλευον ἀπὸ ταὐτομάτου τήν τε φλόγα ἐν τῷ πλοίῳ ξυνηνέχθαι καὶ διολωλέναι τὰ χρήματα. χρόνῳ δὲ ὕστερον Ζήνωνι μὲν ἐξαπιναίως ἀπογενέσθαι ξυνέπεσεν,

1. χώρῳ] χωρίῳ Pm. ibid. διηνεκὴς] διηνεκῶς Reiskius. 3. Ῥωμαίων Alem. P. Ῥωμαίους A. 8. τοὺς ἐκ Alem P. τῶν ἐκ A. 16. διετείνετο] διέθετο Pm. διετείνετο πραγματευσάμενος (vel παρασκευάζων) Reisk. 20. ἐκφορέσαντας — ἐμβεβλημένους Reisk.

iecto dumtaxat, quod astrorum scientiae periti, ea in urbe degerent. Quare frequens hominum multitudo non ad barbaros dilabebatur modo, sed ad longe dissitas ab orbe Romano nationes. In singulis quibusque provinciis ac civitatibus plerosque vidisses convenas, qui latendi causa in alienas urbes ultro commigrassent, patria quasi post hostilem devastationem deserta. Qui ergo Byzantii, vel aliis in urbibus opulentiores e Senatoribus essent, sic a Iustiniano ac Theodora de bonis omnibus deturbati sunt; Senatores vero ut ab iisdem emungi fortunis potuerint, iam dico.

12. Zeno Anthemii nepos eius, qui pridem in Occidente imperium obtinuerat, Byzantii tum erat; hunc de industria designatum Aegypti praesidem in provinciam dimiserunt. Navigio iam pretiosissimis opibus onusto, discessum ille ducebat in dies, immanemque argenti vim, aurea vasa gemmis, smaragdis, magnique pretii lapillis distincta in navim convexerat. Illi persuadent nonnullis, qui Zenoni haberentur fidissimi, ut auro quamprimum egesto, ignem in imam navim iniiciant; Zenoni vero nuncient, casu conceptа flamma in navigio opes periisse. Non ita multo post Zeno repente

αὐτοὶ δὲ κύριοι τῆς οὐσίας εὐθὺς ἅτε κληρονόμοι γεγόνασι. διαθήκην γάρ τινα προὔφερον, ἥνπερ οὐ παρ' ἐκείνου ξυγκεῖσθαι διατεθρύληται.
P 37 καὶ Τατιανοῦ τε καὶ Δημοσθένους καὶ τῆς Ἱλαρᾶς τρόπῳ τῷ ὁμοίῳ σφᾶς αὐτοὺς κληρονόμους πεποίηνται, οἵπερ τά τε ἄλλα καὶ τὸ ἀξίωμα πρῶτοι ἔν γε Ῥομαίων τῇ βουλῇ ἦσαν. τινῶν δὲ οὐ διαθήκας, ἀλλ' ἐπιστολὰς διεσκευασμένοι τὴν οὐσίαν ἔσχον. οὕτω γὰρ Διονυσίου τε κληρονόμοι γεγόνασιν, ὃς ἐν Λιβάνῳ ᾤκει, καὶ Ἰωάννου τοῦ Βασιλείου παιδὸς, ὃς ἐπιφανέστατος
V 304 μὲν Ἐδεσσηνῶν ἐγεγόνει πάντων, βίᾳ δὲ πρὸς Βελισαρίου ἐν ὁμήρων λόγῳ ἐκδέδοται τοῖς Πέρσαις, ὥσπερ μοι ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις ἐρρήθη. τοῦτον γὰρ τὸν Ἰωάννην ὁ μὲν Χοσρόης οὐκέτι ἠφίει, ἐπικαλῶν Ῥωμαίοις ἠλογηκέναι τὰ ξυγκείμενα πάντα, ἐφ' οἷς αὐτῷ πρὸς Βελισαρίου δοθεὶς ἐτύγχανεν, ἀποδίδοσθαι μέν-
B τοι ἅτε δοριάλωτον γεγονότα ἠξίου. ἡ δὲ τοῦ ἀνδρὸς μάμμη (περιοῦσα γὰρ ἐτύγχανεν ἔτι) τὰ λύτρα παρεχομένη οὐχ ἧσσον ἢ δισχιλίας λίτρας ἀργύρου τὸν υἱωνὸν ὠνήσεσθαι ἐπίδοξος ἦν. ἀλλ' ἐπεὶ τὰ λύτρα ταῦτα ἐς Δάρας ἦλθε, μαθὼν ὁ βασιλεὺς τὸ συμβόλαιον γενέσθαι οὐκ εἴα, ὡς μὴ ἐς τοὺς βαρβάρους, εἰπὼν, ὁ Ῥωμαίων κομίζηται πλοῦτος. οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον τῷ μὲν Ἰωάννῃ νοσήσαντι ξυνέβη ἐξ ἀνθρώπων ἀφανισθῆναι, ὁ δὲ τὴν πόλιν ἐπιτροπεύων ἐπιστολὴν ἀναπλάσας τινὰ, ἔφη πρὸς αὐτὸν ἅτε φίλον οὐ πολλῷ ἔμπροσθεν τὸν Ἰωάννην γράψαι ὡς οἱ βουλομένῳ εἴη εἰς τὸν βασιλέα τὴν αὐτοῦ οὐσίαν ἐλθεῖν. πάντων δὲ τῶν ἄλλων

2. τινα Alem. τινες AP. ibid. διατεθρύλληται AP. 8. Ἰωάννου Alem. P. Ἰωάννης A. 10. ἐκδέδοται Alem. P. ἐνδέδοται A. 14. δορυάλωτον AP. 16. ὠνήσεσθαι] ὠνεῖσθαι Suidas s. ἐπίδοξος. 22. οἱ βουλομένῳ Reisk. οἱ αὐτῷ βουλομένῳ AP. 23. αὐτοῦ οὐσίαν Reisk. Aberat αὐτοῦ.

vita concessit; illi statim bonorum possessionem quasi haeredes adeunt, productis tabulis, quas ab eo minime confectas fama erat. Hac eadem arte Tatiani se factitarunt haeredes, Demosthenis item ac Hilarae, qui tum rebus aliis tum dignitate primas tenerent in Senatu Romano. Aliorum non tabulis, sed confictis epistolis substantias invaserunt, sic haeredes ipsi Dionysii eius qui degebat ad Libanum; et Ioannis Basilii filii, Edessenorum omnium praeclarissimi, qui, ut aliis libris narravi, a Belisario Persis datus est obses invitus. Certe Chosroes causatus neglectas a Romanis conditiones, quibus Ioannem Belisarius vadem dederat, illum negabat reddendum, nisi qua lege captivi solent. Quare Ioannis avia etiam tum superstes bis mille argenti pondo redimendo nepoti persolutura credebatur. Pretium id Daram convectum ubi Caesar accepit pacisci cum barbaris vetuit, ne ad eos, inquit, veniant Romanorum opes. Non multo post Ioannes morbo languit periitque; tum Darae Praefectus Ioannis ad se velut amicum nuperam simulat epistolam, qua Principem et suae substantiae haeredem scriberet, et eam sibi esse mentem extremam. Sed plane difficile memoratu est, quot hominum

τὰ ὀνόματα καταλέγειν οὐκ ἂν δυναίμην ὧνπερ αὐτόματοι κληρο-
νόμοι γεγένηνται. ἀλλὰ μέχρι μὲν οὖν ἡ τοῦ νίκα καλουμένη στά- C
σις ἐγένετο, κατὰ μίαν διαλέγεσθαι τὰς τῶν εὐδαιμόνων οὐσίας A 56
ἠξίουν· ἐπεὶ δὲ ταύτην, ὥσπερ μοι ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις ἐρ-
ρήθη, γενέσθαι ξυνέβη, τότε δὲ ἀθρόας εἰπεῖν σχεδόν τι ἁπάντων
τῶν ἀπὸ τῆς συγκλήτου βουλῆς τὰς οὐσίας δημοσιώσαντες, τὰ μὲν
ἔπιπλα πάντα καὶ τῶν χωρίων ὅσα κάλλιστα ἦν ᾗπερ ἐβούλοντο διε-
χείρησαν, ἀπολέξαντες δὲ τὰ φόρου πικροῦ τε καὶ βαρυτάτου ὑπο-
τελῆ ὄντα, φιλανθρωπίας προσχήματι τοῖς πάλαι κεκτημένοις
ἀπέδοντο. διὸ δὴ πρός τε τῶν φορολόγων ἀγχόμενοι καὶ ἀποκναιό-
μενοι τόκοις ὀφλημάτων ἀειρρύτοις τισὶ δυσθανατοῦντες ἀκούσιοι
διεβίωσαν. διὸ δὴ ἐμοί τε καὶ τοῖς πολλοῖς ἡμῶν οὐδεπώποτε
ἔδοξαν οὗτοι ἄνθρωποι εἶναι, ἀλλὰ δαίμονες παλαμναῖοί τινες καὶ D
ὥσπερ οἱ ποιηταὶ λέγουσι βροτολοιγὼ ἤστην, οἳ δὴ ἐπὶ κοινῆς βου-
λευσάμενοι ὅπως ἅπαντα ἀνθρώπεια γένη τε καὶ ἔργα ὡς ῥᾷστα
καὶ τάχιστα διαφθείρειν ἱκανοὶ εἶεν, ἀνθρώπειόν τε ἠμπισχοντο
σῶμα καὶ ἀνθρωποδαίμονες γεγενημένοι τῷ τρόπῳ τούτῳ ξύμπα-
σαν τὴν οἰκουμένην κατέσεισαν. τεκμηριῶσαι δ' ἄν τις τὸ τοιοῦτο
πολλοῖς τε ἄλλοις καὶ τῇ τῶν πεπραγμένων δυνάμει. τὰ γὰρ δαι-
μόνια τῶν ἀνθρωπείων ξυμβαίνει πολλῷ τῷ διαλλάσσοντι διακε-
κρίσθαι. πολλῶν ἀμέλει γεγονότων ἐκ τοῦ παντὸς αἰῶνος ἀνθρώ-
πων τύχῃ ἢ φύσει φοβερῶν ἐς τὰ μάλιστα, οἱ μὲν πόλεις, οἱ δὲ
χώρας, ἢ ἄλλο τι τοιοῦτο καθ' αὑτὸ ἔσφηλαν, ὄλεθρον δὲ ξυμπάν- P 38

14. βροτολοιγὼ Suidas s. h. v. Legebatur βροτολοιγοί. 17. ξύμπασαν κατέσεισαν τὴν οἰκουμένην Suidas s. ἀνθρωποδαίμονες. 18. τεκμηριῶσαι] τεκμηριώσῃ AP. 19. τε ἄλλοις] τε καὶ ἄλλοις AP. 23. καθ' αὑτὸ] Legebatur καθ' αὑτοῦ. καθ' αὑτοὺς vel καθ' ὅλον Alemannus.

sese ultroneos haeredes instituerint. Nam antequam seditio existeret Victoriatorum, divitum sibi bona singulatim legerunt; at ubi illi erupere, tum enim vero omnium fere ordinis Senatorii acervatim facultatibus publicatis, ex iis totam supellectilem, et optima quaeque praediorum pro arbitratu occuparunt; decumana vero quae gravissimis tributis solvendis obnoxia essent, quadam humanitatis specie reddiderunt possessoribus; qui cum a vectigalium collectoribus urgerentur, et perpetuo aeris alieni foenore opprimerentur, inviti, retardata morte, vitam trahebant. Quamobrem et mihi, et mei ordinis plerisque hi nunquam homines visi sunt, sed perniciosi daemones et funestae hominum pestes, qui in commune consuluerint, ut omnes hominum nationes, atque negotia facile, citoque perditum irent, eoque humanas induti formas, quasi semihomines furiae, sic universum terrarum orbem convulserint. Id et aliunde conicere est, et scelerum immanitate, qua longe multumque superant daemones mortalium conatus. Nam multi licet prioribus saeculis extiterint homines vel natura, vel eventu praeter modum formidabi-

των ἀνθρώπων ξυμφορὰς τε γῆς τῆς οἰκουμένης ἁπάσης οὐδεὶς ὅτι
μὴ οὗτοί οἱ ἄνθρωποι ἐργάζεσθαι ἱκανῶς ἔσχον, ὧν δὴ καὶ ἡ τύχη
ὑπούργει τῇ γνώμῃ συγκατεργαζομένη τῶν ἀνθρώπων διαφθοράν.
A 57 σεισμοῖς τε γὰρ καὶ λοιμοῖς καὶ ὑδάτων ποταμίων ἐπιρροαῖς ὑπὸ
τὸν χρόνον τοῦτον πλεῖστα διολωλέναι τετύχηκεν, ὥς μοι αὐτίκα
λελέξεται. οὕτως οὐκ ἀνθρωπείῳ, ἀλλ' ἑτέρῳ σθένει τὰ δεινά
ἔπρασσον. λέγουσι δὲ αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα φάναι τῶν ἐπιτηδείων
τισὶν ὡς οὐ Σαββατίου τοῦ αὐτῆς ἀνδρὸς οὐδὲ ἀνθρώπων τινὸς
υἱὸς εἴη. ἡνίκα γὰρ αὐτὸν κύειν ἔμελλεν, ἐπιφοιτᾶν αὐτῇ δαιμό-
B νιον οὐχ ὁρώμενον, ἀλλ' αἴσθησίν τινα ὅτι δὴ πάρεστιν αὐτῇ πα-
ρασχὸν, ἅτε ἄνδρα γυναικὶ πλησιάσαντα, καθάπερ ἐν ὀνείρῳ ἀφα-
νισθῆναι. τινὲς δὲ τῶν αὐτῷ παρόντων τε πόρρω που τῶν νυκτῶν
καὶ ξυγγινομένων ἐν παλατίῳ δηλονότι, οἷσπερ ἐν καθαρῷ ἡ ψυχὴ
ἦν, φάντασμά τι θεάσασθαι δαιμόνιον ἄηθες σφίσιν ἀντ' αὐτοῦ
ἔδοξαν. ὁ μὲν γὰρ ἔφασκεν ἄφνω μὲν αὐτὸν θρόνου τοῦ βασι-
λείου ἐξαναστάντα περιπάτους ἐνταῦθα ποιεῖν· συχνὸν γὰρ καθῆ-
σθαι οὐδαμῇ εἴθιστο· τῆς δὲ κεφαλῆς ἐν τῷ παραυτίκα τῷ Ἰου-
στινιανῷ ἀφανισθείσης τὸ ἄλλο οἱ σῶμα τούτους δὴ τοὺς μακροὺς
διαύλους ποιεῖν δοκεῖν, αὐτόν τε, ἅτε οἱ τῶν ὀμμάτων περὶ τὴν θέαν
ὡς ἥκιστα ὑγιαινόντων, ἀσχάλλοντα καὶ διαπορούμενον ἐπὶ πλεῖ-
C στον ἑστάναι. ὕστερον μέντοι τῆς κεφαλῆς τῷ σώματι ἐπανηκού-

2. οἱ ἄνθρωποι Reisk. Aberat οἱ. 4. ποταμίων Alem. ποταμῶν AP. 11. ἅτε] εἶτα ἅτε Reisk. 14. ἦν] εἴη AP. Correctum ex Suida s. πόρρω που, ubi ἦν ἡ ψυχὴ, φάσμα —. ibid. τι Reisk. τε AP. Omittit Suidas. 18. μακρούς additum ex Suida s. δίαυλος. 19. Addidi τῶν. ibid. ὀμμάτων addidit Alem. in schedis Mss. ὀφθαλμῶν in exemplari impresso: unde recepit P. 20. διαπορούμενον Alem. P. διαπορευόμενον A.

les, qui urbes, provincias, nonnullasque regiones pessumdederint, nullus tamen, ut isti, funditus hominum genus atque universum terrarum orbem quivit evertere. In quorum sane consiliis ministram se praebuit fortuna ad mortalium perniciem; quandoquidem sub id tempus, ut statim narrabo, et terrae motibus, et pestilentiis, et fluminum eluvionibus tot acciderunt vastationes, ut illa etiam ab his non humana vi facta videantur. Certe Iustiniani matrem nonnullis ex necessariis narrasse ferunt, hunc non Sabbatii coniugis, aut hominum cuiuspiam esse sobolem; sed eo gravida antequam esset, quandam Genii speciem ad se ventitasse, quae non ad visum, sed ad contactum se praeberet, accubaretque sibi, et quasi maritus se coniugem iniret, denique veluti per insomnium evanesceret. Quidam a cubiculis, quibus purior esset animus, dum nocte concubia Iustiniano praesto erant, sibi visi sunt insolentem pro illo genii larvam videre. Ex his alter affirmabat, repente Iustinianum regia sella excitum obambulatum ire (nam considere diutius nunquam consueverat) tum capite illi subito in auras resoluto, reliquo corpore illas conficere deambulationes; se vero ea re stupente, haerenteque diu, et suis tanquam infirmis, et minime ad visum fidelibus oculis succensente, tan-

σης τὰ τέως λειπόμενα οἴεσθαι παρὰ δόξαν ἀναπιμπλάναι. ἄλλος δὲ παρεστάναι οἱ καθημένῳ ἔφη, ἐκ δὲ τοῦ αἰφνιδίου τὸ πρόσωπόν οἱ κρέατι ἀσήμῳ ἰδεῖν ἐμφερὲς γεγονός· οὔτε γὰρ ὀφρῦς οὔτε V 305 ὀφθαλμοὺς ἐπὶ χώρας τῆς αὐτῶν ὄντας οὔτε ἄλλο τι τὸ παράπαν ἔφερε γνώρισμα· χρόνου μέντοι αὐτῷ τὸ σχῆμα τῆς ὄψεως ἐπανῆκον ἰδεῖν. ταῦτα οὐκ αὐτὸς θεασάμενος γράφω, ἀλλὰ τῶν τότε θεάσασθαι ἰσχυριζομένων ἀκούσας. λέγουσι δὲ καὶ μοναχόν τινα τῷ θεῷ ἐς τὰ μάλιστα φίλον πρὸς τῶν αὐτῷ γῆν τὴν ἔρημον ξυν- A 58 οικούντων ἀναπεισθέντα σταλῆναι μὲν ἐς Βυζάντιον τοῖς ἄγχιστα D σφίσιν ἐνῳκημένοις ἐπαμυνοῦντα, βιαζομένοις τε καὶ ἀδικουμένοις ἀνύποιστα, ἐνταῦθα δὲ ἀφικόμενον αὐτίκα εἰσόδου τῆς παρὰ τὸν βασιλέα τυχεῖν· μέλλοντα δὲ εἴσω παρ' αὐτὸν γενέσθαι, ἀμεῖψαι μὲν τὸν ἐκεῖσε οὐδὸν θατέρῳ τῶν ποδῶν, ἐξαπιναίως δὲ ἀναποδίζοντα ὀπίσω ἰέναι. εὐνοῦχον μὲν οὖν τὸν εἰσαγωγέα καὶ τοὺς τῇδε παρόντας πολλὰ τὸν ἄνθρωπον λιπαρεῖν ἐπίπροσθεν βαίνειν. τὸν δὲ οὐδέν τι ἀποκρινάμενον, ἀλλὰ καὶ παραπλῆγι ἐοικότα ἐς τὸ δωμάτιον, οὗ δὴ κατέλυε, γεγονότα, τῶν τέ οἱ ἑπομένων ἀναπυνθανομένων ὅτου ἕνεκα ταῦτα ποιοίη, φάναι λέγουσιν αὐτὸν ἄντικρυς ὡς τῶν δαιμόνων τὸν ἄρχοντα ἐν τῷ παλατίῳ ἐπὶ τοῦ θρόνου καθήμενον ἴδοι, ᾧ δὴ ξυγγενέσθαι ἤ τι παρ' αὐτοῦ αἰτεῖσθαι P 39 οὐκ ἂν ἀξιοίη. πῶς δὲ οὐκ ἔμελλεν ὅδε ὁ ἀνὴρ δαίμων τις ἀλιτήριος εἶναι, ὅς γε ποτοῦ ἢ σιτίων καὶ ὕπνου εἰς κόρον οὐδέποτε ἦλθεν, ἀλλ' ἀμωσγέπως τῶν παρατεθέντων ἀπογευσάμενος ἀωρὶ

1. οἴεσθαι] ὁρᾶσθαι Alem. *ibid.* ἄλλος] Legebatur ἄνθρωπος. 13. θατέρῳ τῶν ποδῶν Reisk. θατέρῳ τὼ πόδε AP. 22. καὶ ὕπνου] ἢ ὕπνου Pm.

dem inopinato ad corporis compagem caput rediisse. Alter adstare se Iustiniano sedenti commemorabat, cui facies illico in carnem vertebatur informem, nullis superciliorum, nullis oculorum extantibus suo loco vestigiis, nulla denique vera imagine; nec diu post quaedam submitti simulacra vultus conspexisse. Scribo non quae ego viderim, sed quae vidisse se alii mihi serio affirmarint. Illud quoque narrant, monachum deo insigniter gratum, persuasum ab his, qui secum idem colerent solitudinis contubernium, venisse Byzantium causam acturum gentium finitimarum, quibus per vim ac nefas erant res afflictissimae. Eo ubi pervenit, facilem ad Imperatorem aditum reperisse; sed ut ad illum penetrandum fuit, e limine actutum retulisse pedem, ac retrorsum prima via redeuntem, ab eunucho admissionali, atque adstantibus magnopere rogatum, ut ultra ire pergeret, illum vesano similem nihil respondentem ad contubernii se inde tugurium surripuisse. Sociis vero facti causam quaeritantibus, aperte fassum, in regia daemonum principem residentem in solio vidisse, quem nec adire, nec rogare quicquam esset animus. Equidem nescio cui non dirum et furiale caput is videretur, qui licet Veneris perdite studiosus, nunquam potus, cibi, vel somni se expleverit sa-

νύκτωρ περιήρχετο τὰ βασίλεια, καίπερ ἐς τὰ ἀφροδίσια δαιμονίως ἐσπουδακώς. λέγουσι δὲ καὶ τῶν Θεοδώρας ἐραστῶν τινες, ἡνίκα ἐπὶ τῆς σκηνῆς ἦν, νύκτωρ τι αὐτοῖς ἐπισκῆψαν δαιμόνιον ἐξελάσαι τοῦ δωματίου, ἵνα δὴ σὺν αὐτῇ ἐνυκτέρευεν· ὀρχηστρὶς
B δέ τις Μακεδονία ὄνομα ἐγεγόνει τοῖς ἐν Ἀντιοχεῦσι Βενέτοις, δύναμιν περιβεβλημένη πολλήν. γράμματα γὰρ Ἰουστινιανῷ γράφουσα ἔτι Ἰουστίνου διοικουμένου τὴν βασιλείαν, οὓς ἂν βούλοιτο τῶν ἐν τοῖς ἑῴοις λογίμων ἀνῄρει οὐδενὶ πόνῳ, καὶ αὐτῶν τὰ χρήματα ἐποίει ἀνάγραπτα ἐς τὸ δημόσιον γίνεσθαι. ταύτην τὴν Μακεδονίαν φασὶν ἐξ Αἰγύπτου καὶ Λιβύης ποτὲ ἥκουσαν τὴν
A 59 Θεοδώραν ἀσπασομένην, ἐπειδὲ λίαν δυσφορουμένην τε αὐτὴν καὶ ἀσχάλλουσαν εἶδεν οἷς δὴ περιύβριστό τε πρὸς τοῦ Ἑκηβολίου καὶ τῷ χρήματά οἱ ἐν τῇ ὁδῷ ταύτῃ ἀπολωλέναι, πολλὰ παρηγορεῖν
C τε καὶ παραθρασύνειν τὴν ἄνθρωπον, ἅτε τῆς τύχης οἵας τε οὔσης καὶ αὖθις αὐτῇ χορηγοῦ γενέσθαι χρημάτων μεγάλων. τότε λέγουσι τὴν Θεοδώραν εἰπεῖν ὡς καὶ ὄναρ αὐτῇ ἐπισκῆψαν τὴν νύκτα ἐκείνην πλούτου ἕνεκα μηδεμίαν κελεύσαι ποιεῖσθαι φροντίδα. ἐπειδὰν γὰρ ἐς Βυζάντιον ἵκοιτο, τῷ τῶν δαιμόνων ἄρχοντι ἐς εὐνὴν ἥξειν, τούτῳ τε ἅτε γαμετὴν γυναῖκα ξυνοικήσεσθαι μηχανῇ πάσῃ, καὶ ἀπ' αὐτοῦ κυρίαν αὐτὴν πάντων χρημάτων γενήσεσθαι.

D ιγ'. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὕτω δὴ δόξης τοῖς πλείστοις εἶχεν. Ἰουστινιανὸς δὲ τοιοῦτος μὲν τὸ ἄλλο ἦθος οἷος δεδήλωται.

7. Ἰουστίνου Alem. P. Ἰουστινιανοῦ A. 12. εἶδεν] οἶδεν AP. ibid. καὶ τῷ Reisk. Aberat τῷ. 13. ἀπολωλέναι] ἀπολώλει P. ex Alem. coniectura. ibid. πολλὰ Alem. P. ἀλλὰ A. 17. κελεύσαι] κελεῦσαι AP. 19. ξυνοικήσεσθαι Reisk. ξυνοικήσασθαι AP. 21. γενήσεσθαι Reisk. γενέσθαι MS. Mediol. γεγενημένην AP.

tietate; sed utcumque degustatis ferculis intempesta nocte regiam obambularet. De Theodora cum adhuc erat in scena, eius amasii ferunt, nocturnos lemures in fornicem irrumpentes inde se abegisse, ubi multam noctem cum illa traherent. Saltatricula Venetorum Antiochensium, cui et nomen Macedonia fuit, et magna apud Iustinianum auctoritas (quippe quem litteris etiamnum Iustino Principe ad necem optimatum Orientis, et eorumdem proscriptionem bonorum pro sua libidine facile impelleret) ex Aegypto et Africa venientem Theodoram salutans, cum graviter moerentem vidisset, et acceptis ab Hecebolio iniuriis, factaque eo in itinere pecuniae iactura, indignabundam solabatur, iubebatque bene sperare de fortuna, quae potis esset magnas opes illi rursum elargiri; tum vero dixisse Theodoram, quod quidem ad opes eadem nocte se in somnis iussam, omnem curam deponere; fore enim ut postea quam Byzantium tenuisset, Genii maximi lectum conscenderet, et artis ope tandem coniungeretur eidem foedere coniugali, atque exinde ad omnes divitias emergeret.

13. De his quidem ita ferebat plurimorum opinio. Iustinianus vero iis

εὐπρόσιτον δὲ παρεῖχεν αὐτὸν καὶ πρᾷον τοῖς ἐντυγχάνουσιν, οὐδενί τε τῶν πάντων ἀποκεκλεῖσθαι τῆς εἰς αὐτὸν εἰσόδου συνέβαινεν, ἀλλὰ καὶ τοῖς οὐκ ἐν κόσμῳ παρ' αὐτὸν ἑστῶσιν ἢ φθεγγομένοις οὐδέποτε χαλεπῶς ἔσχεν. οὐ μέντοι ἠρυθρία τινὰ τῶν πρὸς αὐτοῦ ἀπολουμένων. οὐ μὴν οὐδὲ ὀργῆς πώποτέ τι ἢ ἀκροχολίας ὑποφαίνων ἐς τοὺς προσκεκρουκότας ἔνδηλος γέγονεν, ἀλλὰ πρᾷος μὲν τῷ προσώπῳ, καθειμέναις δὲ ταῖς ὀφρύσιν, ὑφειμένῃ δὲ τῇ φωνῇ ἐκέλευε μυριάδας μὲν διαφθαρῆναι μηδὲν ἠδικηκότων ἀνθρώπων, πόλεις δὲ καθελεῖν, χρήματά τε ἀνάγραπτα ἐς τὸ δημόσιον πάντα ποιεῖσθαι. εἴκασεν ἄν τις ἐκ τοῦδε τοῦ ἤθους προβατίου γνώμην P 40 τὸν ἄνθρωπον ἔχειν. ἢν μέντοι τις αὐτὸν ἱλεούμενος τοὺς παρα- V 30 πεπτωκότας ἱκεσίοις λιταῖς παραιτεῖσθαι πειρῷτο, ἐνταῦθα ἠγριωμένος τε καὶ σεσηρὼς μεστοῦσθαι ἐδόκει, ἀλλὰ καὶ τοῦτο ἐπὶ φθόρῳ τῶν κατηκόων. τοῖς τε γὰρ ἱερεῦσιν ἀδεέστερον τοὺς πέ- A 60 λας συνεχώρει βιάζεσθαι καὶ ληιζομένοις τὰ τῶν ὁμόρων συνέχαιρεν, εὐσεβεῖν ταύτῃ ἀμφὶ τὸ θεῖον οἰόμενος. δίκας τε τοιαύτας δικάζων τὰ ὅσια ποιεῖν ᾤετο, ἤν τις ἱερῶν λόγῳ τῶν τι οὐ προσηκόντων ἁρπάσας νενικηκώς τε ἀπιὼν ᾤχετο. τὸ γὰρ δίκαιον ἐν τῷ περιεῖναι τοὺς ἱερέας τῶν ἐναντίων ᾤετο εἶναι. καὶ αὐτὸς δὲ κτώμενος ἐξ οὐ προσηκόντων τὰς τῶν περιόντων ἢ τετελευτηκότων οὐσίας, καὶ ταύτας τῶν τινι νεῶν εὐθὺς ἀνατιθεὶς τῷ τῆς B

1. εὐπρόσιτον Alem. P. ἀπρόσιτον A. 4. οὐ μέντοι] διὰ ταῦτα addit Alem. *ibid.* ἠρυθρία τινὰ] Sic et Iustinianus loquitur Novella 25. ὥσπερ ἐκεῖνος οὔτε τοὺς ἡμετέρους λόγους οὔτε τοὺς νόμους οὔτε τὸ τῆς ἀρχῆς ἐρυθριᾷ σχῆμα, οὕτω οὐδὲ ἡμεῖς αὐτὸν ἐρυθριάσομεν. ALEM., 12. πειρῷτο vel ἐπειρᾶτο Reisk. ἐπειρῶτο AP.

licet moribus esset, omnibus tamen ita se praebuit in congressu facilem ac lenem, ut neminem acciderit eius aditu prohiberi, nec unquam aegre ipse tulerit, si quis indecore apud se vel staret vel loqueretur. Nihil commovebatur exitio, quod aliis pararet. In infestos nunquam iracundia, nedum ira concitari visus est; sed fronte placida, demisso supercilio, summissa voce imperabat infinitae innoxiorum hominum multitudinis internecionem, devastationes urbium, bonorum publicationes, ex quo quidem habitu mansuetissimum hominis ingenium interpretarere. Si quis autem eius implorare clementiam supplex niteretur, misereque afflictis patrocinari, tum enimvero turbari ac ringere, iraque tumescere in subditorum caput. Sacerdotibus in vicinos fidenter sane peccantibus indulgebat, et finitimorum bona occupantibus gratulabatur, sic ratus adversus deum colere pietatem. Si quando huiusmodi causas cognosceret, religionis esse putavit, ut victa causa discederent, qui sacri nomine rem alienam occupassent; in eoque ius statuebat, ut sacerdotum adversarii tandem causa caderent. Ipse male parta aliorum bona sive superessent, sive de vita illi decessissent, templis addixit, ut sic et crimen

εὐσεβείας ἐφιλοτιμεῖτο παραπετάσματι, ὡς μὴ ἐς τοὺς βιασθέντας
ἡ τούτων αὖθις ἐπανίοι κτῆσις. ἀλλὰ καὶ φόνων ἀριθμὸν ἄκρι-
τον διὰ ταῦτα εἰργάζετο. εἰς μίαν γὰρ ἀμφὶ τῷ Χριστῷ δόξαν
συναγαγεῖν ἅπαντας ἐν σπουδῇ ἔχων λόγῳ οὐδενὶ τοὺς ἄλλους ἀν-
θρώπους διέφθειρε, καὶ ταῦτα ἐν τῷ τῆς εὐσεβείας προσχήματι
πράσσων· οὐ γάρ οἱ ἐδόκει φόνος ἀνθρώπων εἶναι, ἤν γε μὴ τῆς
αὐτοῦ δόξης οἱ τελευτῶντες τύχοιεν ὄντες. οὕτως ἦν κατεσπου-
δασμένος οἱ τῶν ἀνθρώπων ἐσαεὶ φθόρος, ἐπινοῶν τε ξὺν τῇ
γαμετῇ οὔποτε ἀνίει τὰς εἰς τοῦτον φερούσας αἰτίας. ἄμφω γὰρ
C τώδε τὼ ἀνθρώπω τὰς ἐπιθυμίας ἐκ τοῦ ἐπιπλεῖστον ἀδελφὰς εἶ-
χον, οὗ δὲ αὐτοῖς καὶ διαλλάσσειν τὸν τρόπον ξυνέβη, πονηρὸς
μὲν ἑκάτερος ἦν, τὰ μέντοι ἐναντιώτατα ἐνδεικνύμενοι τοὺς ὑπη-
κόους διέφθειρον. ὁ μὲν γὰρ κονιορτοῦ τὸ ἐς τὴν γνώμην κου-
φότερος ἦν, ὑποκείμενος τοῖς ἀεὶ παράγειν ὅποι ποτ' ἐδόκει βου-
λομένοις αὐτὸν, ἢν μὴ τὸ πρᾶγμα ἐς φιλανθρωπίαν ἢ ἀκερδίαν
ἄγοι, θῶπάς τε λόγους ἐνδελεχέστατα προσιέμενος. ἔπειθον γὰρ
αὐτὸν οἱ κολακεύοντες οὐδενὶ πόνῳ ὅτι μετέωρος ἀρθείη καὶ ἀε-
A 61 ροβατοίη. καί ποτε αὐτῷ παρεδρεύων Τριβωνιανὸς ἔφη περιδεὴς
ἀτεχνῶς εἶναι μή ποτε αὐτὸς ὑπὸ εὐσεβείας ἐς τὸν οὐρανὸν ἀναλη-
D φθεὶς λάθοι. τοιούτους δὲ τοὺς ἐπαίνους ἤτοι σκώμματα ἐν τῷ
τῆς διανοίας ἐποιεῖτο βεβαίῳ. ἀλλὰ καί του θαυμάσας, ἂν οὕτω
τύχοι, τὴν ἀρετὴν, ὀλίγῳ ὕστερον ἅτε πονηρῷ ἐλοιδορεῖτο. καὶ

2. ἐπανίοι] ἐπανίει AP. 4. συναγαγεῖν addidit P. συνδραμεῖν addebat Alem. 8. οἱ Reiskius. ὁ AP. et Suidas s. φθόρος. 14. ὑποκείμενος Alem. P. ὑποκειμένοις A. ibid. παράγειν Reisk. παράγουσιν AP. ibid. ποτ' ἐδόκει Alem. P. ποτε δοκεῖ A. 21. καί του Reisk. Aberat καί.

obtegeret pietate, et nunquam in posterum ad vexatos olim possessores facultates redirent. Quin se infinitis caedibus praepostera hac pietate cruentavit. Illud etiam pugnavit, ut in unam omnes convenirent de Christo sententiam; eaque specie religionis aliis vitam violavit, haud esse homicidium ratus, quod in alienae opinionis populares committeretur. Sic erat semper perdendis populis intentus, ut etiam cum Theodora coniuge ab his comminiscendis occasionibus nunquam desisteret. Nam ut erat maxima utriusque similitudo cupiditatum, sic etiam morum et improbitatis, licet palam discordiam simularent, ut subiectos impellerent in exitium. Erat Iustiniano animus pulvisculo levior huc atque illuc facile trahendus, praeterquam ad humanitatem, vel a turpi compendio abstrahendus. Assentatoribus cum primis patefaciebat aures, quibus facile fore crederet, ut sublimis aliquando raptus aera penetraret. Tribonianus illi assidens, vereri se vehementer affirmabat, ne ob singularem pietatem in coelum improviso surriperetur. Quam laudem, vel potius cavillum apud animum sic plane suum constanter habebat. Si cuius aliquando virtutem probasset, non dubitavit eumdem mox improbum

κακίσας τῶν τινα ὑπηκόων αὖθις αὐτοῦ ἐπαινέτης ἐγίνετο οὐδενὶ λόγῳ ἐξ οὐδεμιᾶς μεταβεβλημένος αἰτίας. τὰ γὰρ τῆς γνώμης αὐτῷ ἐξ ἐναντίας ᾔει ὧν τε αὐτὸς ἔλεγε καὶ ἐβούλετο ἔνδηλος εἶναι. ὅπως μέντοι ὁ τρόπος αὐτῷ τὰ ἐς φιλίαν τε καὶ ἔχθος εἶχεν, ὑπεῖπον ἤδη, τοῖς τῷ ἀνθρώπῳ ἐκ τοῦ ἐπιπλεῖστον εἰργασμένοις τεκμηριώσας. ἐχθρὸς μὲν γὰρ ἀσφαλής τε καὶ ἄτρεπτος ἦν, ἐς δὲ τοὺς φίλους ἄγαν ἀβέβαιος. ὥστε ἀμέλει τῶν μὲν οἱ ἐσπουδασμέ- P 41 νων κατειργάσατο πλείστους, φίλος δὲ τῶν πώποτε μισουμένων οὐδενὶ γέγονεν. οὓς δὲ μάλιστα γνωρίμους καὶ ἐπιτηδείους ἔδοξεν ἔχειν, τούτους τῇ ὁμόζυγι ἢ ἄλλῳ ὁτῳοῦν χαριζόμενος ἀπολουμένους οὐκ ἐς μακρὰν προὔδωκε, καίπερ εὖ εἰδὼς ὅτι δὴ ἐς αὐτὸν εὐνοίας ἕνεκα τεθνήξονται μόνης. ἄπιστος γὰρ ἐν πᾶσι πλήν γε δὴ τῆς τε ἀπανθρωπίας καὶ φιλοχρηματίας διαφανῶς ἦν. ταύτης γὰρ αὐτὸν ἀποστῆσαι δυνατὸν οὐδενὶ γέγονεν. ἀλλὰ καὶ ἐς ἃ πείθειν αὐτὸν ἡ γαμετὴ οὐκ εἶχε, χρημάτων αὐτῷ μεγάλων ἐλπίδας ἐκ τοῦ ἔργου ἐσομένων ἐμβαλομένη εἰς τὴν πρᾶξιν ἥνπερ ἐβούλετο οὔτι ἐθελούσιον τὸν ἄνδρα ἐφεῖλκε. κέρδους γὰρ οὐκ εὐπρεποῦς ἕνεκα καὶ νόμους τιθέναι καὶ αὖ πάλιν αὐτοὺς καθελεῖν οὐ- B δαμῇ ἀπηξίου. ἐδίκαζέ τε οὐ κατὰ τοὺς νόμους, οὓς αὐτὸς ἔγραψεν, ἀλλ' ἔνθα ἂν αὐτὸν μείζων τε ὀφθεῖσα καὶ μεγαλοπρεπεστέρα A 62 ἡ τῶν χρημάτων ὑπόσχεσις ἄγοι. καὶ κατὰ μικρὸν γὰρ κλέπτοντι ἀφαιρεῖσθαι τὰς τῶν ὑπηκόων οὐσίας αἰσχύνην αὐτῷ φέρειν τινὰ οὐδαμῇ ᾤετο, ἡνίκα δὴ οὐχ ἁπαξάπαντα ἀφελέσθαι λόγῳ τινὶ

1 οὐδενὶ addidit Reiskius. 10 ὁμόζυγι Reiskius. ὁμοζυγίᾳ AP. 16 ἥνπερ Reiskius. ἧπερ AP.

dicere; ac rursus quemcumque subiectorum vituperasset, statim oratione commendavit exaggerata; in contrarias ideo sententias temere discedens, quod non aeque animo responderent quae affirmaret ipse, quaeve ab aliis vellet intelligi. Caeterum quemadmodum amore, vel odio moveretur, ex eius potissimum factis coniecisse indicasseque mihi videor. Nam odia exercuit pertinacia et implacabilia; cum amicis nulla constantia. Certe sui studiosorum longe plurimos necavit; nullius vero quem aliquando odisset, redivit in amicitiam. Qui inter notos sibique pernecessarios haberentur, hos coniugi, aut cuilibet gratificans, mactandos non multo post tradidit, quos solo erga se benevolentiae nomine perituros haud ignoraret. Denique fuit Iustinianus nulla in re stabilis, praeterquam crudelitate, studioque pecuniae, a quibus nullus eum cohibere unquam potuit. Theodora certe coniux si quando illum non haberet obsequentem, iniecta spe magnarum ex negotiis pecuniarum, tandem invitum ductabat quo ipsa cumque vellet. Nam non est veritus et leges ferre, et quas tulisset refingere, dummodo turpi lucro esset; neque ad eas quas scripsit constitutiones exegit iudicia, sed ad quas trahebatur pecunias, seu luculentiores visas, sive promissas munificentius. Nullum admittere se dedecus putavit, cum subditorum suppilaret facultates, ubi simul omnium rapiendarum nulla suppeteret causa, hoc est, agendi crimi-

εἶχεν ἢ ἔγκλημα ἐπενεγκὼν ἀπροσδόκητον, ἢ διαθήκης οὐ γεγενη-
μένης προσχήματι. ἔμεινέ τε αὐτοῦ Ῥωμαίων ἄρχοντος, οὐ πίστις
πρὸς θεὸν ἀσφαλής, οὐ δεξιά, οὐ νόμος ὀχυρός, οὐ πρᾶξις βε-
V 307 *βαία, οὐ συμβόλαιον οὐδέν. στελλομένων δὲ πρὸς αὐτοῦ τῶν οἱ*
ἐπιτηδείων τινὲς ἐπί τινα πρᾶξιν, εἰ μὲν δὴ αὐτοῖς ἀπολωλεκέναι
C *ξυνέβη τῶν σφίσι παραπεπτωκότων πολλοὺς καὶ χρημάτων τι*
ληίσασθαι πλῆθος, οὗτοι δὴ εὐδόκιμοι τῷ αὐτοκράτορι ἐδόκουν
τε εἶναι καὶ ὀνομάζεσθαι, ἅτε δὴ ἅπαντα ἐς τὸ ἀκριβὲς τὰ ἐπηγ-
γελμένα ἐπιτελέσαντες· εἰ δὲ φειδοῖ τινι ἐς ἀνθρώπους χρησά-
μενοι παρ' αὐτὸν ἵκοιντο, δύσνους τε αὐτοῖς τὸ λοιπὸν καὶ πολέ-
μιος ἦν. ἀπογνούς τε, ὥσπερ ἀρχαιότροπόν τινα τὴν τῶν ἀν-
δρῶν φύσιν, ἐς τὴν ὑπουργίαν οὐκέτι ἐκάλει. ὥστε καὶ πολλοὶ
ἐν σπουδῇ ἐποιοῦντο ἐνδείκνυσθαι αὐτῷ ὡς πονηροὶ εἶεν, καίπερ
σφίσι τῶν ἐπιτηδευμάτων οὐ ταύτῃ ἐχόντων. ὑποσχόμενος δέ τισι
πολλάκις καὶ ὅρκῳ ἢ γράμμασι τὴν ὑπόσχεσιν ὀχυρωτέραν πεποιη-
μένος, εὐθὺς ἐθελούσιος ἐς λήθην ἀφῖκτο, δόξης τι φέρειν αὐτῷ
τὸ ἔργον τοῦτο οἰόμενος. καὶ ταῦτα Ἰουστινιανῷ οὐ μόνον ἐς
D *τοὺς ὑπηκόους ἐπράσσετο, ἀλλὰ καὶ ἐς τῶν πολεμίων πολλούς,*
ὥσπερ μοι εἴρηται ἔμπροσθεν. ἦν τε ἄυπνός τε καὶ ἄσιτος ἐπι-
πλεῖστον εἰπεῖν καὶ σιτίοις μὲν ἢ ποτῷ κατακορὴς οὐδαμῇ γέγονεν,
ἀλλὰ σχεδόν τι ἄκρῳ δακτύλῳ ἀπογευσάμενος ἀπηλλάσσετο. ὥσπερ

3 *οὐ δεξιὰ* Reiskius. *ἢ δόξα* AP. 5 *ἐπιτηδείων τινὲς*] *τινὲς* om. Alem. P. *ibid.* *ἀπολωλεκέναι*] *ἀπολωλέναι* Med. 6 *τι*] Aut delendum aut *μέγα τι* legendum. Reisk. 8 *ὀνομάζεσθαι*] *ὠνομάζοντο* Reisk. 10 *ἵκοιντο*] *ἀνίκοιντο* Reisk. 17 *Ἰουστινιανῷ* Reisk. *Ἰουστινιανὸς* AP. 19 *ἦν τε*] *ἦν δὲ* Reisk. *ibid* *ἄυπνος τε καὶ ἄσιτος* Reisk. Legebatur *ἄοκνός τε καί*, omisso *ἄσιτος*. Conf. p. 45 a. 21 *σχεδόν τι ἄκρῳ* Reisk. *σχεδὸν τἄκρῳ* AP. *σχεδὸν ἄκρῳ* Suidas s. v. *κατακορής*. *ibid.* *γευσάμενος ἀπηλλάττετο* Suidas.

nose, vel suppositítii testamenti obtendendi. Hoc Romanorum Principe, nulla firma de deo fuit sententia, vel fides; nullum stabile ius; pactio vel res constans nulla. Familiares, quibus dedisset aliquod negotium, si hos qui sibi incidissent in manus confertim profligassent, et magnam abstraxissent auri vim, hi Caesari videbantur erantque probati, ut qui absolutissime imperata fecissent; qui vero abstinuissent aliorum iniuriis, in hos post reditum odio erat hostili, pertaesusque illorum mores antiquos et ignavum ingenium, haud vocabat in posterum ad provincias gerendas; ob idque nonnulli affectarunt apud illum opinionem improbitatis, a qua plane moribus vitaque abhorrerent. Factarum saepenumero sponsionum, et sacramento vel tabulis confirmatarum, statim oblivionem simulavit, quasi laudem hinc sibi aliquam compararet, idque non apud suos tantum, sed, quod supra narravimus, etiam apud hostes. Nunquam amavit otiosum negotium: cibus, potus-

γάρ τι αὐτῷ πάρεργον τῆς φύσεως ἀγγαρευομένης τὰ τοιαῦτα ἐφαίνετο εἶναι, ἐπεὶ καὶ ἀπόσιτος ἡμέρας τε καὶ νύκτας δύο τὰ A 63 πολλὰ ἔμενεν, ἄλλως τε ἡνίκα ὁ πρὸ τῆς πασχαλίας καλουμένης ἑορτῆς χρόνος ἐνταῦθα ἄγοι. τότε γὰρ πολλάκις ἡμέραιν δυοῖν, ὥσπερ εἴρηται, γεγονὼς ἄσιτος ὕδατί τε βραχεῖ ἀποζῆν ἐπηξίου καὶ βοτάναις ἀγρίαις τισὶν, ὥραν τε, ἂν οὕτω τύχοι, καταδαρθὼν μίαν, εἶτα περιπάτους ἀεὶ ποιούμενος τὸν ἄλλον κατέτριβε P 42 χρόνον. καίτοι εἰ τοῦτον αὐτὸν καιρὸν ἐς πράξεις δαπανᾶν ἀγαθὰς ἤθελεν, ἐπὶ μέγα ἄν τι εὐδαιμονίας ἐκεχωρήκει τὰ πράγματα. νῦν δὲ τῇ φύσεως ἰσχύϊ ἐπὶ τῷ Ῥωμαίων πονηρῷ χρώμενος ξύμπασαν αὐτῶν τὴν πολιτείαν ἐς τὸ ἔδαφος καθελεῖν ἴσχυσεν. ἐγρηγορέναι τε γὰρ διηνεκὲς καὶ ταλαιπωρεῖν καὶ πονεῖσθαι οὐκ ἄλλου του ἕνεκα ἔργον πεποίηται ἢ ὥστε κομπωδεστέρας ἀεὶ καθ' ἑκάστην τοῖς ὑπηκόοις ἐπιτεχνᾶσθαι τὰς συμφοράς. ἦν γὰρ, ὅπερ εἴρηται, διαφερόντως ὀξὺς ἐπινοῆσαί τε καὶ ταχὺς ἀποτελέσαι ἀνόσια ἔργα, ὥστε αὐτῷ καὶ τὰ τῆς φύσεως ἀγαθὰ ἐπὶ λύμῃ τῶν ὑπηκόων ἀποκεκρίσθαι ξυνέβαινε.

ιδʹ Πραγμάτων γὰρ ἦν ἀωρία πολλὴ καὶ τῶν εἰωθότων B οὐδὲν ἔμεινεν, ὧνπέρ μοι ὀλίγων ὑπομνησθέντι σιωπῇ δοτέον τὰ λοιπὰ, ὡς μή μοι ὁ λόγος ἀπέραντος εἴη. πρῶτα μὲν γὰρ οὐδὲν ἐς βασιλικὸν ἀξίωμα ἐπιτηδείως ἔχον οὔτε αὐτὸς εἶχεν οὔτε ξυμφυλάσσειν ἠξίου, ἀλλὰ τήν τε γλῶτταν καὶ τὸ σχῆμα καὶ τὴν

1 τῆς φύσεως αὐτὸν ἀγγαρευούσης περὶ τὰ βρώματα ἐφαίνετο εἶναι Suidas s. v. ἄγγαρος. 2 ἐπεὶ καὶ — ἀποζῆν] Verbis nonnihil mutatis affert Suidas s. ἀπόσιτος. 6 τύχοι add. Alem. P. om. A. *ibid.* καταδαρθὼν] Scribebatur καταδραθών. 18 γὰρ om. P. 20 ὡς μή μοι ὁ Alem. ὡς μοι ὁ (sic) A. ὡς μὴ ὁ P.

que illi nunquam ad satietatem, sed pene extremis digitis delibatis ferculis, mensam tolli iussit, praeter operam id esse ratus et ex violento naturae quodam imperio. Quare saepe unum atque alterum diem noctemque cibi abstinuit, praesertim eius festi pervigiliis, quod Pascha dicimus, quando biduum brevi aqua et agresti olere victitans, et horam somno indulgens, reliquum tempus continuis terebat deambulationibus. Quod si rebus insumpsisset bene gerendis, pervenisset profecto respublica ad summam felicitatem; nunc vero his naturae viribus utebatur ad Romanorum perniciem, illorumque penitus rem ad terram affligendam; cuius perpetuae vigiliae, labores, conatus in eo vertebantur, ut atrocior in dies fieret subditorum calamitas; praesertim cum ad excogitanda scelera, uti monui, peracri esset ingenio, ad patranda festino, sicque illius animi dotes subiectorum pestis evaderent.

14. Nulla rebus agendis erat opportunitas, nullum vestigium antiquitatis. Hic vero, ne infinitum faciam, paucis commemoratis complura praeteribo. Principio quidem nihil, quod Imperatoriam deceret maiestatem vel habuit, vel curavit, ad barbarorum morem se citius comparavit sermone,

ιαν ἐβαρβάριζεν. ὅσα τε γράφεσθαι πρὸς αὐτοῦ βούλοιτο,
τῷ τὴν κοιαίστωρος ἔχοντι τιμὴν, ἧπερ εἰώθει, ἐπέστελλεν
οἴεσθαι, ἀλλ' αὐτός τε τὰ πλεῖστα, καίπερ οὕτω τῆς γλώττης
ων, ἐκφέρειν ἠξίου καὶ τῶν παρατυχόντων πολὺς ὅμιλος, ὥστε
ὺς ἐνθένδε ἠδικημένους οὐκ ἔχειν ὅτῳ ἐπικαλοῖεν. τοῖς δὲ ἀση-
ρῆτις καλουμένοις οὐκ ἀπεκέκριτο τὸ ἀξίωμα ἐς τὸ τὰ βασιλέως
ἀπόρρητα γράφειν, ἐφ' ᾧπερ τὸ ἀνέκαθεν ἐτετάχατο, ἀλλὰ τάτε
ἄλλα ἔγραφεν αὐτὸς ὡς εἰπεῖν ἅπαντα καὶ εἴ που διατάσσειν τοὺς
διαιτῶντας ἐν πόλει δεήσειεν, ἠγνόουν ὅποι ποτὲ αὐτοῖς τὰ ἐς τὴν
D γνῶσιν ἰτέον εἴη. οὐ γὰρ εἴα τινὰ ἔν γε τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ γνώ-
μῃ αὐτονόμῳ τὰς ψήφους διδόναι, ἀλλὰ αὐθαδιαζόμενος ἀλογί-
στῳ τινὶ παρρησίᾳ κρίσεις τε αὐτὸς τὰς ἐσομένας ἐρρύθμιζεν
ἀκοῆς λόγον πρός του τῶν διαφερομένων λαβὼν καὶ ἀνάδικα εὐ-
308 θὺς τὰ δεδικασμένα ἐποίει οὐ νόμῳ τινὶ ἢ δικαίῳ ἠγμένος, ἀλλ'
ἀπαρακαλύπτως αἰσχροκερδείᾳ ἡσσώμενος. δωροδοκῶν γὰρ ὁ
βασιλεὺς οὐκ ᾐσχύνετο, πᾶσαν αὐτοῦ τὴν αἰδῶ τῆς ἀπληστίας
ἀφελομένης. πολλάκις δὲ τὰ συγκλήτῳ βουλῇ καὶ τῷ αὐτοκρά-
τορι δεδοκιμασμένα εἰς ἑτέραν τινὰ ἐτελεύτησε κρίσιν. ἡ μὲν
P 43 γὰρ βουλὴ ὥσπερ ἐν εἰκόνι ἐκάθητο, οὔτε τῆς ψήφου οὔτε τοῦ
καλοῦ κυρία οὖσα, σχήματος δὲ μόνου καὶ νόμου ξυνειλεγμένη

2 κοιαίστωρος] Ita passim. Sed rectius κυαίστωρος. Alem. ἐπέστελλε προῒεσθαι Reisk. ἐπέστελλεν οἴεσθαι AP. 4 ἠξίου καὶ A. ἠξίου. ἦν P. 5 τοὺς — ἠδικημένους Reisk. τοῖς — ἠδικημένοις AP. ibid. τά τε] Aberat τε. 7 ᾧπερ Reisk. ὤνπερ AP. 8 ἔγραφεν αὐτὸς Alem. ἔγραφον αὐτοὶ AP. 9 ἠγνόουν addidit Reisk. 10 γνῶσιν] ἰόντα διαθησομένοις addit Reisk. 12 ἐσομένας] ἐσαγομένας Reisk. 13 ἀκοῆς] ἀκοῇ Reisk. 14 δεδικασμένα Suidas s. ἀνάδικα. Legebatur δεδοκιμασμένα. 19 οὔτε τῆς] Legebatur οὐδὲ τῆς. 20 καλοῦ] πάλου Reisk.

habitu, ingenio. Quae sibi scripto respondenda forent, haec non, uti mos est, Quaestori committebat, sed ut plurimum sumebat sibi pronuncianda, licet ei barbare sonaret oratio. Exinde iam turba frequens complevit tribunal postulatura quaestionem; sed apud quos iudices institueret, non habuit. Eorum, qui sunt a secretis et si antiquissimum munus est Principis arcana scribere, concessum id tamen illis non fuit; sed ipse cum reliqua plane omnia scribebat, tum quae magistratus municipiorum sententias ferentes decernere oporteret, nulli in orbe Romano libera iuris dicundi potestate permissa. Sibi omnia imprudenti fastu arrogavit, temperavitque sic iudicia, ut alterutro litigatorum audito sententiam diceret, idque iudicatum esse vellet. Haec non ex aequo aut iure, sed turpi lucro ab eo factitari palam erat, cum accipere munera Caesarem non puderet, cui iam omnem extinxisset pudorem avaritia. Saepissime factum est, ut quae Senatus, quaeve Caesar de eadem re decrevissent, in contrarium caderent; nam fuit Senatus inane quoddam simulacrum, penes quem neque sententiae dicendae, neque tuendi honesti arbitrium esset:

Τὰ μὲν οὖν τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐκκλησίας, ἥνπερ μεγάλην καλεῖν νενομίκασι, συνελόντι τε καὶ ἄκρῳ δακτύλῳ διαριθμησαμένῳ H 5 εἰπεῖν, λόγῳ τε βραχυτάτῳ τὰ τῶν πραγμάτων ἀξιολογώτατα φράσαι, τῇδε Ἰουστινιανῷ δεδημιούργηται βασιλεῖ. οὐ χρήμασι δὲ αὐτὴν ὁ βασιλεὺς ἐδείματο μόνον, ἀλλὰ καὶ πο- P 9

prato floribus convestito versari se quispiam putet, ac merito horum purpuram, illorum viriditatem miretur; alia puniceo, alia candido fulgore praedita; et quae natura, non secus ac pictor, coloribus dissimillimis variavit. Quando quis precaturus illuc ingreditur, statim intelligit non potentiae artisve humanae, sed divini numinis id esse opus, et levata ad deum mente caelum perambulat, sic statuens, non procul eum abesse, verum sede illa potissimum gaudere, quam sibi ipse delegerit. Nec solum novo spectatori haec incidit cogitatio; at semper cuiusque animo redit, pariter ac si tum primum illa oculis obversarentur. Videndi satietas neminem unquam cepit: sed qui sunt in templo, aspectu suavissimo oblectantur: egressi, in sermonibus, quos de illo miscent, triumphant. Iam vero quidquid pretiosae supellectilis aedi huic Iustinianus Augustus donavit, aurum, argentum, gemmas, ut singulatim commemorem fieri nequit: permitto lectoribus coniecturam ex uno facere. Templi locus maxime sacer, et cuivis, praeterquam sacerdotibus, inaccessus (altare vocant) argenti pondo habet quadraginta millia.

Ut semel finiam, summo, quod aiunt, digito percursis, et oratione brevissima comprehensis, quae sunt memoratu dignissima, sic Iustinianus Augustus Constantinopolitanam ecclesiam, quae vulgo magna dicitur, aedifica-

νουμένη τῇ διανοίᾳ καὶ τῇ ἄλλῃ τῆς ψυχῆς ἀρετῇ, ὥσπερ ἐγὼ αὐτίκα δηλώσω. τῶν ἀψίδων, ὦνπερ ἐπεμνήσθην ἀρτίως, (λώρους δὲ αὐτὰς οἱ μηχανοποιοὶ ἐπικαλοῦσι) μία τις, ἡ πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιόν ἐστιν, ἐπανειστήκει μὲν ἑκατέρωθεν ἤδη, οὔπω δὲ ὅλη τὸ μέσον συνετετέλεστο, ἀλλ' ἔμενεν ἔτι. οἱ δὲ πεσσοί, ὧν δὴ ὕπερθεν ἡ οἰκοδομία ἐγένετο, τῶν ἐγκειμένων σφίσιν οὐκ ἐνεγκόντες τὸ μέγεθος, ἀμηγέπη ἐξαπιναίως ἀπορρηγνύμενοι, οὐκ ἐς μακρὰν διαλυθησομένοις ἐῴκεσαν. οἱ μὲν οὖν ἀμφί τε Ἀνθέμιον καὶ Ἰσίδωρον τοῖς συμπεπτωκόσι περίφοβοι ὄντες ἐπὶ τὸν βασιλέα τὸ πρᾶγμα ἦγον, δυσέλπιδες ἐπὶ τῇ τέχνῃ γεγενημένοι. αὐ-
B τίκα δὲ ὁ βασιλεύς, ὅτῳ μέν ποτε ἠγμένος οὐκ οἶδα, θεῷ δέ, οἶ-
V 398 μαι (οὐ γάρ ἐστι μηχανικὸς) ἐς τὸ πέρας αὐτοῖς περιελίξαι τὴν ἀψῖδα ταύτην ἐπήγγελλεν. αὐτὴ γάρ, ἔφη, ἐφ' ἑαυτῆς ἀνεχομένη τῶν ἔνερθεν πεσσῶν οὐκέτι δεήσει. καὶ εἰ μὲν ὁ λόγος ἀμάρτυρος ἦν, εὖ οἶδα ὅτι κόλαξ τε ἂν ἔδοξεν εἶναι καὶ ἄπιστος ὅλως, ἐπεὶ δὲ μάρτυρες πάρεισι τῶν τηνικάδε πεπραγμένων πολλοί, οὐκ ὀκνητέα ἡμῖν ἐπὶ τὰ τοῦ λόγου λειπόμενά ἐστιν. οἱ μὲν οὖν τεχνῖται τὰ ἐπιτεταγμένα ἐποίουν, ἡ δὲ ἀψὶς ἐπ' ἀσφαλοῦς ᾐώρητο πᾶσα, ἐπισφραγίζουσα τῇ πείρᾳ τὴν τῆς ἐννοίας ἀλήθειαν. τοῦτο μὲν οὖν ταύτῃ ἐξείργασται, κατὰ δὲ τὰς ἄλλας ἀψῖδας αἵ τε πρὸς μεσημβρίαν τετραμμέναι εἰσὶ καὶ βορρᾶν ἄνε-
C μον, τοιόνδε ξυνηνέχθη γενέσθαι. οἱ μὲν λῶροι καλούμενοι τοῦ νεὼ τῇ οἰκοδομίᾳ ἐξωγκωμένοι ᾐώρηντο, βαρυνόμενα δὲ αὐτοῖς ἐπεπονήκει τὰ ἔνερθεν πάντα, κίονές τε οἱ τῇδε ὄντες χάλικας μικροὺς ὥσπερ ἀποξυσθέντες ἀφίεσαν. καὶ αὖθις μὲν ἄθυμοι τοῖς συμπεπτωκόσιν οἱ μηχανικοὶ γεγενημένοι τῷ βασιλεῖ τὰ

vit, non suis modo sumptibus, sed labore etiam ingenii, et praeclara animi contentione, prout mox declarabo. Arcuum, de quibus paulo supra memini (eos *lora* appellant mechanici) is qui ad solem orientem oppositus est, hinc inde iam surgebat, medioque imperfecto, manum extremam expectabat; cum pilae, quibus incumbebat, sub graviori mole fatiscentes, repente facto vitio, imminentis ruinae speciem praebuerunt. His Anthemius et Isidorus in maximum adducti metum, rem omnem ad imperatorem referunt, nullam ponentes in arte spem. Illico imperator, nescio quo instinctu, coelesti opinor (neque enim mechanicus est) curvaturam arcus absolvi iubet. *Is namque*, ait, *se ipso fultus, pilis suppositis non amplius indigebit.* Ac nisi testata proderem, narratio procul dubio adulatoria planeque incredibilis haberetur: cum autem rei tunc gestae permulti testes adsint, me nihil tenere debet, quominus quod sum exorsus pertexam. Ergo mandata confecerunt artifices: tum arcus in caelum eductus integer constitit, experimento probans veritatem consilii. Quo ibi acto, arcubus ad meridiem et aquilonem spectantibus istud accidit. Loris, ut vocant, substructione templi superbe elatis, quidquid erat inferius, sub pondere laborabat. Columnae subditae coementum

σφίσι παρόντα ἐσήγγελλον. αὖθις δὲ ὁ βασιλεὺς ἀντετεχνήσατο τάδε. τούτων δὴ τῶν πεπονηκότων τὰ ἄκρα ὅσα τῶν ἀψίδων ἐπέψαυε, διελεῖν μὲν ἐν τῷ παραυτίκα ἐκέλευσεν, ἐντιθέναι δὲ πολλῷ ὕστερον, ἐπειδὰν τὸ τῆς οἰκοδομίας ὑγρὸν ἀπολωφήσειεν αὐτοῖς μάλιστα. καὶ οἱ μὲν κατὰ ταῦτα ἐποίουν· ἡ δὲ κτίσις διαγέγονε τὸ λοιπὸν ἐν ἀσφαλεῖ οὖσα. φέρεται δέ τι μαρτύριον ὁ βασιλεὺς τοῦ ἔργου τοιόνδε.

β'. Ἀγορά τις πρὸ τοῦ βουλευτηρίου ἐτύγχανεν οὖσα· κα- D λοῦσι δὲ Αὐγουσταῖον τὴν ἀγορὰν οἱ Βυζάντιοι. ἐνταῦθα ξυνθῆκαι λίθων οὐχ ἧσσον ἢ ἑπτὰ ἐν τετραγώνῳ πεποίηνται, κατὰ μὲν ἀπόβασιν ξυγκείμεναι πᾶσαι, τοσοῦτον δὲ ἑκάστη τῆς ἔνερθεν P 10 οὔσης ἐλασσουμένη καὶ ἀποδέουσα, ὥστε δὴ τῶν λίθων ἕκαστον τῇ ἐμβολῇ προὔχοντα βαθμὸν γεγονέναι τῶν τε ἀνθρώπων τοὺς ἐκείνῃ ἀγειρομένους ἐπ' αὐτῶν ὥσπερ ἐπὶ βάθρων καθῆσθαι. ἐν δὲ τῇ τῶν λίθων ὑπερβολῇ κίων ἐπανέστηκεν ἐξαίσιον ὅσον, οὐ μονοειδὴς μέντοι, ἀλλὰ λίθοις ἐν περιδρόμῳ εὐμεγέθεσι σύνθετος, ἐγγωνίοις μὲν τῇ ἐντομῇ οὖσιν, ἐς δὲ ἀλλήλους ἐμπειρίᾳ τῶν λιθοτόμων ἐναρμοσθεῖσι. χαλκὸς δὲ ἄριστος ἔν τε πίναξι καὶ στεφάνοις διαχυθεὶς περιβάλλει πανταχόθι τοὺς λίθους, ἐν μὲν τῷ βεβαίῳ συνδέων, ἐν κόσμῳ δὲ αὐτοὺς συγκαλύπτων, καὶ τά τε ἄλλα σχεδόν τι πάντα καὶ διαφερόντως τά τε ἄνω καὶ τὰ κάτω ἐς τοῦ κίονος τὸν τύπον ἀπομιμούμενος. ὁ δὲ χαλκὸς οὗ- B τος τὸ μὲν χρῶμά ἐστι χρυσοῦ ἀκιβδήλου πρᾳότερος, τὴν δὲ ἀξίαν οὐ παρὰ πολὺ ἀποδέων ἰσοστάσιος ἀργύρῳ εἶναι. ἐν δὲ

9. Αὐγουσταῖον] μετετέθη ἡ λέξις· γουστεῖον γὰρ καλοῦσι τὸ ὀψοπωλεῖον. margo MS. Tolosani. Malt. Conf. p. 23 b.

perinde dimiserant, ac si quis ipsas destrinxisset. Eiusmodi casu perculsi mechanici, adito iterum imperatori significant quo res loco sit. Ille iterum usus solertia, ita malo occurrit. Succumbentis fabricae partes summas arcubusque contiguas extemplo deiici, ac multo post, ubi structurae humor penitus excessisset, reponi iussit. Quo ab illis praestito, aedificium ex eo firmitatem obtinuit: nec deest imperatori hoc operis testimonium.

2. Pro curia forum est, dictum Byzantiis Augustaeum. Ibi lapidum ordines non minus septem in quadrum extructi sunt, et ad descensum omnes compositi. Nam quisque angustior sibi subdito, ita decrescit, ut qua parte lapides prominent, gradus efficiant: in quibus, veluti in subselliis, consident qui ibi congregantur. Supremo gradu exurgit columna ingens, quae non constat materia uniusmodi. Est enim rotunda moles grandiorum lapidum, quos angulatim scalptos fabrorum industria coagmentavit. Iidem undique praecincti sunt fusis aere optimo tabulis et coronis: quae et valide ipsos nectunt et pulchre vestiunt, columnae formam cum in caeteris fere omnibus, tum vero maxime circa basim ac verticem imitando. Aes illud auro puro inferius colore, argentum pretio pene aequat. In summa columna stat ingens

τοῦ κίονος κορυφῇ χαλκοῦς ἕστηκεν ὑπερμεγέθης ἵππος, τετραμ-
μένος πρὸς ἕω, θέαμα λόγου πολλοῦ ἄξιον. ἔοικε δὲ βαδιουμένῳ
καὶ τοῦ πρόσω λαμπρῶς ἐχομένῳ. ποδῶν τῶν προσθίων ἀμέλει
τὸν μὲν ἀριστερὸν μετεωρίζει, ὡς ἐπιβησόμενος τῆς ἐπίπροσθεν
γῆς, ὁ δὲ δὴ ἕτερος ἐπὶ τοῦ λίθου ἠρήρεισται, οὗ ὕπερθέν ἐστιν,
ὡς τὴν βάσιν ἐκδεξόμενος· τοὺς δὲ ὀπισθίους οὕτω ξυνάγει ὡς,
ἐπειδὰν τὸ μὴ ἑστήξειν αὐτοῖς ἐπιβάλῃ, ἐν ἑτοίμῳ εἶεν. τούτῳ
δὴ τῷ ἵππῳ χαλκῇ ἐπιβέβηκε τοῦ βασιλέως εἰκὼν κολοσσῷ ἐμφε-
C ρής. ἔσταλται δὲ Ἀχιλλεὺς ἡ εἰκών. οὕτω γὰρ τὸ σχῆμα κα-
λοῦσιν ὅπερ ἀμπέχεται. τάς τε γὰρ ἀρβύλας ὑποδέδεται καὶ τὰ
H 6 σφυρά ἐστι κνημίδων χωρίς. εἶτα ἡρωϊκῶς τεθωράκισται καὶ
κράνος αὐτῷ τὴν κεφαλὴν σκέπει δόξαν ὡς κατασείοιτο παρεχόμε-
νον, αἴγλη τέ τις ἐνθένδε αὐτοῦ ἀπαστράπτει. φαίη τις ἂν
ποιητικῶς εἶναι τὸν ὀπωρινὸν ἐκεῖνον ἀστέρα. βλέπει δὲ πρὸς
ἀνίσχοντά που τὸν ἥλιον, τὴν ἡνιόχησιν ἐπὶ Πέρσας, οἶμαι, ποι-
ούμενος. καὶ φέρει μὲν χειρὶ τῇ λαιᾷ πόλον, παραδηλῶν ὁ πλά-
στης ὅτι γῆ τε αὐτῷ καὶ θάλασσα δεδούλωται πᾶσα, ἔχει δὲ οὔτε
D ξίφος οὔτε δοράτιον οὔτε ἄλλο τῶν ὅπλων οὐδέν, ἀλλὰ σταυρὸς
399 αὐτῷ ἐπὶ τοῦ πόλου ἐπίκειται, δι' οὗ δὴ τήν τε βασιλείαν καὶ τὸ
τοῦ πολέμου πεπόρισται κράτος. προτεινόμενος δὲ τὴν χεῖρα τὴν
δεξιὰν ἐς τὰ πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον καὶ τοὺς δακτύλους διαπετά-
σας ἐγκελεύεται τοῖς ἐκείνῃ βαρβάροις καθῆσθαι οἴκοι καὶ μὴ
πρόσω ἰέναι. ταῦτα μὲν οὖν ὧδέ πῃ ἔχει.

Ἐκκλησίᾳ δὲ τῇ μεγάλῃ ὅμορον οὖσαν καὶ συγκαταφλεχθεῖ-
σαν αὐτῇ πρότερον τὴν τῆς Εἰρήνης ἐπώνυμον Ἰουστινιανὸς βασι-

14. ποιητικῶς] Homerus Il. ε, 5. ἀστέρ' ὀπωρινῷ ἐναλίγκιος.

equus aeneus, orienti obversus; spectaculum sane eximium. Incessuro, viamque prorsum affectanti similis, anteriorum pedum alterum, videlicet sinistrum attollit, quasi calcaturus sit solum obiacens: alter subiectum lapidem premit, tanquam continuo facturus gradum: posteriores ita contrahit, ut cum ipsorum partes erunt movere se vestigio parati sint. Equo huic insidet aenea imperatoris effigies colossea, cultuque Achilleo insignis: sic habitum, quo induta est, vocant. Arbylis enim calceata, malleolos habet ocreis nudos. Thorax ipsi heroicus: caput munitum galea, quae concuti videatur, non sine quodam vibranti iubare: autumnale illud sidus esse merito dixerit, qui verba velit poetica usurpare. Solem orientem spectat, equum agens, ni fallor, adversus Persas: manu laeva fert globum; quo fictor innuit universum terrae et maris orbem servire ipsi. Non gladium, non hastam, aliud-ve gestat armorum genus, sed crucem globo impositam; cuius ope imperium ac belli victoriam adeptus est. Intenta ad orientem dextera porrectisque digitis, degentibus illic barbaris imperat, ut suis teneant sese finibus, neque ultra procedant. Et haec quidem ita se habent.

Irenes vero Ecclesiam, quae antea cum sibi vicino templo principe de-

λεὼς ὑπερμεγέθη ἐδείματο, ἱερῶν τῶν ἐν Βυζαντίῳ σχεδόν τι ἁπάντων, μετά γε τῆς Σοφίας τὸν νεών, οὐδενὸς δεύτερον. ἦν δέ τις μεταξὺ ταύταιν δὴ ταῖν ἐκκλησίαιν ξενών, ἀνθρώποις ἀνειμένος ἀπορουμένοις τε καὶ νοσοῦσι τὰ ἔσχατα, εἴ πρὸς τῇ οὐσίᾳ καὶ τὸ σῶμα νοσοῖεν. τοῦτον ἀνήρ τις θεοσεβὴς ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις ἐδείματο, Σαμψὼν ὄνομα. ἔμεινε δὲ οὐδὲ οὗτος τοῖς στα- P 11 σιώταις ἀνέπαφος, ἀλλὰ τῇ ἐκκλησίᾳ ἑκατέρᾳ συγκαταφλεχθεὶς ἀπολώλει. Ἰουστινιανὸς δὲ αὐτὸν ἀνῳκοδομήσατο βασιλεύς, κάλλει μὲν κατασκευῆς ἀξιώτερον, πλήθει δὲ οἰκιδίων παραπολὺ μείζω· προσόδῳ δὲ ἐπετείων δεδώρηται χρημάτων μεγάλων, ὅπως δὴ πλείοσιν ἐς ἀεὶ ταλαιπωρουμένοις ἀνθρώποις ἰῷτο τὰ πάθη. κόρον δὲ εἰς τὸν θεὸν τιμῆς ἢ πλησμονήν τινα ὡς ἥκιστα ἔχων, δύο ξενῶνας ἑτέρους ἀπεναντίους αὐτῷ ἔθετο ἐν ταῖς Ἰσιδώρου τε καὶ Ἀρκαδίου καλουμέναις οἰκίαις, τῆς βασιλίδος Θεοδώρας αὐτῷ τούτων δὴ τῶν ἔργων ξυνεπιλαμβανομένης τὸ ἱερολατρεῖν. τὰ δὲ B δὴ ἄλλα ἱερὰ ξύμπαντα, ὅσα τῷ Χριστῷ ὁ βασιλεὺς οὗτος ἀνέθηκε, τοσαῦτα τὸ πλῆθος καὶ τοιαῦτα τὸ μέγεθός ἐστιν, ὥστε λεπτολογεῖσθαι ἀμφ' αὐτοῖς ἀμήχανα εἶναι. οὐ γὰρ ἂν οὐδὲ ὁ λόγος οὐδὲ ὁ πᾶς ἡμῖν αἰὼν ἐξαρκέσοι κατάλογον πεποιημένοις ἀποστοματίσαι πρὸς ὄνομα τούτων δὴ ἕκαστον. ἄχρι τοῦδε ἡμῖν ἀποχρήσει.

γ'. Ἀρκτέον δὲ ἀπὸ τῶν τῆς θεοτόκου Μαρίας νεῶν. C τοῦτο γὰρ καὶ αὐτὸ βασιλεῖ ἐξεπιστάμεθα βουλομένῳ εἶναι, καὶ διαφανῶς εἰσηγεῖται ὁ ἀληθὴς λόγος ὅτι δὴ ἐκ τοῦ θεοῦ ἐπὶ τὴν

20. ἀποχρήσει] Vulgo ἀποχρήσοι. Conf. p. 15 d. 67 c.

flagraverat, Iustinianus Augustus amplissimam construxit; vix ut Byzantii, excepta aede Sophiae, ulla sit alia, cui de magnitudine concedat. Inter utramque erat hospitalis domus, hominibus destinata valde pauperibus et aegrotis; nempe quibus ad egestatem accessisset invaletudo. Eam Samson, vir summa in deum pietate, qui superioribus annis floruit, aedificaverat. Deinde a seditiosorum furore minime intactam, et cum utraque ecclesia deletam incendio, Iustinianus Augustus magnificentiori structura restituit, plurimumque auxit qua numero domuncularum, qua annuo censu, quo plures egestate et morbo affecti quovis tempore levarentur. Idem studio divini cultus inexplebili ardens, alia duo xenodochia, huic adversa condidit in aedibus Isidori atque Arcadii, quas appellant; piis hisce operibus sociam Theodora Augustus navante operam. Caetera vero templa Christo posita a nostro principe tot ac tanta sunt, ut singillatim recenseri nequeant. Nam nec par oratio nobis suppetat, neque aetatis quantumcunque fuerit spatium satis pateat texendo recitandoque catalogo singulorum. Hactenus de his dicta sufficiant.

3. A templis Mariae deiparae ordiri par est: quando imperatorem ipsum id cupere intelligimus, et recta historiae ratio nos eo ducit, ut a deo

αὐτοῦ μητέρα ἰτέον. πολλὰς τοίνυν ἐκκλησίας Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς τῇ θεοτόκῳ ἐδείματο πανταχόθι τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς οὕτω δὴ μεγαλοπρεπεῖς καὶ παμμεγέθεις καὶ χρημάτων ὄγκῳ ἐξεργασθείσας ὑπερφυεῖ, ὥστε, ἤν τις μίαν αὐτῶν κατὰ μόνας θεῷτο, εἰκάσειεν ἂν τοῦτο αὐτῷ μόνον εἰργάσθαι τὸ ἔργον καὶ περὶ τοῦτο ἠσχολημένον ἅπαντα τῆς βασιλείας κατατρῖψαι τὸν χρόνον. ἀλλὰ νῦν, ὅπερ εἶπον, τὰ ἐπὶ Βυζαντίου ἱερά μοι γεγράψεται. τὸν
D μὲν οὖν ἕνα τῆς θεοτόκου νεὼν ᾠκοδομήσατο πρὸ τοῦ περιβόλου ἐν χώρῳ καλουμένῳ Βλαχέρναις (αὐτῷ γὰρ λογιστέον καὶ τὰ Ἰουστίνῳ εἰργασμένα τῷ θείῳ, ἐπεὶ καὶ αὐτοῦ τὴν βασιλείαν κατ' ἐξουσίαν αὐτὸς διῳκεῖτο) ἐπιθαλάσσιος δὲ ὁ νεώς ἐστιν, ἱερώτατός τε καὶ σεμνὸς ἄγαν. ἐπιμήκης μέν, κατὰ λόγον δὲ περιβεβλημένος τῷ μήκει εὖρος, τά τε ἄνω καὶ τὰ κάτω ἄλλῳ οὐδενὶ ἀνεχόμενος ὅτι μὴ τμήμασι λίθου Παρίου ἐν κιόνων λόγῳ ἐνταῦθα ἑστῶσι. καὶ τὰ μὲν ἄλλα τοῦ νεὼ μέρη κατ' εὐθὺ ἑστᾶσιν οἱ κίονες, κατὰ δὲ τὰ μέσα ὑποστέλλονται εἴσω. μάλιστα δὲ ἄν τις ἀγασθείη τοῦ ἱεροῦ τοῦδε εἴσω γενόμενος τὸ μὲν ὑπέρογκον τοῦ σφαλεροῦ
P 12 χωρὶς τεταγμένον ὁρῶν, τὸ δὲ μεγαλοπρεπὲς τοῦ ἀπειροκάλου ἐλεύθερον.

Ἕτερον δὲ ἱερὸν αὐτῇ ἐν χώρῳ καλουμένῳ πηγῇ ἀνέθηκεν. ἐνταῦθά ἐστι δάσος κυπαρίσσων ἀμφιλαφές, λειμὼν ἐν ἁπαλαῖς ταῖς ἀρούραις τεθηλὼς ἄνθεσι, παράδεισος εὐφορῶν τὰ ὡραῖα,

9. αὐτῷ γὰρ — διῳκεῖτο, quae om. H, supplevi ex cod. Vaticano. In Ms. Tolosano est αὐτῷ γὰρ λογιστέον καὶ τὰ ἰουστινιανῷ εἰργασμένα τῷ λίθῳ· ἐπεὶ καὶ αὐτοῦ τὴν βασιλείαν κατ' ἐξουσίαν αὐτὸς διοικεῖτο. Malt. 15. καὶ τὰ μὲν] Fort. καὶ κατὰ μὲν τὰ.

transeamus ad eius matrem. Igitur Iustinianus Augustus in toto orbe Romano multas aedes sacras deiparae aedificavit, easque tantas, tam illustres ac sumptuosas, ut si quis unam aliquam seorsum spectet, continuo suspicetur nihil ipsum egisse aliud, tempusque omne, quo imperium tenuit, transmisisse, mente in illo opere occupata: at nunc, ut dixi, de templis solum agam, quae Byzantii visuntur. Pro moenibus, in Blachernis (id loco nomen) dei matri aedem posuit (nam acta quoque Iustini avunculi debemus ipsi ascribere: cum eius imperium summa auctoritate administraverit.) Est in maris littore templum illud, religione inclytum et augustissimum: cuius latitudo cum longitudine non mediocri aptam habet proportionem. Nihil aliud, quo supra infraque fulciatur, nisi marmoris Parii segmenta in columnarum formam disposita videas. Columnae rectis ordinibus ubique stant, praeterquam in medio, ubi introrsum recedunt ac sinuantur. In primis miretur, qui pedem illuc intulerit, praecelsam citra ruinae periculum fabricam, et magnificentiam, quae nihil habeat inconcinnum.

Eidem templum aliud condidit apud fontem: sic locum appellant, in quo opacissimum est cupressetum: floribus molli solo surgentibus pratum vernat:

πηγὴ ἀψοφητὶ βλύζουσα γαληνὸν τὸ ὕδωρ καὶ πότιμον, ἱεροπρεπῆ ἐπιεικῶς πάντα. ταῦτα μὲν ὁ ἀμφὶ τὸ τέμενος χῶρος· αὐτὸν V 400 δὲ τὸν νεὼν οὐδὲ ὀνόμασιν ἐπαξίοις συλλαβεῖν ῥᾴδιον, οὐδὲ διανοίᾳ σκιαγραφῆσαι, οὐδὲ διαψιθυρίσαι τῷ λόγῳ. τοσοῦτον δὲ μόνον εἰπεῖν ἀποχρήσει, ὡς τῶν ἱερῶν κάλλει τε καὶ μεγέθει ὑπεραίρει τὰ πλεῖστα. ταῦτα δὲ ἄμφω τὰ ἱερὰ πρὸ τοῦ τῆς πόλεως B πεποίηται τείχους, τὸ μὲν ἀρχομένου παρὰ τὴν τῆς θαλάσσης ἠϊόνα, τὸ δὲ ἄγχιστά πῃ τῶν χρυσῶν καλουμένων πυλῶν, ἃς δὴ ἀμφὶ τὸ τοῦ ἐρύματος πέρας συμβαίνει εἶναι, ὅπως δὴ ἄμφω ἀκαταγώνιστα φυλακτήρια τῷ περιβόλῳ τῆς πόλεως εἶεν. ἔτι μέντοι κἀν τῷ Ἡραίῳ, ὅπερ Ἱερεῖον καλοῦσι τανῦν, τῇ θεοτόκῳ νεὼν οὐκ εὐδιήγητον κατεστήσατο.

Ἐν χωρίῳ δὲ τῆς πόλεως, ὃ Δεύτερον ἐπικαλεῖται, ἱεροπρεπές τε καὶ ἀγαστὸν ὅλως ἀνέθηκεν ἕδος Ἄννῃ ἁγίᾳ, ἣν τῆς μὲν θεοτόκου γεγονέναι μητέρα τινὲς οἴονται, τοῦ δὲ Χριστοῦ τιτθήν. C ἄνθρωπος γὰρ ᾗπερ ἐβούλετο γεγονὼς ὁ θεὸς καὶ τριγονίας ἀνέχεται καὶ γενεαλογεῖται τὰ ἐκ μητρὸς ἀνθρώπῳ ἴσα. τούτου δὲ δὴ τοῦ νεὼ οὐ πολλῷ ἄποθεν ἀμφὶ τῆς πόλεως ἀγυιὰν ἐσχάτην Ζώῃ H 7 μάρτυρι σεμνὸν ἐπιεικῶς ἕδος πεποίηται.

Τοῦ δὲ ἀρχαγγέλου Μιχαὴλ ἱερὸν εὗρεν ἐν Βυζαντίῳ βραχύ τε καὶ ἀφεγγὲς ἄγαν καὶ ὡς ἥκιστα τῷ ἀρχαγγέλῳ ἀνεῖσθαι πρέπον πρὸς Σενάτορός τινος τῶν πατρικίων ἐν χρόνῳ γεγενημένων τῶν ἔμπροσθεν, κοιτωνίσκῳ οἰκίας ἀτεχνῶς ἐμφερὲς οὐδὲ λίαν εὐδαίμονος. διὸ δὴ καθεῖλε μὲν αὐτὸ ἐς τὸ ἔδαφος ἐκ τῶν θεμελίων, D

pomis exuberat viridarium: fons tacita scaturigine lenem ac dulcem aquam effundit: nihil denique honori religionis consentaneum deest. Haec circum aedem: ipsam vero nec dignis signare vocabulis, nec adumbrare cogitatione, nec verbis exprimere promptum est. Unum dicere satis habeo: illam nitore et magnitudine plerisque sacris aedibus antecellere. Utrumque templum ante urbis moenia extructum est: Blachernaeum quidem ad littus maris, ubi illa incipiunt; alterum vero ad portam auream, quae in extremo est munimento: ut ambo, veluti inexpugnabilia propugnacula, urbis muros protegant. Praeterea in Heraeo (vulgo hodie Hierio) deiparae aedem statuit, quam verbis nemo facile depingat.

In eo urbis loco, quem Deuteron sive Secundum vocant, templum nobilissimum ac plane mirabile dedicavit S. Annae; quam aliqui deiparae matrem Christique aviam fuisse credunt. Etenim deus ea ratione, qua voluit, factus homo, tertium habere generis gradum minime refugit, et more humano materna eius prosapia describitur. Non procul inde, ad ultimum urbis vicum, Zoae martyri templum augustissimum aedificavit.

Byzantii, aedem archangeli Michaëlis invenerat angustiorem ac nimis obscuram, nec dignam quae diceretur archangelo posita a Senatore quodam, patricio veteri: cum persimilis esset cubiculo domus non admodum locuple-

ὡς μή τι αὐτῷ τῆς προτέρας ἀκοσμίας ἀπολειφθείη. εὐμέγεθες δὲ τεκτηνάμενος κατὰ τὸν νῦν φαινόμενον τρόπον, ἐς κάλλος μεταβιβάζει θαυμάσιον οἷον. ἐν τετραπλεύρῳ μὲν γὰρ τὸ τέμενός ἐστιν, οὐ κατὰ πολὺ δὲ φαίνεται προέχον τοῦ εὔρους τὸ μῆκος. τῆς δὲ πλευρᾶς ἣ πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον τέτραπται κατὰ μὲν τὰ ἄκρα παχὺς ἑκατέρωθεν τοῖχος λίθοις ἐν πλήθει ξυγκειμένοις ἀποτετόρνευται, κατὰ δὲ τὰ μέσα ἐξ ὑπαγωγῆς ἀποχωρῶν ὑποστέλλεται. καὶ αὐτῆς ἐφ' ἑκάτερα μὲν ἀνέχουσι τὸν νεὼν κίονες χροιαῖς τισι ποικιλλόμενοι φύσει. ὁ δὲ καταντικρὺ πρὸς δύοντά που τὸν ἥλιον τοῖχος ταῖς εἰς τὸν νεὼν εἰσαγούσαις διῄρηται θύραις.

P 13 *δʹ. Ἐς δὲ τοῦ Χριστοῦ ἀποστόλους τὸ πιστὸν ἐπιδέδεικται τρόπῳ τοιῷδε. πρῶτα μὲν Πέτρῳ καὶ Παύλῳ νεὼν οὐ πρότερον ὄντα ἐν Βυζαντίῳ ἐδείματο παρὰ τὴν βασιλέως αὐλήν, ἣ Ὁρμίσδου τὸ παλαιὸν ἐπώνυμος ἦν. ταύτην γὰρ ἰδίαν αὐτοῦ οἰκίαν παλλάντιον εἶναι δοκεῖν τε καὶ πρέπειν τῷ μεγαλοπρεπεῖ τῆς οἰκοδομίας διαπραξάμενος, ἐπειδὴ αὐτοκράτωρ κατέστη Ῥωμαίοις, τοῖς ἄλλοις βασιλείοις ἐνῆψεν. οὗ δὴ καὶ τέμενος ἄλλο ἁγίοις ἐπιφανέσι Σεργίῳ τε καὶ Βάκχῳ ἐδείματο, καὶ ἔπειτα καὶ τέμενος ἄλλο ἐκ πλαγίου τούτῳ παρακείμενον. ἄμφω δὲ τούτω τὼ νεὼ*
B *οὐκ ἀντιπροσώπω, ἀλλ' ἐκ πλαγίας ἀλλήλοιν ἑστᾶσι, συνημμένοι τε καὶ ἀλλήλοις ἐνάμιλλοι ὄντες, καὶ τὰς εἰσόδους ἐπικοινούμενοι, καὶ ἴσα ἀλλήλοις τά τε ἄλλα πάντα καὶ τὰ κράσπεδα περιβεβλημένοι, καὶ οὐδέτερος οὔτε κάλλους πέρι οὔτε μεγέθους οὔτε ἄλλου*

15. παλλάντιον] παλάτιον H. 23. οὐδέτερος οὔτε κάλλους] οὐδὲ κάλλους vulgo. οὐδέτερος κάλλους Maltretus. In C illa ἄμφω — κάλλους πέρι sic sunt expressa, τούτων δὲ τῶν δύο ναῶν ἅτερος θατέρου οὔτε κάλλους πέρι.

tis. Quare illam demolitus a fundamento, ne quid squaloris pristini remaneret, peramplam, qualem modo videmus, fecit, et ad decus summa dignum admiratione perduxit. Templum hoc ita quadratum est, ut longitudo latitudinem haud multum superare videatur. Exortivi lateris paries extrema habet crassiora, ac magna lapidum mole utrinque constat: in medio paulatim se subducens et contrahens, recessum efficit, columnis natura versicoloribus suffulta hinc inde aede. E regione murus, qui ad solis occasum spectat, templi ianuis est interstinctus.

4. Suam vero in Christi Apostolo fidem et observantiam hoc modo testatus est. Principio Byzantii novum templum Petro et Paulo iuxta regiam extruxit, de Hormisdae nomine olim dictam: quam ipse, suam antea domum, cum adeo magnifice ornasset, ut speciem haberet dignitatemque Palatii; postea Romanus factus imperator, eam alteri regiae accessionem adiunxit. Sergio quoque et Baccho, caelitibus inclitis, ibi templum constituit: dein et alterum huic obliquum apposuit. Neque enim adversa sunt ambo: sed a latere cohaerent, invicem comparabilia: communes aditus habent: aequalia prorsus inter se sunt, et crepidinibus cincta. Neutrum decore, mag-

οὐδενὸς πλεονεκτῶν ἢ ἐλασσούμενος δείκνυται. ὁμοίως μὲν γὰρ ἑκάτερος τῇ αἴγλῃ τῶν λίθων ὑπεραστράπτει τὸν ἥλιον, ὁμοίως δὲ χρυσοῦ περιουσίᾳ πανταχόθι κατακορής ἐστι καὶ κατακομᾷ τοῖς ἀναθήμασιν. ἑνὶ μέντοι διαλλάσσουσι μόνῳ. τὸ μὲν γὰρ μῆκος αὐτοῖν τῷ μὲν κατ' εὐθὺ διαπεπόνηται, τῷ δὲ οἱ κίονες ἐν
ἡμικύκλῳ ἐκ τοῦ ἐπιπλεῖστον ἑστᾶσιν. ἔστι δὲ αὐτοῖς μία μὲν ἡ C
ἐπὶ τῶν προθύρων στοὰ ἐπὶ τοῦ νάρθηκος τῷ περιμήκης εἶναι ὠνο- V 401
μασμένη. ἐπὶ κοινῆς δὲ προπύλαια πάντα, ἥ τε αὐλὴ καὶ μέσαυλοι θύραι καὶ τὸ προσήκειν τοῖς βασιλείοις. οὕτω δὲ ἄμφω θαυμαστὰ τὰ ἱερὰ τάδε ξυμβαίνει εἶναι ὥστε διαφανῶς τῆς τε πόλεως ὅλης καὶ οὐχ ἥκιστα τῶν βασιλείων ἐγκαλλώπισμα τυγχάνει ὄντα.

Μετὰ δὲ καὶ τοὺς ἀποστόλους ἅπαντας ὑπερφυῶς σέβων ἐποίει τοιάδε. ἦν τις ἐν Βυζαντίῳ ἐκ παλαιοῦ τοῖς ἀποστόλοις
νεὼς ἅπασι· μήκει δὲ χρόνου κατασεισθεὶς ἤδη καὶ πρὸς τὸ μη- D
κέτι ἑστήξειν γεγονὼς ὕποπτος. τοῦτον περιελὼν Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς ὅλον οὐχ ὅσον ἀνανεώσασθαι διὰ σπουδῆς ἔσχεν, ἀλλὰ καὶ μεγέθους καὶ κάλλους πέρι ἀξιώτερον καταστήσασθαι. ἐπετέλεσε δὲ τὸ σπούδασμα τρόπῳ τοιῷδε. εὐθεῖαι συνημμέναι κατὰ μέσον ἀλλήλαιν ἐπὶ σταυροῦ σχήματος πεποίηνται δύο, ἡ μὲν ὀρθὴ πρὸς ἀνίσχοντά τε καὶ δύοντα τὸν ἥλιον οὖσα, ἐγκαρσία δὲ ἡ ἑτέρα πρός τε ἄρκτον τετραμμένη καὶ ἄνεμον νότον. τοίχοις μὲν
ἔξω περιφεροῦς ἀποπεφραγμέναι τὰ ἔξωθεν, ἐντὸς δὲ περιβαλλόμε- P 14
ναι κίοσιν ἄνω τε καὶ κάτω ἑστῶσι· κατὰ δὲ ταῖν δυοῖν εὐθείαιν

8. μέσαυλοι] μέταυλοι Tolos. 9. προσήκειν] προσοικεῖν Tolos.

nitudine, aliave re quapiam praestat ceditve alteri. Utrumque ex aequo solem superat fulgore marmorum, et plurimo ubique auro pariter litum ac donariis refertum est. Hoc uno differunt, quod huius directa est longitudo, illius vero columnae in semicirculum dispositae sunt fere omnes. Unam habent in vestibulo porticum, nomen ex narthece seu ferula idcirco nactam, quod longissime porrigatur. Communia sunt omnia propylaea, atrium, medianae ianuae, et ad regiam adiunctio. Ea demum est utriusque templi magnificentia, ut toti hinc civitati ipsique Palatio manifestum decus accedat.

Deinde hoc etiam praestitit, summa erga omnes apostolos pietate impulsus. Erat Byzantii vetusta quaedam aedes, cunctis dicata apostolis: quam aevi longinquitas sic labefecerat, ut collapsura propediem videretur. Hanc Iustinianus imperator funditus demolitus, non solum instaurare studuit, sed maiorem etiam facere et pulcriorem: porro consilium hac ratione explicuit. Rectae lineae designatae sunt duae, quae se medias invicem secant, commissae in formam crucis; altera ab occasu ad ortum directa, altera ad meridiem transversa a septentrione. Praeter exteriorem parietum ambitum, interioribus columnarum ordinibus supra sunt infraque circundatae. In commissura harum linearum, utriusque fere medium obti-

τὸ ζεῦγμα, εἴη δ' ἂν κατὰ μέσον αὐταῖν μάλιστα, τοῖς οὐκ ὀργιά-
ζουσιν ἄβατος τετέλεσται χῶρος, ὅνπερ ἱερατεῖον, ὡς τὸ εἰκός,
ὀνομάζουσι. καὶ αὐτοῦ αἱ μὲν ἐφ' ἑκάτερα πλευραὶ τῆς ἐν τῷ
ἐγκαρσίῳ κειμένης εὐθείας ἴσαι ἀλλήλαις τυγχάνουσιν οὖσαι, τῆς
μέντοι ὀρθῆς ἡ πρὸς δύοντα ἥλιον ἐς τόσον τῆς ἑτέρας πεποίηται
μείζων ὅσον ἀπεργάσασθαι τὸ τοῦ σταυροῦ σχῆμα. τῆς δὲ ὀρο-
φῆς τὰ μὲν τοῦ ἱερατείου καλουμένου καθύπερθεν τῷ τῆς Σοφίας
ἱερῷ κατά γε τὰ μέσα ἐμφερῆ εἴργασται, πλήν γε δὴ ὅτι ταῦτα
B ἐκείνων ἐλασσοῦσθαι μεγέθει συμβαίνει. αἵ τε γὰρ ἀψῖδες τέσ-
σαρες οὖσαι κατὰ τὸν αὐτὸν ᾐώρηνταί τε καὶ συνδέονται ἀλλήλαις
τρόπον καὶ τὸ κυκλοτερὲς ὑπερανεστηκὸς κατὰ τὰς θυρίδας διή-
ρηται, τό τε σφαιροειδὲς κυρτούμενον ὕπερθεν μετεωρίζεσθαί που
H 8 δοκεῖ καὶ οὐκ ἐπὶ στερρᾶς τῆς οἰκοδομίας ἑστάναι, καίπερ ἀσφα-
λείας εὖ ἔχον. τὸ μὲν οὖν τῆς ὀροφῆς μέσον τῇδε πεποίηται·
κατὰ δὲ τὰς πλευρὰς τέσσαρας οὔσας, ᾗπέρ μοι εἴρηται, κατὰ
ταὐτὰ τῷ μέσῳ τὸ μέγεθος εἴργασται, τούτου δὴ μόνον ἐνδέοντος,
ὅτι δὴ τοῦ σφαιρικοῦ ἔνερθεν οὐ διῄρηται ἡ οἰκοδομία θυρίσιν.
C ἐπειδὴ δὲ αὐτῷ τὸ ἁγίστευμα τοῦτο ἐξείργαστο, καταφανεῖς οἱ ἀπό-
στολοι πεποίηνται πᾶσιν ὡς γεγήθασί τε τῇ τοῦ βασιλέως τιμῇ
καὶ κατακόρως ἐναβρύνονται. σώματα γὰρ τῶν ἀποστόλων Ἀν-
δρέου τε καὶ Λουκᾶ καὶ Τιμοθέου ἄδηλά τε καὶ ὅλως κρυφαῖα τὰ
πρότερα ὄντα τηνικάδε πᾶσιν ἔνδηλα γέγονεν, οὐκ ἀπαξιούντων,
οἶμαι, τὴν βασιλέως πίστιν, ἀλλ' ἐπιχωρούντων αὐτῷ διαρρήδην

18. καταφανεῖς] καταφανὲς Tolos.

nente, conditum inauguratumque est sanctuarium: sic locum merito appellant, eorum vestigiis interdictum, qui rei divinae non operantur. Hinc inde procurrentia transversi spatii latera, inter se aequalia sunt: spatii vero in directum porrecti pars illa, quae vergit ad occidentem, alteram superat quantum satis est ut figuram crucis efficiat. Quod ad tectum attinet, quidquid imminet sanctuario, a medio Sophiae templo nulla re differt, praeterquam magnitudine, qua illi cedit. Enimvero arcus quatuor, eodem eductos modo atque connexos, aedificium supereminet rotundum ac fenestratum: cui imposita testudo sphaerica in aëre pendere, nec solida niti videtur fabrica, quamvis firmitatis plurimum habeat. Ac medium quidem tectum ita constructum est: in lateribus autem quatuor, de quibus dixi, culmina sunt, medio illi magnitudine paria. Hoc unum deest, quod orbiculatae testudini nullae subsunt fenestrae. Perfecto sanctuario, nemini obscurum esse voluerunt apostoli, delectari se et magnopere gloriari cultu ab imperatore sibi exhibito. Siquidem ignota prius ac penitus abdita, tunc omnibus notuerunt corpora apostolorum Andreae, Lucae atque Timothei, non dedignantium, opinor, Augusti fidem, sed ipsi palam permittentium, ut accederet, inspi-

ὁρῶντί τε αὐτοὺς καὶ προσιόντι καὶ ἁπτομένῳ τῆς ἐνθένδε ὠφε-
λείας τε καὶ περὶ τὸν βίον ἀσφαλείας ἀπόνασθαι. ἐγνώσθη δὲ ὧδε.
Κωνσταντῖνος μὲν βασιλεὺς τοῦτον δὴ τὸν νεὼν ἔς τε τὴν
τιμὴν καὶ τὸ ὄνομα τῶν ἀποστόλων ἐδείματο, τὰς θήκας γενέσθαι
αὐτῷ τε καὶ τοῖς ἐς τὸ ἔπειτα βασιλεύσουσιν ἐνταῦθα τάξας, οὐκ D
ἀνδράσι μόνον, ἀλλὰ καὶ γυναιξὶν οὐδέν τι ἧσσον· ὅπερ καὶ δια-
σώζεται ἐς τόνδε τὸν χρόνον· οὗ δὴ καὶ Κωνσταντίνου τοῦ πα-
τρὸς τὸν νεκρὸν ἔθετο. ἀποστόλων δὲ σώματα ἐνταῦθα εἶναι ὡς
ἥκιστα ἐπεσημήνατο, οὐδέ τις ἐνταῦθα ἐφαίνετο χῶρος σώμασιν
ἁγίοις ἀνεῖσθαι δοκῶν. ἀλλὰ νῦν Ἰουστινιανοῦ βασιλέως ἀνοι-
κοδομουμένου τὸ ἱερὸν τοῦτο, οἱ λιθουργοὶ τὸ ἔδαφος διώρυσσον
ὅλον, τοῦ μή τι ἄκοσμον τῇδε λελεῖφθαι· θήκας δὲ ξυλίνας ἐν-
ταῦθά πη ἀπημελημένας τεθέανται τρεῖς, γράμμασιν ἐγκειμένοις
σφίσι δηλούσας, ὡς Ἀνδρέου τε καὶ Λουκᾶ καὶ Τιμοθέου τῶν
ἀποστόλων σώματα εἶεν· ἅπερ ἀσμενέστατα βασιλεύς τε αὐτὸς
καὶ Χριστιανοὶ ξύμπαντες εἶδον, πομπήν τε αὐτοῖς καὶ πανήγυριν P 15
ἐπιτετελεκότες, τῇ τε περὶ αὐτοὺς τιμῇ ἐξοσιωσάμενοι τὰ εἰω-
θότα καὶ περιστείλαντες τὰς θήκας αὖθις τῇ γῇ ἔκρυψαν, οὐκ
ἄσημον οὐδὲ ἀγείτονα λιπόντες τὸν χῶρον, ἀλλὰ σώμασιν ἀπο-
στόλων ἀνειμένον καταστησάμενοι ξὺν εὐσεβείᾳ. εὔδηλον δὲ ὡς V 402
ἀμειβόμενοι, ὅπερ μοι εἴρηται, οἱ ἀπόστολοι οἶδε τὴν ἐς αὐτοὺς
βασιλέως τιμὴν πεφήνασι τοῖς ἀνθρώποις τανῦν. βασιλέως γὰρ
εὐσεβοῦντος οὐδὲ ἀποφοιτᾷ τῶν ἀνθρωπείων τὰ θεῖα πραγμάτων,

19. ἀγείτονα] ἀγνῶτα Pm.

eret, contrectaret, et quod inde provenit ad vitam adiumentum praesidiumque caperet. Ita vero detecta sunt.

Constantinus Augustus aedem apostolis hanc posuerat, eorumque gloriae et nomini consecrarat, decreto addito, ut cum sibi tum aliis in imperium successuris, foeminis iuxta ac maribus, ibi sepulcra fierent: quod etiamnum servatur. Illic et Constantini patris cadaver condiderat. Nullam autem notam reliquerat, quae ibi iacere apostolos testaretur; nec locus ullus speciem offerebat conditorii sacrorum corporum. At nunc, cum hoc templum Iustinianus Augustus reficeret, artifices, effosso penitus pavimento, ne quid restaret male compositum, ligneos viderunt loculos tres, illic habitos derelictui, ac suis significantes inscriptionibus, Andreae, Lucae ac Timothei apostolorum inesse corpora, quae imperator ipse Christianique omnes maxima cum voluptate spectarunt His pompa ac festi celebritate ornatis, solitisque honoribus rite persolutis, occlusos loculos humo denuo mandarunt; ac ne locus nota ad memoriam insigni et frequentia careret, apostolorum corporibus illum pie dedicarunt. Nec dubium est, quod dixi, quin hi apostoli, in praemium honoris sibi ab imperatore habiti, se nunc hominibus ex-

ἀλλ' ἐπιμίγνυσθαί τε καὶ ἐμφιλοχωρεῖν τῇ ἐς τοὺς ἀνθρώπους B ὁμιλίᾳ φιλεῖ.

Τίς δ' ἂν τὸν Ἀκακίου σιωπῴη νεών; ὅνπερ καταπεπονηκότα περιελὼν ἐξ αὐτῶν θεμελίων ἀνέστησε, μέγεθος περιβεβλημένον θαυμάσιον ἡλίκον· ὃς κίοσι μὲν ἐπῆρται πανταχόθι λευκαῖς ὑπεράγαν, λίθῳ δὲ τὰ ἐδάφη παραπλησίῳ ἠμφίεσται, ὧνπερ ἀστράπτει τοσοῦτον ἡ αἴγλη ὥστε καὶ δόξαν παρέχεσθαι ὅτι δὴ χιόσιν ὁ νεὼς ἅπας κατάρρυτός ἐστι. στοαὶ δὲ αὐτοῦ προβέβληνται δύο, περίστυλος μὲν ἁτέρα οὖσα, ἡ δὲ πρὸς ἀγορὰν νε-
C νευκυῖα. μικροῦ με τὸ μαρτύριον ἐκεῖνο παρῆλθεν εἰπεῖν, ὃ Πλάτωνι ἀνεῖται ἁγίῳ, ἱεροπρεπές τε ὡς ἀληθῶς ὂν καὶ σεμνὸν ἄγαν, οὐ πολλῷ τῆς ἀγορᾶς ἄποθεν, ἣ βασιλέως Κωνσταντίνου ἐπώνυμός ἐστιν· ἔτι μέντοι τὸν Μωκίῳ μάρτυρι ἀνειμένον ναόν, ὅνπερ τὰ ἱερὰ πάντα μεγέθει ἐλάσσω. πρὸς δὲ καὶ τοῦ Θύρσου μάρτυρος ἕδος καὶ μὴν τὸ Θεοδώρου ἁγίου τέμενος πρὸ τῆς πόλεως κείμενον ἐν χώρῳ καλουμένῳ Ῥησίῳ, καὶ τό τε Θέκλης μάρτυρος ἱερὸν, ὃ παρὰ τὸν τῆς πόλεως λιμένα ἐστὶν, ὅνπερ ἐπώνυμον Ἰου-
D λιανοῦ συμβαίνει εἶναι, καὶ τὸ Θεοδότης ἁγίας ἐν προαστείῳ καλουμένῳ ἑβδόμῳ. ταῦτα γὰρ ἅπαντα οὗτος ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τοῦ θείου Ἰουστίνου βασιλεύοντος ἐκ θεμελίων ἐδείματο, ἀπαγγέλλεσθαι μὲν οὐ ῥᾴδια λόγῳ, θαυμάζεσθαι δὲ ὄψει κατὰ τὴν ἀξίαν ἀμήχανα. ἕλκει τὸν λόγον ἐς αὐτὸν ὁ Ἀγαθονίκου τοῦ ἁγίου νεὼς καὶ βιάζεται οὐδὲ φωνὴν ἔτι ἔχοντα οὐδὲ ὀνόματα ἐφαρμόσαι τοῖς πράγμασι. διόπερ ἡμῖν μὲν ἄχρι τοῦδε εἰπεῖν ἀποχρήσει· φρά-

16. Ῥησίῳ] Ῥισίῳ P. ῥησσίῳ CH.

hibuerint. Nam ubi religiosus est princeps, non refugiunt a mortalibus superi: sed cum illis versari gaudent et amica consuetudine congredi.

Quis Acacii templum silentio praetereat? quod ille, cum ruinosum esset, disiecit, restituitque a fundamento, mirifice ampliatum. Ipsum ubique sustinent columnae candoris eximii. Solum simili constratum est marmore: unde tantus proficiscitur splendor, ut toti templo infusa nix videatur. Praestructae sunt porticus duae: quarum altera columnata est, altera ad forum vergit. Parum abfuit quin Martyrium S. Platoni sacrum praetermitterem, splendidum sane atque augustum, ac vicinum foro Constantini: templum item Mocii martyris, omnium maximum: necnon Thyrsi itidem martyris, et quod ante urbem S. Theodoro in Rhesio positum est: aedemque Theclae martyris ad urbis portum, qui nomen habet a Iuliano: ac templum S. Theodotae in suburbano, quod Hebdomon sive Septimum vocant. Nam illa omnia princeps hic noster, quo tempore Iustinus avunculus imperabat, a fundamentis aedificavit: quae nec facile quis describere, nec pro merito mirari spectator possit. S. Agathonici templum orationem ad se trahit, mihique nec vocem nec vocabula habenti rebus apta vim affert. Mentionem eius fecisse contenti, ipsius nitorem et absolutam numeris omnibus magnificentiam aliis enarran-

σαι δὲ αὐτοῦ τό τε κάλλος καὶ τὸ ἐς ἅπαντα μεγαλοπρεπὲς ἑτέροις
ἀφίεμεν, οἷς ἂν ὁ λόγος ἀκμάζων τε καὶ οὔπω πεπονηκὼς παντά-
πασιν εἴη.

ε'. Καὶ ἄλλα δὲ τεμένη ἐν τῷ καλουμένῳ Ἀνάπλῳ καὶ κατὰ P 16
τὴν ἀντιπέρας ἤπειρον εὑρὼν οὐ πρέποντά τινι τῶν ἁγίων ἀνεῖσθαι,
ἔτι μέντοι καὶ ἀμφὶ τὸν κόλπον, ὅνπερ Κέρας οἱ ἐπιχώριοι Κε-
ροέσσῃ τῇ Βύζαντος μητρὶ τοῦ τῆς πόλεως οἰκιστοῦ ἐπωνύμως
καλοῦσιν, ἐν τοῖς ἅπασιν ἐπιδέδεικται πολυτέλειαν ἐπιτηδείως βα-
σιλεῖ ἔχουσαν, ἅπερ ἐγὼ αὐτίκα δηλώσω, ὑπειπὼν πρότερον ὅντινα
διακοσμεῖ τρόπον ἡ θάλασσα τὸ Βυζάντιον.

Πρὸς τῇ ἄλλῃ εὐδαιμονίᾳ καὶ ἡ θάλασσα ἐν καλῷ τίθεται
ἀμφ' αὐτὸ μάλιστα ἐγκολπουμένη τε καὶ εἰς πορθμοὺς ξυναγο- B
μένη καὶ χεομένη ἐς πέλαγος μέγα, ταύτῃ τε τὴν πόλιν εὐπρόσω-
πόν τε διαφερόντως ἐργαζομένη καὶ σκέπας λιμένων ἡσύχιον τοῖς
ναυτιλλομένοις παρεχομένην, τά τε εἰς τὴν δίαιταν εὔπορον καὶ
τὰ ἐς τὴν χρείαν εὐδαίμονα. πελάγη γὰρ δύο ἀμφ' αὐτὴν ὄντα,
ὅ τε δὴ Αἰγαῖος καὶ ὁ Εὔξεινος καλούμενος πόντος, ξυνίασιν ἀλ-
λήλοις ἐς τὰ πρὸς ἕω τῆς πόλεως, καὶ ξυγκρουόμενα τῇ τοῦ ῥοθίου
ἐπιμιξίᾳ, ταύτῃ τε τὴν ἤπειρον τῇ ἐσβολῇ βιαζόμενα, καλλωπί-
ζουσι κύκλῳ τὴν πόλιν. πορθμοὶ τοίνυν αὐτὴν περιβάλλουσι τρεῖς,
ἀλλήλοις μὲν ἀπερηρεισμένοι, ἐς κάλλος δὲ αὐτῇ διατεταγμένοι
καὶ χρείαν, περιπλεῖσθαι μὲν ἥδιστοι ἅπαντες, ἀποσκοπήσασθαι C
δὲ ποθεινοί, ἐνορμίσασθαι δὲ λίαν εὐλιμένες. καὶ ὁ μὲν αὐτῶν
μέσος ἐκ πόντου προϊὼν τοῦ Εὐξείνου εὐθὺ τῆς πόλεως ὡς δια-
κοσμήσων αὐτὴν ἵεται, ἐφ' ἑκάτερα δὲ ἄμφω τὰ ἠπείρω διακε- H 9

dam relinquimus, quibus ad dicendum satis vegeta est necdum plane defessa mens.

5. In anaplo et adversa continente, praeterea circa sinum ab indigenis dictum Ceras, de nomine Ceroëssae, matris Byzantis, qui urbem condidit; cum templa nullo caelitum digna vidisset Iustinianus, in omnibus magnificentiam ostendit vere imperatoriam: quae ego mox declarabo, ubi dixero, quomodo mare Byzantium decoret.

Auget Byzantii felicitatem opportunitas maris: quod circum hanc urbem ita se terrae insinuat, in freta cogit, effunditque in vastum pelagus, ut ea re ad aspectum urbs praeclarissima sit, tranquillo portuum praesidio navigantes invitet, annonam accipiat copiosam, et rebus ad vitae usus commodis abundet. Duo namque maria, quibus cingitur, Aegaeum videlicet ac Pontus Euxinus, ad latus urbis orientale coëunt, seque undis promiscuis sic colliduat, ut continentem distrahant sua illa irruptione, et urbem amoenissime circumplectantur. Igitur hanc freta ambiunt tria, inter se cohaerentia, et cum ad ornatum, tum ad commoditatem disposita. Nullum est quod non suavissime obeatur navi, oculos reficiat, et portum facillimum praebeat appellentibus. Ac medium quidem e Ponto Euxino prodiens, urbem recta pe-

κλήρωται. ὧν δὴ ταῖς ὄχθαις πεπίεσται, ἐπιφρίττων τε καὶ γαυρουμένῳ ἐοικὼς, ὅτι δὴ ἐποχούμενος τῇ τε Ἀσίᾳ καὶ τῇ Εὐρώπῃ προσβαίνει τῇ πόλει. δόξαις ἂν ποταμὸν τεθεᾶσθαι ἐπίπροσθεν προσηνεῖ τῷ ῥείθρῳ ἰόντα. ὁ δὲ δὴ αὐτοῦ ἐν ἀριστερᾷ θλίβεται μὲν ἑκατέρωθεν ἐπὶ μακροτάταις ταῖς ἀκταῖς, τά τε ἄλση καὶ λειμώνων κάλλη καὶ τὰ ἄλλα τῆς ἀντιπέρας ἠπείρου ἐνδεικνύμενος
V 403 ὑποκείμενα τῇ τῆς πόλεως ὄψει. εὐρύνεται δὲ τὸ ἐντεῦθεν ἐξω-
D θούμενος αὐτῆς πρὸς ἄνεμον νότον καὶ τῆς Ἀσίας αὐτῆς ὡς πορρωτάτω ὑποκομίζων. ἀλλὰ καὶ ὡς περιβάλλον διαμένει τὴν πόλιν τὸ ῥόθιον ἄχρι ἐς δύοντά που τὸν ἥλιον. ὁ δὲ τρίτος πορθμὸς τοῦ μὲν πρώτου ἐχόμενος ἐπὶ δεξιᾷ, ἐκ δὲ Συκῶν τῶν καλουμένων ἀρχόμενος, ἐπιπλεῖστον διήκει τῆς πόλεως πρὸς βορρᾶν ἄνεμον, οὗ δὴ ἐς κόλπον τελευτῶν παύεται. οὕτω μὲν οὖν στεφανοῖ τὴν πόλιν ἡ θάλασσα, ἐκδέχεται δὲ ἀνὰ τὸ λειπόμενον ἡ γῆ, μεταξὺ τοσαύτη οὖσα, ὅσον τὴν ἀπὸ τῆς θαλάττης στεφάνην ἐν-
P 17 ταῦθα ξυνδεῖσθαι. πραΰνεται δὲ διηνεκὲς ὁ κόλπος οὗτος καὶ ἀναθολοῦσθαι οὐδαμῇ πέφυκεν, ὥσπερ ὁρίων τῷ κλύδωνι κειμένων ἐνταῦθα καὶ σάλου τὸ ἐνθένδε παντὸς τῇ τῆς πόλεως εἰργομένου τιμῇ. χειμῶνος δὲ, ἂν οὕτω τύχῃ, καὶ ἀνέμων σκληρῶν τοῖς τε πελάγεσι καὶ τῷ πορθμῷ ἐπιπεσόντων, ἐπειδὰν ἐς τὴν εἴσοδον ἵκωνται τοῦ κόλπου αἱ νέες, ἀκυβέρνητοί τε τὸ λοιπὸν ἴασι καὶ ἀπροβουλεύτως ὁρμίζονται. ἐς σταδίους μὲν γὰρ πλεῖον ἢ τεσσαράκοντα τὸ περίμετρον τοῦ κόλπου διήκει, λιμὴν δὲ ὅλος πανταχῇ ἐστιν· ὥστε ἀμέλει ὁρμιζομένης ἐνταῦθα νηὸς ἡ μὲν πρύμνα τῇ θαλάσσῃ ἐπῄρται, ἡ δὲ πρῷρα ἐν τῇ γῇ κάθηται, ὥσπερ ἀλλή-

tit, ut decus afferat. Hinc inde geminae appositae sunt continentes, quarum littoribus premitur, aquas crispans, ac simile superbienti, quod Asiae Europaeque innixum ad urbem accedat: fluvium placido labentem agmine videre tibi videaris. Quod vero ad laevam est, longissimis littoribus utrinque stringitur, lucos, pratorum amoenitates, caeterasque oppositae continentis delicias exhibens, subiectas oculis civitatis. Inde porro evolutum meridiem versus, et ab Asia procul recedens, sese explicat: nec tamen vel sic absistit urbem alluere ad partem usque occidentalem. Tertium fretum, a dextera coniunctum primo, ex regione, quam Sycenam vocant, longissime allabitur urbis lateri aquilonari, ubi in sinum desinit. Sic mare urbem coronat: reliquum terra excipit, tanto interstitio, quantum satis est ut vinculum sit illius coronae, quam aequor efficit. Sinus hic semper tranquillus, minime turbari solet: quasi terminus tempestati hic fixus esset, atque inde procellam omnem excluderet urbis honor ac reverentia. Si forte venti vehementiores incumbant, ac maria fretumque concitent, simul navigia sinus fauces intrarunt, nullo regente pergunt, et quocunque sors tulerit appellantur. Plus x L. stadia suo sinus ambitu colligit, ac totus est ubivis portus. Quapropter appli-

λοις τῶν στοιχείων ἁμιλλωμένων, ὁπότερον ἂν αὐτοῖν δύναιτο μᾶλλον τὴν ἐς τὴν πόλιν ἐν ἔργῳ λαβεῖν ὑπουργίαν.

ϛ'. Τὰ μὲν οὖν τοῦ κόλπου τοῦδε τοιαῦτά ἐστι. βασι- B λεὺς δὲ Ἰουστινιανὸς κάλλος ἀμφ' αὐτὸν ἐξ οἰκοδομίας πεποιημένος ἐπιφανέστερον ἐξειργάσατο. τό τε γὰρ ἐν ἀριστερᾷ τοῦ κόλπου Λαυρεντίου ἁγίου μαρτύριον ἀφεγγές τε τὰ πρότερα ὂν καὶ σκότους ἀτεχνῶς ἔμπλεον μεθαρμοσάμενος, ὡς διὰ βραχέων εἰπεῖν, ἐς τὸν νῦν φαινόμενον ἀνέθηκε τρόπον. καὶ αὐτοῦ ἐπίπροσθεν τὸν τῆς θεοτόκου νεὼν ἐν χώρῳ καλουμένῳ Βλαχέρναις τοιοῦτον δεδημιούργηκεν οἷός μοι ἔναγχος δεδιήγηται. ἐπέκεινά τε Πρίσκῳ C καὶ Νικολάῳ ἁγίοις ἱερὸν ᾠκοδομήσατο, καινουργήσας αὐτό, οὗ δὴ οἱ Βυζάντιοι ἐμφιλοχωροῦντες ἐνδιατρίβουσιν ἐκ τοῦ ἐπιπλεῖστον, πῇ μὲν σέβοντες καὶ τεθηπότες τοὺς ἁγίους ἐνδήμους γινομένους, πῇ δὲ τῆς τοῦ τεμένους ἀπολαύοντες εὐπρεπείας, ἐπεὶ τῆς θαλάσσης τὸ ῥόθιον βιασάμενος βασιλεὺς ὑπερθέν τε τοῦ κλυδωνίου ἐπὶ μακρότατον ἐνθέμενος τὰ θεμέλια τὸ ἱερὸν κατεστήσατο.

Κατὰ δὲ τοῦ κόλπου τὸ πέρας ἔν τε τῷ ἀνάντει καὶ ἰσχυρῶς ὀρθίῳ τέμενος ἐκ παλαιοῦ Κοσμᾷ τε καὶ Δαμιανῷ ἁγίοις ἀνεῖται· οὗ δὴ αὐτόν ποτε νενοσηκότα πικρότατα καὶ δόκησιν παρεχόμενον D ὅτι δὴ ἀποθάνοι, πρός τε τῶν ἰατρῶν ἀπολελειμμένον ἅτε δὴ ἐν νεκροῖς κείμενον, ἐς ὄψιν ἐλθόντες ἐσώσαντο οἱ ἅγιοι οὗτοι ἐκ τοῦ παραδόξου καὶ τοῦ παραλόγου καὶ ὀρθὸν ἔστησαν. οὓς δὴ εὐγνωμοσύνῃ ἀμειβόμενος ὅσα γε τὰ ἀνθρώπεια, ὅλως ἐναλλάξας τε καὶ μετασκευασάμενος τὴν προτέραν οἰκοδομίαν ἄκοσμόν τε καὶ

cata huc navi, puppim mare sustentat; prora telluri insidet: perinde quasi ambo haec elementa inter se certent, utrum civitati melius serviat.

6. Is plane est sinus ille. Iustinianus vero Aug. ipsi decus ac splendorem addidit, aedificiis circumstructis. Siquidem ad sinus laevam, S. Laurentii martyrium, caecum antea ac valde tenebricosum, in eam, ut dicam brevissime, quam hodie cernimus, mutando formam, refecit. Ultra illud, aedem deiparae in Blachernis talem posuit, qualem paulo supra descripsi. Post SS. Prisco ac Nicolao novum templum aedificavit; quod frequentare gaudent Byzantii, partim cultu et admiratione Sanctorum praesentium, partim voluptate illecti, quam ex aspectu capiunt concinnitatis templi. Scilicet imperator, illata vi maris fluctibus, in alto procul fundamenta iecit, quibus aedem imposuit.

Ad extremum sinum, in acclivi arduoque admodum loco, SS. Cosmae et Damiani templum erat antiquum: ubi illi aliquando tam graviter laboranti, ut iaceret exanimi similis, et a medicis depositus, pro mortuo haberetur, conspecti hi caelites inopina ac mirabili plane ope attulerunt salutem, eumque relevarunt. Quibus ille ut se gratum, quoad homini licet, praestaret, mutata prorsus et in aliam redacta formam structura veteri, utpote inconcinna ac vili, nec talibus tantisque digna caelicolis, templum nitore, magni-

ἄδοξον οὖσαν οὐδὲ ἀξιόχρεων τηλίκοις ἁγίοις ἀνεῖσθαι, κάλλει τε
P 18 καὶ μεγέθει τὸν νεὼν κατελάμπρυνε καὶ φωτὸς αἴγλῃ, ἄλλα τε
πολλὰ οὐ πρότερον ὄντα ἀνέθηκεν. ἐπειδὰν δέ τινες ἀρρωστήμα-
σιν ὁμιλήσαιεν ἰατρῶν κρείττοσιν, οἵδε τὴν ἀνθρωπείαν ἀπογνόν-
τες ἐπικουρίαν ἐπὶ τὴν μόνην αὐτοῖς ἀπολελειμμένην ἐλπίδα χω-
ροῦσι, καὶ γενόμενοι ἐν ταῖς βάρεσι πλέουσι διὰ τοῦ κόλπου ἐπὶ
τοῦτον δὴ τὸν νεών. ἀρχόμενοι δὲ τοῦ εἴσπλου εὐθὺς ὁρῶσιν
ὥσπερ ἐν ἀκροπόλει τὸ τέμενος τοῦτο ἀποσεμνυνόμενόν τε τῇ τοῦ
βασιλέως εὐγνωμοσύνῃ καὶ παρεχόμενον τῆς ἐντεῦθεν ἐλπίδος αὐ-
τοῖς ἀπολαύειν.

Τοῦ δὲ κόλπου ἐπὶ θάτερα μαρτύριον οἰκοδομησάμενος βα-
σιλεὺς οὐ πρότερον ὂν ἀνέθηκεν Ἀνθίμῳ μάρτυρι παρ' αὐτὴν μά-
λιστα τὴν τοῦ κόλπου ἠϊόνα. καὶ τὰ μὲν κράσπεδα τοῦ ἱεροῦ
B πραϋνομένῃ ἐπικλυζόμενα τῇ τῆς θαλάσσης ἐπιρροῇ τὸ εὔχαρι
ἐπιεικῶς ἔχει. οὐ γὰρ ξὺν θορύβῳ τὸ κλυδώνιον ἐπανεστηκὸς εἶτα
V 404 εἰς τοὺς ἐκείνῃ λίθους ἀράσσεται, οὐδὲ μεγάλα τὸ κῦμα ἠχῆσαν,
οἷά γε τὰ θαλάσσια, καὶ σχιζόμενον ἀποκρίνεται εἰς εἶδος ἀφρώ-
H 10 δες, ἀλλὰ πρόεισι μὲν προσηνές, σιωπηλὸν δὲ ὂν ἐπιψαύει τῆς γῆς,
ἀναστρέφει δὲ μόνον. ἐκδέχεται δὲ τὸ ἐνθένδε αὐλὴ ὁμαλή τε
καὶ λίαν ὑπτία, μαρμάροις μὲν πανταχόθεν κεκομψευμένη καὶ κίο-
σιν, ὄψει δὲ ὡραϊζομένη τῇ ἐς τὴν θάλασσαν. στοὰ μετὰ ταύ-
την καὶ ὁ νεὼς ἐντὸς ἐν τετραγώνῳ ἐς ὕψος ἐπῆρται λίθων εὐπρε-
C πείᾳ καὶ χρυσῷ καταχεχυμένῳ καλλωπιζόμενος. τοσοῦτον δὲ
προέχει μόνον τοῦ εὔρους τὸ μῆκος ἐς ὅσον δὴ χῶρον τὸν ἀβέβη-
λον, ἐν ᾧ τὰ ὄργια τὰ ἄρρητα τελεῖσθαι θέμις, κατὰ τὴν πλευ-

1. τηλικούτοις ἀνεῖσθαι ἁγίοις CH. 19. μόνον] μένον Toles. ibid. ὁμαλή τε] ὁμαλή τις H.

tudine, luminis copia illustre reddidit, ac multa alia, quibus carebat, benignissime contulit. Qui morbis arte medica valentioribus tenentur impliciti, ex humani auxilii desperatione ad spem sibi unam in illis reliquam se convertunt, et per sinum scaphis ad templum hoc devehuntur. Statim ut solvunt, ipsum tanquam in arce conspiciunt, grati principis munificentia gloriosum, ac spem ipsis bonam ostentans.

Trans sinum, novum imperator martyrium extruxit dicavitque Anthimo martyri in ipso sinus littore. Templi crepido, leni plausa maris allapsu, visum iucundissime oblectat. Neque enim elata unda positis ibi saxis illiditur, nec fluctus, ut in mari fit, gravi cum murmure fracti exspumant; sed modeste accedunt, terramque allambunt taciti, ac placide sese referunt. Deinde planissimum patet atrium, marmoribus undique et columnis renidens: ex quo pulcher est in mare prospectus. Ultra est porticus: tum se templum attollit, intus quadratum, et marmoribus scite compositis auroque illito decorum. Longitudo tantum superat latitudinem, quantum in latere orientali porrigitur

ρὰν, ᾗ πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον τέτραπται, διήκειν ξυμβαίνει. ταῦτα μὲν οὖν τῇδέ πῃ ἔχει.

ζ. Ἐπέκεινα δὲ κατ' αὐτὸ μάλιστα τοῦ κόλπου τὸ στόμα D
Εἰρήνης μάρτυρος ναὸς ἵδρυται. ὃς δὴ οὕτως μεγαλοπρεπῶς τῷ βασιλεῖ ὅλος ἐξείργασται ὡς οὐκ ἂν ἔγωγε φράσαι ἱκανῶς ἔχοιμι. ἀντιφιλοτιμούμενος γὰρ τῇ θαλάσσῃ ἀμφὶ τοῦ κόλπου τῇ εὐπρεπείᾳ, ὥσπερ ὅρμῳ περιφερεῖ ἐγκαλλώπισμα τὰ ἱερὰ ταῦτα ἐντέθεικεν. ἀλλ' ἐπεὶ τούτου δὴ τοῦ τῆς Εἰρήνης νεὼ ἐπεμνήσθην, καὶ τὸ ἐκείνῃ ξυνενεχθὲν οὔ μοι ἀπὸ τρόπου τῇδε γεγράψεται. ἐνταῦθα ἔκειτο λείψανα ἐκ παλαιοῦ ἀνδρῶν ἁγίων οὐχ ἧσσον ἢ τεσσαράκοντα· οἳ στρατιῶται μὲν Ῥωμαῖοι ἐτύγχανον ὄντες, ἐν λεγεῶνι δὲ δυοκαιδεκάτῳ ἐτάττοντο, ᾗ ἐν πόλει Μελιτηνῇ τῆς Ἀρμενίας τὸ παλαιὸν ἵδρυτο. ἡνίκα τοίνυν οἱ λιθοδόμοι διώρυσσον οὗπερ ἐπεμνήσθην ἀρτίως, κιβώτιον εὗρον γράμμασι σημαῖνον ὡς P 19
λείψανα ἔχοι τούτων δὴ τῶν ἀνδρῶν. ὅπερ ἐξήνεγκε λεληθὸς τέως ἐξεπίτηδες ὁ θεός, ἅμα μὲν πιστούμενος ἅπαντας ὡς τὰ βασιλέως ἀσμενέστατα ἐνδέδεκται δῶρα, ἅμα δὲ καὶ τοῦ ἀνδρὸς τὴν ἀγαθοεργασίαν ἀμείψασθαι διατεινόμενος χάριτι μείζονι. ἐτύγχανε γὰρ Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς χαλεπῶς ἄγαν τοῦ σώματος ἔχων, ἐπεὶ ῥεύματος δεινόν τι χρῆμα κατὰ τὸ γόνυ ἐπιπεσὸν συντριβῇ ταῖς ὀδύναις τὸν ἄνδρα ἐποίει· οὗπέρ οἱ αὐτὸς αἰτιώτατος ἦν. ἐν γὰρ ταῖς ἡμέραις ἁπάσαις, αἵπερ τὴν Πασχαλίαν ἑορτὴν προτερεύουσαι νηστεῖαι καλοῦνται, σκληράν τινα βιοτὴν ἔσχε μὴ ὅτι βα- B
σιλεῖ ἀλλόκοτον οὖσαν, ἀλλὰ καὶ ἀνθρώπῳ ἀμηγέπη τῶν πολιτι-

17. ἀγαθοεργασίαν] ἀγαθοεργίαν H. Conf. p. 45 c. 115d. 22. Πασχαλίαν] πασχάλειον H.

Locus religione sanctissimus; ubi sacris licet ineffabilibus operari: sed haec hactenus.

7. Post ad ipsas sinus fauces situm est Irenes martyris templum, quod totum adeo magnifice imperator extruxit, ut me illi describendo imparem fatear. Is enim ornandi sinus studio ambitiose cum mari certans, tanquam monili rotundo gemmas nitidas, sic ei templa haec addidit. Sed quando huius templi Irenes mentio incidit, rei, quae ibi contigit, non aliena erit narratio. Iacebant illic iam inde olim repositi cineres Sanctorum XL. Hi Romani fuere milites legionis duodecimae, quam quondam stationariam habuit urbs Armeniae Melitene. Ergo artifices, cum in eo, de quo memini proxime, loco foderent, arcam invenerunt, inscriptione significantem, se eorum cineres complecti. Hanc prius abditam eo deus consilio protulit in lucem, ut omnibus declararet acceptissima sibi esse Augusti dona, eiusque beneficentiam maiori gratia remuneraretur. Aegrotabat enim Iustinianus Augustus et illapsa in genu magna humoris copia graviter cruciabatur. Quem ille morbum sibi ipse accersiverat; toto eo tempore, quod Paschali festo superius appellatur ieiunium, victum colere solitus asperum, nec solum a principe, sed ab homine

κῶν ἁπτομένῳ. δυοῖν γὰρ ἡμέραιν διεγεγόνει ἐς ἀεὶ ἀπόσιτος ὤν, καὶ ταῦτα μὲν ὄρθρου βαθέος διηνεκὲς ἐκ τῶν στρωμάτων ἐξανιστάμενος καὶ προεγρηγορὼς τῆς πολιτείας, ἀεί τε αὐτῆς ἔργῳ καὶ λόγῳ διαχειρίζων τὰ πράγματα, ὄρθριός τε καὶ μεσημβρινὸς, καὶ οὐδέν τι ἧσσον ἐπινυκτίδιος. πόρρω γὰρ τῶν νυκτῶν ἐς κοίτην ἰὼν ἐξανίστατο αὐτίκα δὴ μάλα, ὥσπερ χαλεπῶς τοῖς στρώμασιν ἔχων. καὶ ἡνίκα δέ που τροφὴν αἵροιτο, οἴνου μὲν καὶ ἄρτου καὶ τῶν ἄλλων ἐδωδίμων ἐκτὸς ἔμενε, βοτάνας δὲ ἤσθιε μόνον, καὶ C ταύτας ἀγρίας ἐπὶ χρόνου μῆκος τεταριχευμένας ἁλσί τε καὶ ὄξει, ὅ,τε πότος αὐτῷ ὕδωρ ἐγίνετο μόνον. οὐ μέντοι οὐδὲ τούτοις κατακορὴς γέγονε πώποτε, ἀλλὰ καὶ ἡνίκα δαῖτα αἵροιτο, ἀπογευσάμενος τούτων δὴ τῶν αὐτῷ ἐδωδίμων, εἶτα μεθίει, οὔπω ἐδηδοκὼς τὰ αὐτάρκη. ἐντεῦθεν τοίνυν τὸ πάθος ἀκμάσαν τὴν ἀπὸ τῶν ἰατρῶν ἐπικουρίαν ἐνενικήκει, καὶ χρόνος τῷ βασιλεῖ πολὺς ἐν ταύταις δὴ ταῖς ὀδύναις ἐτρίβη. μεταξὺ δὲ τὰ περὶ τῶν δεδηλωμένων λειψάνων ἀκούσας, τῆς ἀνθρωπείας ἀφέμενος τέχνης, D ἐπὶ ταῦτα τὸ πρᾶγμα ἦγε, τὴν ὑγείαν ἐπισπώμενος τῇ ἐς αὐτὰ πίστει, καὶ δόξης τῆς ἀληθοῦς ἐν τοῖς ἀναγκαιοτάτοις ἀπώνατο. οἱ μὲν γὰρ ἱερεῖς τὸν δίσκον ἐπὶ τὸ τοῦ βασιλέως ἐτίθεντο γόνυ, ἀφανίζεται τὸ πάθος εὐθὺς, σώμασι δεδουλωμένοις τῷ θεῷ βιωσθέν. ὅπερ ἀμφίλεκτον ὁ θεὸς οὐ συγχωρῶν εἶναι, σημεῖον τῶν πραττομένων ἐνδέδεικται μέγα. ἔλαιον γὰρ ἐξαπιναίως ἐπιρρεῦσαν μὲν ἐκ τούτων δὴ τῶν ἁγίων λειψάνων, ὑπερβλύσαν δὲ τὸ κιβώτιον, V 405 τώ τε πόδε καὶ τὴν ἐσθῆτα τοῦ βασιλέως κατέκλυσεν ὅλην ἁλουρ-

1. διεγεγόνει] διαγέγονε Tolos. 2. ἐξανιστάμενος] ἐκανιστάμενος CH.

etiam rerum civilium utcunque participe abhorrentem. Biduum enim traducebat impastus, quamvis e lecto pro more suo corpus moliretur primo diluculo, invigilans Reip. in cuius negotiis et re et voce tractandis nocturnum aeque ut matutinum ac meridianum tempus ponere consueverat. Cum enim multa iam nocte cubitum ivisset, confestim surgebat, quasi strato offenderetur. Ad mensam, vino, pane caeterisque abstinebat edulibus, nec nisi oleribus, iisque agrestibus, sale et aceto diu maceratis vescebatur: eiusdem potus mera aqua. Ac ne his quidem sese unquam explebat: sed cum cibum caperet, sua illa fercula leviter delibata prius remittebat quam necessitati satisfecisset. Crudescens hinc morbus opem vicit medicinae, ac diuturnos dolores passus est imperator. Hoc interim spatio sacras reliquias inventas audiit: tum arte humana valere iussa, se illis commendavit, sanitatem evocans pia credulitate. Quae vera persuasio ipsi in re maxime necessaria plurimum profuit. Nam simul ac sacerdotes imperatoris genu discum admoverunt, morbus evanuit, corporibus divino obsequio mancipatis coactus cedere. Qua de re nullum ambigendi locum reliquens deus, illustre editi miraculi signum dedit. Repente enim oleum ex sacris reliquiis effusum arculaque exundans, imperatoris pedes

γὸν οὖσαν. διὸ δὴ ὁ χιτὼν οὕτω καταβεβρεγμένος διασώζεται ἐν τοῖς βασιλείοις, μαρτύριον μὲν τῶν τηνικάδε γεγενημένων, σωτήριον δὲ τοῖς ἐς τὸ ἔπειτα πάθεσι περιπεσουμένοις τισὶν ἀνηκέστως.

η'. Οὕτω μὲν οὖν ὑπογέγραπται Ἰουστινιανῷ βασιλεῖ τὸ P 20 Κέρας ὁ κόλπος. καὶ πορθμοῖν δὲ τοῖν ἄλλοιν δυοῖν, ὧνπερ ἐπεμνήσθην ἀρτίως, οἰκοδομίαις τὰς ἠϊόνας ἐς μέγα τι κάλλος ἐξείργασται τρόπῳ τοιῷδε. ἱερὰ δύο τῷ ἀρχαγγέλῳ Μιχαὴλ ἀνειμένα καταντικρὺ ἀλλήλοιν ἑστῶτα τοῦ πορθμοῦ ἑκατέρωθι συνέβαινεν εἶναι, θάτερον μὲν ἐν χώρῳ καλουμένῳ Ἀνάπλῳ ἐν ἀριστερᾷ εἰσπλέοντι τὸν Εὔξεινον πόντον, τὸ δὲ δὴ ἕτερον ἐν τῇ ἀντιπέρας ἀκτῇ· Προόχθους μὲν ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ ἄνθρωποι τὴν H 11 ἀκτήν, ὅτι δὴ προβέβληται, οἶμαι, κατὰ πολὺ τῆς ταύτῃ ἠϊόνος, νῦν δὲ Βρόχοι ἐπικαλεῖται, διαφθειρούσης τὰ ὀνόματα τῆς τῶν ἐπιχωρίων ἀγνοίας τῷ μήκει τοῦ χρόνου. ταῦτα δὲ τὰ δύο τεμένη B οἱ μὲν αὐτῶν ἱερεῖς κατερραγμένα ὑπὸ τοῦ χρόνου θεώμενοι καὶ περίφοβοι γεγενημένοι ὡς μὴ αὐτίκα μάλα σφίσιν ἐμπέσοιεν, βασιλέως ἐδέοντο ἀνοικοδομήσασθαι ἄμφω ἐφ' οὗπερ σχήματος τὸ παλαιὸν ἦν. οὐ γάρ οἷόν τε ἦν ἐπὶ τούτου βασιλεύοντος ἐκκλησίαν τινὰ ἢ γίνεσθαι πρῶτον, ἢ καταπεπονηκυῖαν ἐπανορθοῦ- D σθαι, ὅτι μὴ ἐκ χρημάτων βασιλικῶν, οὐκ ἐν Βυζαντίῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ πανταχόθι τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς. βασιλεὺς δὲ αὐτίκα τῆς προφάσεως τυχὼν τῆσδε καθεῖλε μὲν ἑκάτερον ἐς τὸ ἔδαφος, ὡς μή τι αὐτοῖς τῆς προτέρας ἀκοσμίας ἀπολειφθῆναι. ἀνῳκοδομήσατο δὲ τὸν μὲν ἐπὶ τοῦ Ἀνάπλου τρόπῳ τοιῷδε. πετρῶν ἐμ- C

15. κατερραγμένα] κατερρακωμένα H. κατερρυκωμένα C.

hac vestem purpuream benignissime rigavit. Quare vestis sic delibuta asservatur in regia, testimonio rei tunc gestae, et saluti futura posteris, qui in morbos insanabiles delabentur.

4. Haec ibi acta ab imp. Iustiniano: iam ad ipsius aedificia, quae in reliqua sunt Armenia, venio. Olim urbs Satala spe ancipiti nitebatur, cum ob soli hostici vicinitatem, tum quia in plano sita, multis collibus circum editis subiacet. Quamobrem iis opus habebat muris, qui omnem infestam vim frustrarentur. Cum autem talis esset natura loci, moenium fabrica multo erat infirmior: siquidem levi brachio olim composita, nec iam vetustatem ferens, ubique vitium faciebat. Iustinianus imp. hanc funditus demolitus, novos ibi muros extruxit ea altitudine, ut colles circumpositos superare videantur, eaque crassitudine, cui ingens altitudo illa tuto incumbat. Iisdem murum

κύκλῳ τοὺς πολεμίους κατέπληξε. καὶ φρούριον δὲ Σατάλων οὐ πολλῷ ἄποθεν ἐχυρὸν ἄγαν ἐν χώρᾳ Ὀσροηνῶν καλουμένῃ ᾠκοδομήσατο.

Ἦν δέ τι φρούριον ἐν τῇδε τῇ χώρᾳ ἐν ἀκρωνυχίᾳ λόφου κατακρήμνου πεποιημένον τοῖς πάλαι ἀνθρώποις, ὃ δὴ Πομπήιος ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις ὁ Ῥωμαίων στρατηγὸς ἐξελὼν καὶ τῆς χώρας τῷ πολέμῳ κύριος γεγονὼς ἐκρατύνατό τε ὡς μάλιστα καὶ Κολώνειαν ἐπωνόμασε· καὶ τοῦτο οὖν χρόνῳ πεπονηκὸς τοσούτῳ τὸ D πλῆθος βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς ἀνεσώσατο δυνάμει τῇ πάσῃ. καὶ χρήματα μέντοι προέμενος ἀνάριθμα τοῖς τῇδε ᾠκημένοις, ἐρύματα ἑκασταχοῦ διεπράξατο ἐν τοῖς αὐτῶν ἰδίοις ἀγροῖς ἢ νέα δείμασθαι, ἢ ἀνοικοδομήσασθαι σαθρὰ γεγονότα. ὥστε ἅπαντα σχεδόν τι ὀχυρώματα, ὅσα δὴ ἐνταῦθα ξυμβαίνει εἶναι, Ἰουστινιανοῦ βασιλέως τυγχάνει ἔργα ὄντα. ἐνταῦθα δὲ καὶ φρούρια ᾠκοδομήσατο τό τε Βαιβερδὼν καλούμενον καὶ τὸ Ἀρέων. καὶ τὸ Λυσίορμον ἀνενεώσατο πεπονηκὸς ἤδη σὺν τῷ Λυταραρίζων. ἔν τε χωρίῳ, ὅπερ Γερμανοῦ καλοῦσι φοσσᾶτον, φρούριον ἐδείματο P 58 νέον. ἀλλὰ καὶ Σεβαστείας καὶ Νικοπόλεως τῶν Ἀρμενίας πόλεων τὰ τείχη, ἐπεὶ καταπεσεῖσθαι πάντως ἔμελλε, τεταλαιπωρημένα τῷ μήκει τοῦ χρόνου, ἀνοικοδομησάμενος πεποίηται νέα. καὶ ἱερῶν τε καὶ μοναστηρίων ἐνταῦθα οἰκοδομίας ἐξείργασται. ἔν τε γὰρ τῇ Θεοδοσιουπόλει νεὼν τῇ θεοτόκῳ ἀνέθηκε, καὶ μο-

2. Ὀσροηνῶν] Non est haec Osroene, de qua actum supra p. 42 b. sed alia regio, cuius nomen fortasse verum, vel certe minus corruptum codex Tolos. sic prodit cum in textu tum ad marginem ὀροσηνῶν. Armeniae pars, unde urbs Satala, cuius hic mentio fit, non procul aberat, Ptolemaeo teste dicebatur Ὀρσήνη. Hanc forte Procopius designavit. Malt.

exteriorem circumdedit adeo insignem, ut hostes obstupefecerit. Castellum item haud procul Satala munitissimum condidit in Osroëne.

Qua in provincia castellum vetus collis praecipitis verticem insidebat. Id quondam cum expugnasset Pompeius Romani exercitus imperator, provincia bello subacta, munierat ipsum sedulo, et Coloniam appellaverat. Hoc etiam Iustinianus Aug. tanto temporis spatio labefactatum, omni ope restituit. Porro pecuniam innumerabilem largitus provincialibus, id concessit, ut munitiones passim in suis agris vel novas excitarent, vel ruinosas reficerent: ita ut quaecumque extant in illis partibus munimenta, omnia fere sint Iustiniani Aug. opera. Ibidem castella Baeberdon et Areon molitus est: Lysiormum iam debile renovavit cum Lytararizo. In loco, qui Germani fossatum dicitur, novum castellum fecit. Moenia quoque Sebastiae et Nicopoleos, quae sunt urbes Armeniae, cum sic aevo confecta essent, ut eorum ruina instaret, nova fabrica reparavit. Praeterea sacras aedes et monasteria aedificavit in illis partibus. Etenim Theodosiopoli templum posuit dei genitrici,

ναστήρια ἔν τε χωρίῳ τῷ καλουμένῳ Πέτριος, κἀν τῷ Κουκαρίζων ἀνενεώσατο. ἐν τε Νικοπόλει τὸ τῶν ἁγίων τεσσαράκοντα πέντε καλούμενον μοναστήριον, καὶ ἱερὸν Γεωργίῳ τῷ μάρτυρι ἐν Βιζανοῖς ἐδείματο. τῆς τε Θεοδοσιουπόλεως ἄγχιστα μοναστήριον
B *ἀνενεώσατο τῶν τεσσαράκοντα μαρτύρων ἐπικαλούμενον.*

Ἦν δέ τι χωρίον ἐν τοῖς Ἀρμενίοις τὸ παλαιὸν μικροῖς καλουμένοις οὐ πολλῷ ἄποθεν ποταμοῦ Εὐφράτου, ἐφ' οὗ δὴ λόχος Ῥωμαίων στρατιωτῶν ἵδρυτο. Μελιτηνὴ μὲν τὸ χωρίον, Λεγεὼν δὲ ὁ λόχος ἐπωνομάζετο. ἐνταῦθά πη ἔρυμα ἐν τετραγώνῳ ἐπὶ χώρας ὑπτίας ἐδείμαντο ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις Ῥωμαῖοι, τοῖς τε στρατιώταις ἀποχρώντως ἐς καταλύσεις ἔχον καὶ ὅπως σφίσι τὰ σημεῖα τῇδε ἐναποκείσονται. μετὰ δὲ Τραϊανῷ τῷ Ῥωμαίων αὐ-
V 432 *τοκράτορι δεδογμένον, ἐς πόλεώς τε ἀξίωμα ὁ χῶρος ἀφῖκται καὶ*
C *μητρόπολις κατέστη τῷ ἔθνει. προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου ἐγένετο*
H 80 *ἡ τῶν Μελιτηνῶν πόλις μεγάλη καὶ πολυάνθρωπος. ἐπεί τε ἐρύματος ἐντὸς ἐνοικήσασθαι οὐκέτι εἶχον (ἐς γὰρ ὀλίγον τινὰ ξυνῄει χῶρον, ᾗπέρ μοι εἴρηται) ἱδρύσαντο ἐν τῷ ταύτης πεδίῳ, ἵνα δὴ τὰ ἱερὰ σφίσι πεποίηται καὶ τὰ τῶν ἀρχῶν καταγώγια καὶ τήν τε ἀγορὰν, ὅσα τε ἄλλα ἐμπολημάτων πωλητήριά ἐστι, τάς τε τῆς πόλεως ἀγυιὰς πάσας καὶ στοὰς καὶ βαλανεῖα καὶ θέατρα καὶ εἴ τι ἄλλο πόλεως μεγάλης ἐς κόσμον διήκει. τῷ τε τρόπῳ τούτῳ Μελιτηνὴν ἀστυγείτονα ἐκ τοῦ ἐπιπλεῖστον ξυνέβαινεν εἶναι. Ἀναστάσιος μὲν οὖν βασιλεὺς αὐτὴν ξύμπασαν τείχει περιβαλεῖν ἐγκεχείρηκεν. οὔπω μέντοι τὸ βούλευμα ὑποτελέσας τὸν βίον συνεμετρήσατο. βασιλεὺς δὲ Ἰουστινιανὸς πανταχόθεν αὐτὴν κατα-*

ac monasteria in loco, cui nomen Petrios, et Cucarici refecit. Nicopoli [illegible] sanctorum quadraginta quinque monasterium, et Bizanis Georgio martyri [illegible] templum condidit. Proxime Theodosiopolin quadraginta martyrum monasterium instauravit.

In Armenia quondam minori dicta, non procul a flumine Euphrate, collocati fuerant Romani milites stationarii: ac locum quidem Melitenen, eorum vero militum numerum Legionem vocabant. Hic Romani munitionem quadratam olim eduxerant plano in campo, sedem militibus signisque militaribus satis commodam. Post, de Traiani Aug. sententia, urbis dignitatem locus obtinuit, evasitque gentis metropolis. Tempore procedente, cum et amplitudine et hominum frequentia crevisset urbs Melitene, nec iam incolas munitio caperet, quippe angustior, uti dixi, in eius gradu domicilia statuerunt: ubi et templa fecere, et magistratuum domos, et forum et alia quaevis venalium loca: insuper compita, porticus, balneas, theatra, et si quid aliud ad urbis magnae splendorem pertinet: itaque suburbana erat maxima pas Melitenes. Illam Anastasius Aug. muris undique cingere aggressus, prius vitae quam consilii finem reperit. Imperator vero Iustinianus

τειχισάμενος μέγα τοῖς Ἀρμενίοις ὀχύρωμά τε καὶ ἐγκαλλώπισμα
Μελιτηνὴν ἀπειργάσατο. D

ε΄. Ταῦτα μὲν οὖν ἐν Ἀρμενίᾳ, ἥτις ἐστὶν ἐν δεξιᾷ Εὐφράτου ποταμοῦ εἰργάσατο· ὅσα δέ οἱ ἐν Ἀρμενίᾳ τῇ μεγάλῃ πεποίηται, ἐρῶν ἔρχομαι. ἡνίκα Θεοδόσιος ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς τὴν Ἀρσάκου ἐπικράτειαν ἔσχεν, ᾗπέρ μοι ἔναγχος δεδιήγηται, φρούριον ἐπί τινος τῶν λόφων ᾠκοδομήσατο τοῖς προσιοῦσιν εὐάλωτον, ὃ δὴ Θεοδοσιούπολιν ἐπωνόμασε. τοῦτο Καβάδης τότε P 59
ὁ Περσῶν βασιλεύς, ἡνίκα δὴ Ἀμίδης εὐθὺ ἵετο, παριὼν εἷλεν. Ἀναστάσιος δὲ ὁ Ῥωμαίων αὐτοκράτωρ οὐ πολλῷ ὕστερον πόλιν ἐνταῦθα ἐδείματο τὸν λόφον ἐντὸς τοῦ περιβόλου πεποιημένος, ἐφ' οὗ δὴ φρούριον τὸ Θεοδοσίου εἱστήκει. καὶ τὸ μὲν αὐτοῦ ὄνομα τῇ πόλει ἀφῆκεν, ἐξίτηλον δὲ τὸ Θεοδοσίου ποιεῖσθαι τοῦ πρότερον οἰκιστοῦ ἥκιστα ἴσχυσεν, ἐπεὶ νεοχμοῦσθαι μὲν τὰ καθωμιλημένα τοῖς ἀνθρώποις ἐς ἀεὶ πέφυκεν, ὀνομάτων δὲ τῶν πρόσθεν μεθίεσθαι οὐκ εὐπετῶς ἔχει. τοῦτο δὲ Θεοδοσιουπόλεως τεῖχος εὐρύνετο μὲν ἱκανώτατα, οὐ κατὰ λόγον δὲ τοῦ εὔρους ἀνεῖχε. τὸ γὰρ ὕψος αὐτῷ ἐς τριάκοντα ἐξικνεῖτο μάλιστα πό- B
δας· ταύτῃ τε πολεμίοις τειχομαχοῦσιν, ἄλλως τε καὶ Πέρσαις ἐγεγόνει λίαν εὐάλωτον. ἦν δὲ καὶ ἄλλως ἐπίμαχον. οὔτε γὰρ προτείχισμα οὔτε τάφρος αὐτῷ ἤμυνεν. ἀλλὰ καὶ χῶρός τις ὡς ἀγχοτάτω ἐπεμβαίνων τῇ πόλει τῷ περιβόλῳ ἐπανειστήκει. διὸ δὴ βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς ἀντεμηχανήσατο τάδε. πρῶτα μὲν τάφρον ὡς βαθυτάτην ἐν κύκλῳ ὀρύξας, χαράδραις αὐτὴν ὁρῶν

absoluto moenium ambitu, magnum Armeniis columen, et Melitenae decus donavit.

5. Ea sunt nostri principis aedificia in Armenia, quae est ad dexteram Euphratis ripam: nunc ad illa transeo, quae in Armenia maiori fecit. Cum Theodosius Aug. regnum Arsacis, ut paulo supra narravi, obtinuisset, castellum imposuit cuidam colli, accedentibus captu facile; quod Theodosiopolin appellavit. Id certe in transitu cepit Cabades Persarum rex, cum recta Amidam peteret. Haud multo post imperator Anastasius urbem ibi condidit, muro amplexus collem, in quo Theodosii castellum erat; et quamvis a se urbem denominaverit, Theodosii tamen primi conditoris nomen abolere non potuit. Sic enim est inter homines comparatum, ut res quidem in usu positae novitatem semper accipiant; priora autem vocabula non facile amittant. Latissima erant haec Theodosiopolis moenia: sed altitudo crassitudini non respondebat; quippe quae ad pedes summum tricenos evaderet. Quocirca occupari facile poterant ab hostibus, praesertim Persis, inferentibus oppugnationem, cui plane patebant: nam nec minori muro ullo protegebantur, nec fossa: immo vero locus quidam, urbi proxime imminens, supra moenia attollebatur. Ea de causa haec Iustinianus Aug. molitus est. Primum, fossam muro praeduxit altissimam simillimamque torrentium alveis inter abru-

ἀποτόμων ἐμφερεστάτην εἰργάσατο. ἔπειτα δὲ χῶρον τὸν ὑπερπεφυκότα κατατεμὼν ἔς τε ἀνεκβάτους κρημνοὺς καὶ σήραγγας ἀδιεξόδους μετεστήσατο τὴν αὐτοῦ φύσιν· ὅπως δὲ τὸ τεῖχος C *ὑψηλόν τε εἴη διαφερόντως καὶ ὅλως ἀνανταγώνιστον, εἴ τις προσίοι, προσεπετεχνήσατο πάντα ὅσα ἐν πόλει Δάρας εἰργάσατο. τὰς γὰρ ἐπάλξεις ἀποσφίγξας ἐν στενῷ μάλιστα ὅσον ἐνθένδε βάλλειν τοὺς τειχομαχοῦντας δυνατὰ εἶναι, ἔμβολόν τε αὐταῖς λίθων ἐπιβολαῖς ἐν περιδρόμῳ περιελίξας, ἐντέθεικεν ἐμπείρως ἐπάλξεις ἑτέρας, προτειχίσματί τε αὐτὸ περιβαλὼν κύκλῳ ἐμφερέστατον τῷ ἐν πόλει Δάρας περιβόλῳ πεποίηται, πύργον ἕκαστον φρούριον ἐχυρὸν τεκτηνάμενος. οὗ δὴ τὰς δυνάμεις ἁπάσας καὶ τὸν ἐν Ἀρμενίαις στρατηγὸν ἱδρύσασθαι καταστησάμενος κρείσσους τοὺς Ἀρμενίους διεπράξατο τὸ λοιπὸν εἶναι ἢ δεδιέναι τὴν Περσῶν ἔφοδον.*

D *Ἐς μέντοι τὰ Βιζανὰ οὐδὲν εἴργασται τῷ βασιλεῖ ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε. κεῖται μὲν ἐν τῷ ὁμαλῷ τὸ χωρίον, πεδία τε ἀμφ' αὐτὸ ἐπὶ μακρὸν ἱππήλατά ἐστιν, ὕδατος δὲ σηπεδόνες πολλαὶ ξυνισταμένου ἐνταῦθά εἰσι. καὶ ἀπ' αὐτοῦ τοῖς μὲν πολεμίοις ἐπιμαχώτατον, τοῖς δὲ οἰκήτορσι λοιμωδέστατον αὐτὸ ξυμβαίνει* V 433 *εἶναι. ὧν δὴ ἕνεκα τὸ χωρίον τοῦτο ὑπεριδὼν ἑτέρωθι πόλιν ἐδείματο αὐτοῦ βασιλέως ἐπώνυμον, ἀξιολογωτάτην τε καὶ ἄμαχον ὅλως ἐν χωρίῳ Τζουμινᾷ καλουμένῳ, ὅπερ σημείοις μὲν τρισὶ Βιζανῶν διέχει, ἐν κρημνώδει δὲ μάλιστα κείμενον εὐεξίας ἀέρων εὖ ἔχει.*

9. *προτειχίσματί τε αὐτὸ*] *προτείχισμά τι αὐτῷ* Tolos.

ptos montes depressis: deinde tumulum editiorem ita excidit, ut eius situm in praecipitia inaccessa aviosque hiatus mutaverit. Ut vero muri excellerent altitudine, ac, si quis infensus accederet, omnino essent inexpugnabiles, adiecit quaecumque in urbe Dara fieri iusserat. Etenim pinnas valde contraxit, relicta apertura, quantula satis esset ad petendos missilibus oppugnatores, structaque circum lapidea porticu, alias huic pinnas scite imposuit. Murum etiam circumiecit exteriorem, et facto ex quaque turri castello valido, moenia exegit ad eorum similitudinem, quibus cincta est Dara. Ea copiis omnibus ac magistro militum per Armeniam assignata sede, Armenios a Persarum irruptionibus securos reddidit.

Porro causam nihil aedificandi Bizanis hanc habuit imperator. Locus est in planitie situs: campi longe lateque circumiacent equitabiles: corruptae ibi plures lacunae sunt aquae desidis. Unde et hostibus expugnatu admodum facilis, et incolis pestilentissimus locus est. Quapropter hunc aspernatus, urbem suo nomine insignem, egregiam atque invictam alibi condidit, nempe in loco cui nomen Tzumina. Hic tertio a Bizanis lapide, situ maxime praeceps, gaudet caeli salubritate.

ϛʹ. Τὰ μὲν οὖν ἐν Ἀρμενίοις Ἰουστινιανῷ βασιλεῖ τῇδέ πῃ P 60
ἔχει. τὰ δὲ δὴ κατὰ τὰ Τζανῶν ἔθνη ἀναγράψασθαί μοι ἐνταῦθα τοῦ λόγου οὔ τι ἀπὸ τρόπου ἔδοξεν εἶναι, ἐπεὶ καὶ πρόσοικοι Ἀρμενίοις εἰσίν. αὐτόνομοι μὲν Τζανοὶ ἐκ παλαιοῦ καὶ ἄναρχοι ᾤκουν, θηριώδη τινὰ βιοτὴν ἔχοντες, θεοὺς μὲν τά τε ἄλση καὶ ὄρνις καὶ ἄλλα ἄττα ζῷα ἡγούμενοί τε καὶ σέβοντες, ἐν ὄρεσι δὲ οὐρανομήκεσί τε καὶ ἀμφιλαφέσι τὸν ἅπαντα αἰῶνα δίαιταν ἔχοντες, γῆν δὲ οὐδαμῆ γεωργοῦντες, ἀλλὰ λῃστεύοντές τε καὶ τοῖς φωρίοις ἀεὶ ἀποζῶντες. αὐτοί τε γὰρ ἀμελέτητοί εἰσιν ἐργάζεσθαι B
γῆν καὶ ἡ χώρα σφίσιν, ἔνθα δὴ μὴ ὄρη ἀποτομώτατα περιβέβληται, H 31
λοφώδης ἐστίν. οὐ γήλοφοι δέ εἰσιν τὰ ἐπανεστηκότα τῆς γῆς οὐδὲ γεώδη οὐδὲ οἷα καρποὺς ἀφεῖναι, εἴ τις αὐτῶν ἐπιμελοῖτο, ἀλλὰ τραχέα τε ὑπερβαλλόντως καὶ σκληρὰ ὑπεράγαν καὶ καρπῶν ἁπάντων δεινῶς ἄφορα. καὶ οὔτε ἀρόσαι τὴν γῆν οὔτε ἀμήσασθαι λήιον οὔτε λειμῶνι ἐντυχεῖν ἐνταῦθά πη δυνατὰ γίνεται, ἀλλὰ καὶ τοῖς δένδροις, οἵσπερ ἡ Τζανικὴ τέθηλεν, ἀκάρποις τε οὖσιν αὖθις καὶ ὅλως ἀγόνοις, ἐπεὶ οὐδὲ ἀλλήλους ἐκδέχονται καιροὶ ἐκ τοῦ ἐπιπλεῖστον, οὐδὲ νῦν μὲν ἡ γῆ τῷ τῆς ὥρας ὑγρῷ τε καὶ ψυχρῷ βάλλεται, νῦν δὲ δὴ αὐτὴν ἡ τοῦ ἡλίου θέρμη ὀνίνησιν, ἀλλὰ χειμῶνί τε ἀπεράντῳ ξυνῴκισται ἡ χώρα C
καὶ χιόσιν ἀιδίοις κατάρρυτός ἐστι. διὰ ταῦτα μὲν αὐτόνομοι τὸ παλαιὸν οἱ Τζανοὶ ἐβίουν, ἐπὶ τούτου δὲ Ἰουστινιανοῦ βασιλεύοντος ἡττήθησάν τε Ῥωμαίων τῇ μάχῃ, Τζίτα στρατηγοῦντος Ῥωμαίων, καὶ τὴν ἀγώνισιν ἀπογνόντες εὐθὺς προσεχώρησαν αὐτῷ ἅπαντες, πρὸ τῆς ἐπικινδύνου ἐλευθερίας τὴν ἄπονον δουλείαν ἑλόμενοι

6. Sic se habent Iustiniani Aug. res in Armenia: nunc institutae orationi consentaneum videtur, ut acta apud Tzanos commemorem; quandoquidem Armeniam accolunt. Tzani antiquitus liberi, nullique principi subditi, vivebant ferarum ritu. Lucos, volucres et alias cuiusque generis animantes pro diis habebant ac venerabantur. In altissimis degentes semper et nemorosis montibus, non arvorum cultu, sed raptu et latrociniis vitam sustentabant. Sunt enim rudes agriculturae, eorumque regio, ubi montibus praeruptissimis vacat, in colles attollitur, non terrenos aptosque frugibus, si quis curam accommodet, sed asperrimos durissimosque ac plane infoecundos. Ibi tellus aratri impatiens, nullas dat messes: immo nec pratum usquam videre est; et arbores, quas progenerat Tzanica, steriles omnino sunt atque infelices: propterea quod illic annus plerumque tempestatum vicibus caret; nec terra iam frigido humore subigitur, iam solis calore recreatur, verum aeterna premitur hyeme ac perpetua nive perfunditur. Haec olim a Tzanis iugum imperii prohibebant. Tandem sub principe nostro Iustiniano a Romanis acie victi, nostras ducente copias Tzita magistro militum, cum se resistendo impares viderent, statim omnes concesserunt in eius fidem, servitutem tranquillam libertati, periculorum metu sollicitae, praeoptantes. Nec

σφίσι. καὶ τήν τε δόξαν ἐπὶ τὸ εὐσεβὲς αὐτίκα μετέθεντο ἅπαντες, Χριστιανοὶ γεγενημένοι, τήν τε δίαιταν ἐπὶ τὸ ἡμερώτερον μεθηρμόσαντο, λῃστείας μὲν ἀφέμενοι πάσης, τοῖς τε Ῥωμαίοις D *συστρατεύοντες, ἐπὶ πολεμίους ἀεὶ τοὺς σφετέρους ἰοῦσι. δείσας δὲ Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς μή ποτε Τζανοὶ μεταπορευσάμενοι τὴν δίαιταν αὖθις τὰ σφέτερα ἤδη ἐπὶ τὸ ἀγριώτερον μεταστρέψωνται ἐπενόει τοιάδε.*

Δύσοδος ἦν ἡ Τζανικὴ λίαν καὶ ἄφιππος ὅλως, κρημνοῖς τε πανταχόθεν καὶ χώροις περικεκλεισμένη ἐκ τοῦ ἐπιπλεῖστον ὑλώδεσιν, ἧπέρ μοι εἴρηται. καὶ ἀπ' αὐτοῦ Τζανοῖς ἐπιμίγνυσθαι τοῖς πλησιοχώροις ἀμήχανον ἦν, ἀλλὰ κατὰ μόνας ἐν σφίσιν αὐτοῖς P 61 *ἀπηγριωμένοι θηρίων τρόπον τὴν δίαιταν εἶχον. τὰ τοίνυν δένδρα ἐκτεμὼν ἅπαντα, οἷσπερ τὰς ὁδοὺς ξυνέβαινε ξυμποδίζεσθαι, καὶ τὰς ἐκείνῃ δυσχωρίας μεθαρμοσάμενος, εὐπετεῖς τε αὐτὰς καὶ ἱππασίμους καταστησάμενος, ἐπιμίγνυσθαι αὐτοὺς κατὰ ταὐτὰ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις καὶ προσχωρεῖν τῇ ὁμιλίᾳ τῶν πλησιοχώρων πεποίηκεν. ἔπειτα δὲ αὐτοῖς ἐκκλησίαν ἐν χωρίῳ Σχαμαλινίχων καλουμένῳ δειμάμενος, ἱερῶσθαί τε διεπράξατο καὶ μυστηρίων μεταλαμβάνειν λιταῖς τε τὸν θεὸν ἱλεοῦσθαι, καὶ τὰ ἄλλα ἐξοσιοῦσθαι, συνιέντες ὡς ἄνθρωποι εἶεν. καὶ φρούρια δὲ οἰκοδομησάμενος πανταχόσε τῆς χώρας φρουρούς τε ἐνταῦθα Ῥωμαίων στρατιωτῶν ἱδρυσάμενος βεβαιότατα, Τζανοῖς ἐς τοὺς ἄλ-* B *λους ἀνθρώπους τὰς ἐπιμιξίας ἀκωλύτους πεποίηκεν. ὅπη ποτὲ δὲ Τζανικῆς τὰ φρούρια ταῦτα ἐδείματο, ἐρῶν ἔρχομαι.*

distulit eorum quisquam convertere animum ad pietatem, et cum fide Christiana mitiorem vitae cultum amplecti. Remisso latrociniis nuntio, Romanis militant, eosque semper in expeditiones sequuntur. Porro veritus imp. Iustinianus ne quando Tzani, mutato instituto, in pristinam morum feritatem relaberentur, haec excogitavit.

Erat Tzanica admodum confragosa ac prorsus inequitabilis, nec praecipitiis solum abrupta undique, sed nemoribus etiam impedita, ut dixi. Hinc Tzani commercio cum finitimis interclusi, seorsum apud se ferinam agebant vitam, exuta humanitate. Ergo omnibus excisis arboribus, quae itinera praecludebant, et coaequatis salebris, vias aperuit faciles et commodas equitationi: itaque Tzanos ac caeteras gentes commercio miscuit, et ipsos cum vicinis consuetudine usuque iunxit. Deinde in loco, quem vocant Schamalinichon, aedificata ecclesia, operam dedit ut sacra obirent, participarent mysteria, precibus numen propitiarent, caeteraque religionis officia colerent, humana se natura praeditos intelligentes. Extructis ubique castellis, optimisque impositis militum Romanorum praesidiis, copiam Tzanis praebuit agendi libere cum caeteris nationibus. Quas vero Tzanicae partes his castellis munierit, modo dicam.

Χώραν ἐνταῦθά τινα ἐς τρίοδον ἀποκεκριμένην ξυμβαίνει
εἶναι. Ῥωμαίων τε γὰρ καὶ Περσαρμενίων τὰ ὅρια καὶ Τζανῶν
αὐτῶν τῇδε ἀρξάμενα ἐνθένδε διασκεδάννυται. ἐνταῦθα φρού- V 434
ριον ὀχυρώτατον, οὐ πρότερον ὄν, ὄνομα Ὀρονῶν, ἐξείργασται,
κεφάλαιον αὐτὸ τῆς εἰρήνης πεποιημένος. ἔνθεν γὰρ τὰ πρῶτα
Ῥωμαίοις ἡ Τζανικὴ ἐσβατὴ γέγονεν· οὗ δὴ καὶ ἄρχοντα στρα-
τιωτῶν κατεστήσατο, ὃν δοῦκα καλοῦσιν. ἐν χωρίῳ δὲ ὁδῷ
ἡμέραιν δυεῖν Ὀρονῶν διέχοντι, οὗ δὴ Τζανῶν τῶν Ὠκενιτῶν
καλουμένων τὰ ὅριά ἐστιν (ἐπεὶ ἐς ἔθνη πολλὰ διακέκρινται Τζα-
νοί), ἐνταῦθά τι ὀχύρωμα πεποιημένον ἦν τοῖς πάλαι ἀνθρώποις, C
ἐρείπιον ἤδη πολλῷ πρότερον τῷ ἀπημελῆσθαι γεγενημένον, Χαρ-
τὼν ὄνομα. ὅπερ ἀνανεωσάμενος Ἰουστινιανὸς βασιλεύς, ἐνοικεῖν
τε ἀνθρώπων ἐνταῦθα διεπράξατο μέγα τι χρῆμα καὶ τὰ ἐς τὴν
εὐκοσμίαν τῇ χώρᾳ φρουρεῖν. τῷ δὲ ἐνθένδε ἰόντι πρὸς ἀνί-
σχοντα ἥλιον φάραγξ ἐστὶ κρημνώδης, κατατείνουσα μέχρι ἐς τὰ
πρὸς βορρᾶν ἄνεμον· οὗ δὴ φρούριον, Βαρχὼν ὄνομα, ἐδείματο
νέον. ἐπέκεινα δὲ κατὰ τοῦ ὄρους τὴν ὑπώρειαν ἐπαύλεις εἰσίν,
ἵνα δὴ οἱ Τζανῶν τῶν Ὠκενιτῶν καλουμένων βόες αὐλίζονται,
οὕσπερ ἐκτρέφουσιν αὐτοῦ οὐ τοῦ ἀροῦν τὴν γῆν ἕνεκα, ἐπεὶ ἀρ-
γοί τε τὸ παράπαν οἱ Τζανοί εἰσι καὶ γεωργικῶν ἀλλότριοι πόνων, D
ᾗπέρ μοι εἴρηται, καὶ οὔτε ἀρόματά ἐστιν αὐτοῖς οὔτε ἄλλα τῆς
γεωργίας διαπονήματα, ἀλλὰ τοῦ γε γάλα ἐς ἀεὶ βδάλλειν καὶ
σιτίζεσθαι τοῖς αὐτῶν κρέασι. μετὰ δὲ τοῦ ὄρους τὸν πρόποδα,
οὗ Κενὰ τὸ χωρίον ἐν τῷ ὁμαλῷ ξυμβαίνει εἶναι, ἐνθένδε τοι
ἰόντι ἐπὶ δύοντά που τὸν ἥλιον, τὸ Σισιλισσῶν ὄνομα φρούριόν

25. *Σισιλισσῶν*] *τισιλισσῶν* Tolos. et in marg. *τιλισσῶν*.

Est hic ora in trivium desinens, siquidem Romanorum, Persarmeniorum, ipsorumque Tzanorum fines, ducto inde initio, sese abiungunt. Ibi Horonum, castellum novum ac validissimum construxit, idque pacis caput constituit: hac enim Romanis primus fuit in Tzanicam aditus; ubi et praesidium cum duce, quem appellant, locavit. Bidui procul Horono, in finibus Tzanorum Ocenitarum (quippe Tzani in multos populos divisi sunt) Charton erat, munitio vetus ac iamdiu ruinosa, negligentiae culpa. Illam Iustinianus Aug. cum refecisset, eo quamplurimos induxit incolas, qui provinciam in officio continerent. Inde orientem versus, devenitur in praecipitem vallem, quae se ad septentrionem porrigit. Novum ibi castellum posuit, cui nomen Barchon. Post, ad imum montem sunt stabula, quo Tzani Ocenitae boves suos recipiunt. Hos autem alunt non arandi gratia: siquidem Tzani summe inertes et a colonicis laboribus alieni, rationem nunquam habent cum terra, ut dixi, nec se ulla agriculturae parte exercent, sed illas alunt pecudes, ne lac unquam desit quod mulgeant, utque earum carnibus vescantur. Ultra imum montem, ubi Cena (sic locum vocant) est in planitie, ad occidentem solem occurrit castellum Sisilisson, quod olim conditum longa dies desola-

ἐστιν, ὅπερ ἐκ παλαιοῦ μὲν πεποιημένον, ἔρημον δὲ διὰ χρόνου μῆκος γεγενημένον ἀνανεωσάμενος Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς διαρκὲς Ῥωμαίων στρατιωτῶν, ὥσπερ κἀν τοῖς ἄλλοις ἅπασι, φυλακτήριον κατεστήσατο. ἐνθένδε δὲ ἰόντι ἐν ἀριστερᾷ πρὸς βορρᾶν P 62 ἄντιμον χῶρός τίς ἐστιν, ὅνπερ καλοῦσιν οἱ ἐπιχώριοι Λογγίνου H 32 φοσσᾶτον, ἐπεὶ Λογγῖνος ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις Ῥωμαίων στρατηγὸς, Ἴσαυρος γένος, στρατεύσας ἐπὶ Τζανούς ποτε τῇδε πεποίηται τὸ στρατόπεδον. ἐνταῦθα φρούριον ὁ βασιλεὺς οὗτος ὄνομα Βούργους νόης δεδημιούργηκεν, ἡμέρας ὁδῷ Σισιλισσῶν διέχον. ὅπερ Σισιλισσῶν φρούριόν ἐστι καὶ αὐτὸ ὑπ᾽ αὐτοῦ τοῦ βασιλέως, ὡς μικρὸν ἐρρήθη ἔμπροσθεν, ἐξειργασμένον βεβαιότατα. ἐντεῦθεν ὅρια τῶν Τζανῶν τῶν Κοξυλίνων καλουμένων ἐστίν· οὗ δὴ φρούρια νῦν καὶ πεποίηται δύο, τό τε Σχιμαλινίχων καλούμενον καὶ ὅπερ Τζανζάκων ἐπονομάζουσιν· ἔνθα δὴ καὶ ἄλλον ἄρχοντα στρατιωτῶν κατεστήσατο.

B ζ΄. Ταῦτα μὲν οὖν ἐν Τζανοῖς Ἰουστινιανῷ βασιλεῖ εἴρ- V 435 γασται. ἐν δὲ τῇ μετ᾽ αὐτοὺς χώρᾳ, ἣ παρὰ τὸν Εὔξεινον οἰκεῖται πόντον, πόλις ἐστί που Τραπεζοῦς ὄνομα· οὗ δὴ ἀπορίας ὑδάτων οὔσης, ὀχετὸν ἐτεκτήνατο Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς, ὅνπερ Εὐγενίου καλοῦσι μάρτυρος, ταύτῃ τε τὴν ἀπορίαν τοῖς τῇδε ᾠκημένοις διέλυσεν. ἐνταῦθα δὲ κἀν τῇ Ἀμασείᾳ τὰ πλεῖστα τῶν ἱερῶν ἀνενεώσατο, χρόνῳ πεπονηκότα πολλῷ. μετὰ δὲ τοὺς Τραπεζουντίων ὅρους χωρίον ἐστὶ Ῥιζαῖον ὄνομα, ὃ δὴ καινουργήσας αὐτὸς ὀχύρωμα περιβέβληκε λόγου τε καὶ ἀκοῆς κρεῖσσον. πόλεων γὰρ τῶν Πέρσαις ὁμόρων οὐδεμιᾶς ἧσσον μεγέθους πέρι
C καὶ ἀσφαλείας δεδημιούργηται.

verat. Id Iustinianus Aug. refecit, itidemque ut caetera, idoneo militum Romanorum praesidio instruxit. Hinc a laeva, septentrionem versus, locus est, ab indigenis Longini fossatum ex eo dictus, quod olim Longinus Romanorum dux, natione Isaurus, suscepta in Tzanos expeditione, ibi castra metatus fuerat. Castellum hic Burgum noës imperator noster aedificavit, diei unius itinere dissitum Sisilisso, quod ipse etiam, ut paulo supra dictum est, firmissima fabrica extruxit. Succedit Tzanorum Coxylinorum limes; ubi gemina castella posuit, Schimalinichon et Tzanzacon; alterumque ducem constituit.

7. Hactenus de Iustiniani Aug. aedificiis apud Tzanos: ultra quos in ora ponti Euxini urbs est Trapezus, ubi cum aquae copia deesset, Iustinianus Augustus aquaeductum construxit, de nomine dictum Eugenii martyris, itaque a civibus inopiam depulit, qua premebantur. Ibidem et Amaseae pleraque templa vetustate quassa restituit. Trapezuntinum limitem excipit Rhizaeum, quod ipse novo opere ita condidit ac circummuniit, ut res famam fidemque superet. Nam urbium Persis conterminarum nulla est, cui magnitudine ac firmitate concedat.

Καὶ φρούριον δὲ ᾠκοδομήσατο ἐπὶ Λαζικῆς Λοσόριον ὄνομα, καὶ τοὺς ἐν τῇ χώρᾳ στενωποὺς ἐτειχίσατο, οὕσπερ Κλεισούρας καλεῖν νενομίκασιν, ὅπως δὴ ἀποκεκλεισμένοι τῆς ἐπὶ Λαζικὴν εἰσόδου οἱ πολέμιοι εἶεν. ἀλλὰ καὶ τὴν ἐν Λαζοῖς τῶν Χριστιανῶν ἐκκλησίαν, ἀρχαίαν τε οὖσαν καὶ σαθρὰν τῇ οἰκοδομίᾳ γεγενημένην, ἀνενεώσατο. οὕτω καὶ Πέτραν ἐν Λαζοῖς πόλιν ἀξιοθέατον κατεστήσατο, ἥνπερ Λαζοὶ μὲν ἀβουλίᾳ τῇ σφετέρᾳ παρέδοσαν Πέρσαις, Χοσρόην ἐνταῦθα στρατῷ μεγάλῳ ἐπαγαγόμενοι, Ῥωμαῖοι δὲ Περσῶν καθυπέρτεροι τῷ πολέμῳ γενόμενοι καὶ τοὺς μὲν κτείναντες, τοὺς δὲ δορυαλώτους πεποιημένοι, ἐς τὸ ἔδαφος D τὴν πόλιν καθεῖλον, ὡς μὴ αὖθις οἱ βάρβαροι κακουργεῖν ἔχοιεν ἐνταῦθα ἰόντες, ᾗπέρ μοι ἅπαντα ἐν τοῖς ὑπὲρ τῶν πολέμων δεδήλωται λόγοις· ἵνα δὴ καὶ τοῦτό μοι δεδιήγηται, ὡς ἐν τῇ ἀντιπέρας ἠπείρῳ Λαζικῆς ἐπὶ τὴν Μαιῶτιν ἰόντι λίμνην φρούρια δύο, Σεβαστούπολίν τε καὶ Πιτυοῦντα, καθεῖλον Ῥωμαῖοι, Χοσρόην P 63 ἀκούσαντες στράτευμα στέλλειν ἐνταῦθα διὰ σπουδῆς ἔχειν τοὺς τὰ φρούρια ταῦτα καθέξοντας. ἀλλὰ νῦν Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς ταύτην δὴ τὴν Σεβαστούπολιν, φρούριον οὖσαν τὸ πρότερον, ἀνανεωσάμενος ξύμπασαν, καὶ τῷ μὲν περιβόλῳ τοῖς τε ἄλλοις ὀχυρώμασι πεποιημένος ἀνάλωτον, ταῖς τε ἀγυιαῖς καὶ ταῖς ἄλλαις οἰκοδομίαις διακοσμήσας, τῷ τε κάλλει καὶ τῷ μεγέθει πόλιν τανῦν ἀξιολογωτάτην ἐν τοῖς μάλιστα κατεστήσατο.

Καὶ μὴν καὶ Βοσπόρου καὶ Χερσῶνος πόλεων, αἵπερ κατὰ τὴν ἐκείνῃ ἀκτὴν ἐπιθαλασσίδιαι μετὰ λίμνην τε τὴν Μαιῶτιδα καὶ τοὺς Ταύρους καὶ Ταυροσκύθας ἐν ἐσχάτῳ οἰκοῦνται τῆς

11. κακουργεῖν] καινουργεῖν Tolos.

In Lazica castellum fecit, Losorium nomine, eiusdemque regionis Clisuras, quas appellant, sive montium angustias, muro sepsit, quo hostes Lazica excluderentur. Veterem quoque Christianorum ecclesiam, cuius erat corrupta fabrica, reparavit. In eadem Lazica Petram, urbem spectatu dignam, condiderat: quam cum Lazi Persis tradidissent imprudentissime, deducto illuc Chosroë cum ingenti exercitu, Romani bello superiores, Persis partim occisis, partim captis, eam solo aequarunt, ne redituris forte barbaris maleficii copia superesset: quae libri de bellis a me plene narrata habent: ubi et istud commemoravi, in adversa continente, qua ex Lazica ad paludem itur Maeotidem, castella duo, Sebastopolin nempe et Pityuntem, Romanos diruisse, ferente fama id sedulo curare Chosroëm, ut eo mitteret exercitum, qui illa occuparet. Iam vero Iustinianus Augustus hanc Sebastopolin, quae antea nihil nisi castellum erat, reaedificavit de integro; moenibus caeterisque munitionibus ita firmavit, ut inexpugnabilis sit; compitis et cuiusquemodi aedificiis ornavit: denique urbem fecit nitore et amplitudine in primis claram.

Praeterea cum Bospori et Chersonis, quae urbes maritimae in eo littore trans paludem Maeotidem ultraque Tauros ac Tauroscythas ad imperii Ro-

B Ῥωμαίων ἀρχῆς, πεπονηκότα παντάπασι τὰ τείχη εὑρὼν ἐς μέγα τι κάλλους τε καὶ ἀσφαλείας κατεστήσατο χρῆμα. ἔνθα δὴ καὶ φρούρια πεποίηται τό τε Ἀλούστου καλούμενον καὶ τὸ ἐν Γορζουβίταις. διαφερόντως δὲ τὴν Βόσπορον τῷ ἐρύματι ἐκρατύνατο, ἥνπερ ἐκ παλαιοῦ βεβαρβαρωμένην, καὶ ὑπὸ τοῖς Οὔννοις κειμένην ἐς τὸ Ῥωμαίων αὐτὸς μετήνεγκε κράτος. ἔστι δέ τις ἐνταῦθα χώρα κατὰ τὴν παραλίαν, Δόρυ ὄνομα, ἵνα δὴ ἐκ παλαιοῦ Γότθοι ᾤκηνται, οἱ Θευδερίχῳ ἐς Ἰταλίαν ἰόντι οὐκ ἐπισπόμενοι, ἀλλ' ἐθελούσιοι αὐτοῦ μείναντες, Ῥωμαίων καὶ εἰς ἐμὲ εἰσι ἔνσπονδοι· ξυστρατεύουσί τε αὐτοῖς ἐπὶ πολεμίους τοὺς σφετέρους ἰοῦσιν,
C ἡνίκα ἂν βασιλεῖ βουλομένῳ εἴη. ἐξικνοῦνται δὲ ἐς τρισχιλίους, καὶ τά τε πολέμια ἔργα εἰσὶν ἄριστοι τά τε ἐς τὴν γεωργίαν αὐτουργοὶ δεξιοί, καὶ φιλοξενώτατοι δέ εἰσιν ἀνθρώπων ἁπάντων. αὐτὴ δὲ ἡ χώρα τὸ Δόρυ τῆς μὲν γῆς ἐν ὑψηλῷ κεῖται, οὐ μέντοι οὔτε τραχεῖα οὔτε σκληρά ἐστιν, ἀλλ' ἀγαθή τε καὶ εὔφορος καρπῶν τῶν ἀρίστων. πόλιν μὲν οὖν ἢ φρούριον οὐδαμῆ τῆς χώρας ὁ βασιλεὺς ἐδείματο ταύτης, καθείργεσθαι περιβόλοις τισὶν οὐκ ἀνεχομένων τῶν τῇδε ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐν πεδίῳ ἀσμενέστατα
V 436 ᾠκημένων ἀεί. ὅπη ποτὲ δὲ τῶν ἐκείνῃ χωρίων βάσιμα εὐπετῶς τοῖς ἐπιοῦσιν ἐδόκει εἶναι, ταύτας δὴ τειχίσμασι μακροῖς τὰς εἰσόδους περιβαλών, τὰς ἐκ τῆς ἐφόδου φροντίδας ἀνέστειλε Γότθοις. ταῦτα μὲν τῇδέ πῃ ἔχει.

D Πόλιν δέ τινα ἐπιθαλαττίαν οἰκοῦσι Θρᾷκες παρὰ τὴν ᾐόνα τοῦ Εὐξείνου πόντου, Ἀγχίαλον ὄνομα, ἧσπερ ἐν ἐπιτηδείῳ ἐπιμνησθείημεν ἄν, περιηγούμενοι τὰ ἐπὶ τῆς Θρᾴκης χωρία. ἐπεὶ

15. οὔτε — οὔτε] Legebatur οὐδὲ — οὐδέ.

mani limitem sitae sunt, cum, inquam, harum urbium muros funditus labascere comperisset, pulcherrimos fecit ac validissimos. Ibidem Alusti castellum extruxit et Gorzubitense. Praecipue vero urbem Bosporum muniit, quam barbaria pridem infectam, et in potestatem Hunnorum redactam, ad Romanam ditionem traduxerat. In illis partibus est Dory, maritima regio: ubi ab antiquo Gotthi habitant, qui Theodericum petentem Italiam non sunt secuti; at ibi sponte restitere, et Romanorum hac etiam aetate socii, ipsis militarem operam in expeditionibus navant, quando lubet imperatori: ter mille numero, bellatores optimi, iidemque gnavi agricolae, et mortalium omnium erga hospites humanissimi. Haec autem regio Dory, situ quidem edita, non tamen aspera durave est; sed bona, optimisque frugibus ferax: in qua nec castellum usquam nec oppidum condidit imperator. Quippe incolae muris claudi non sustinent, ruri semper habitare gaudentes unice. Qua vero facile eo penetrari posse videbatur, muris longis muniit aditus, et Gotthos ab hostium irruptionibus securos praestitit. Haec hactenus.

Anchialum Thraces incolunt, urbem maritimam in littore ponti Euxini. Illius quidem mentio suo loco incideret in descriptione Thraciae: sed quando

δὲ τανῦν ὁ λόγος ἡμῖν διελήλυθεν ὅσα παρὰ τὴν ἀκτὴν τοῦ Εὐξείνου πόντου δεδημιούργηται τῷ βασιλεῖ τούτῳ, οὐδέν τι χεῖρον ἀφηγήσεσθαι ἐνταῦθα τοῦ λόγου ὅσα δὴ ἐπὶ τῆς Ἀγχιάλου ταύτης ἐδείματο. ἐνταῦθα οὖν πηγαὶ θερμῶν φύσιν ὑδάτων ἀναβλυστάνουσι, τῆς πόλεως οὐ πολλῷ ἄποθεν ἀπαυτοματίζουσαι βαλανεῖα τοῖς τῇδε ἀνθρώποις· τοῦτον δὲ τὸν χῶρον ἀτείχιστον ἐκ παλαιοῦ ὄντα ὑπερεώρων οἱ προβεβασιλευκότες τὰ πρότερα, καίπερ ἐν γειτόνων ᾠκημένων αὐτῷ βαρβαρικῶν ἐθνῶν τοσούτων τὸ πλῆθος. P 64 ἐπιχωριάζόν τε αὐτῷ οἱ νενοσηκότες τὰ σώματα, μετὰ κινδύνων τὴν παραψυχὴν κομιζόμενοι. τειχήρη τοίνυν αὐτὸν ἐν τῷ παρόντι πεποιημένος Ἰουστινιανὸς βασιλεύς, ἀκίνδυνον διεπράξατο σφίσι τὴν ἄκεσιν εἶναι. τὰ μὲν οὖν γῆς τῆς ἑῴας, ἔτι μέντοι καὶ Ἀρ- H 33 μενίας καὶ Τζανικῆς ὀχυρώματα καὶ τά γε ἀμφὶ τὸν Εὔξεινον πόντον, τῇδε Ἰουστινιανῷ βασιλεῖ εἴργασται. ἡμῖν δὲ ἐνθένδε ἐπὶ τὰς οἰκοδομίας ἰτέον, ὥσπερ ἐν Εὐρώπῃ τῇ ἄλλῃ πεποίηται.

nos orationis cursus ad ea iam deduxit, quae in ora ponti Euxini imperator noster aedificavit, hic locus peraeque postulat ut quae Anchiali construxit edam. Non procul ab urbe fontes calidos terra fundit, qui balneas incolis sponte efficiunt. Locum hunc antiquitus immunitum priores imperatores per incuriam siverant patere barbaris, quamvis tot numero, ac vicinis. Qui male affecta habebant corpora, ibi sic agebant, ut non sine periculo morbis levarentur. Imperator autem Iustinianus murum loco circumdedit, itaque cum medela securitatem coniunxit. Hae sunt munitiones, quas Iustinianus Augustus in oriente, Armenia, Tzanicaque extruxit, ac praeterea circum pontum Euxinum: hinc ad eiusdem aedificia, quae in reliqua Europa extant, pergendum nobis.

ΠΡΟΚΟΠΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΩΣ

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΤΟΥ ΔΕΣΠΟΤΟΥ ΙΟΥΣΤΙΝΙΑΝΟΥ ΚΤΙΣΜΑΤΩΝ

ΛΟΓΟΣ Δ΄.

PROCOPII CAESARIENSIS

DE AEDIFICIIS DN. IUSTINIANI

LIBER IV.

P 65 Πέλαγος μέγα νηὶ διαπλεῦσαι ἀπαρασκεύῳ μοχθηρόν τε ἡγοῦμαι
V 487 εἶναι καὶ κινδύνων μεγάλων ἀτεχνῶς ἔμπλεων. ταὐτὸ δέ ἐστι τὰς
Ἰουστινιανοῦ βασιλέως οἰκοδομίας λόγῳ φαυλοτάτῳ διαμετρήσα-
σθαι. ψυχῆς γὰρ μεγέθει ὁ βασιλεὺς οὗτος τά τε ἄλλα, ὡς εἰ-
P 66 πεῖν, ἅπαντα καὶ τὰ ἐς τὰς οἰκοδομίας οὐδέν τι ἧσσον λόγου δια-
πέπρακται κρείσσω. ἐν δὲ δὴ τῇ Εὐρώπῃ καὶ τὴν ὑπουργίαν ἐν-
αρμόσασθαι τῷ τῆς χρείας ἀξιώματι διὰ σπουδῆς ἔχων ἔργα οὐκ
εὐδιήγητα οὐδὲ εἰς συγγραφὴν διαπεπόνηται πρόχειρα. γεγένη-
ται γὰρ ἐπαξίως τῷ τε γειτονήματι ποταμοῦ Ἴστρου καὶ τῇ ἐν-
θένδε διὰ τοὺς ἐγκειμένους τῇ χώρᾳ βαρβάρους ἀνάγκῃ. ἔθνη
γὰρ αὐτῇ γειτονοῦντα διακεκλήρωται Οὐννικά τε καὶ Γοτθικά, καὶ
τὰ ἐν Ταύροις καὶ τὰ ἐν Σκύθαις ἀνταίρει, καὶ ὅσα Σκλαβηνοὶ

Grave et magnis plenum ausum periculis videtur mihi vastum traiicere pelagus exarmato navigio. Idem vero est Iustiniani Aug. aedificia tenui oratione percurrere. Nam ille haec, aeque ut caetera, quaecumque aggressus est, supra historiae facultatem extulit animi magnitudine. Praesertim in Europa, cum studeret opem aequare necessitati, opera fecit, in quibus describendis et lingua et stylus vehementer laborent. Nimirum talia sunt, qualia postulat fluminis Istri vicinitas, et consequens inde necessitas, ob imminentes illis partibus barbaros. Et vero instant Hunni Gotthique accolae: vim faciunt gentes Tauricae Scythicaeque, Sclaveni, et quicunque vel Sau-

καὶ ὅσα ἄλλα, εἴτε Σαυρομάτας ἀμαξοβίους εἴτε μετανάστας ταῦτα
δὴ ἐκάλουν τὰ ἔθνη οἱ τῶν ἱστοριῶν ἀναγραψάμενοι τὰ ἀρχαιό-
τατα, καὶ εἴ τι ἄλλο θηριῶδες ἀνθρώπων γένος ἢ νέμεσθαι, ἢ B
ἱδρῦσθαι ἐνταῦθα ξυμβαίνει. οἷς δὴ ἀπέραντα πολεμησείουσιν
ὑπαντιάζειν διατεινομένῳ Ἰουστινιανῷ βασιλεῖ πάρεργόν τε οὐδὲν
ποιουμένῳ ἐπάναγκες ἦν ἐρύματά τε περιβάλλεσθαι ἀνάριθμα καὶ
στρατιωτῶν ἀμύθητα φυλακτήρια καταστήσασθαι, καὶ ὅσα ἄλλα
πολεμίοις ἀνεπικηρυκεύτοις τε καὶ ἀνεπιμίκτοις ἐμπόδια εἴη. οἷς
δὴ τοῖς πολεμίοις τὸν πόλεμον οὐκ ἐξ αἰτίας ἐγειρομένοις ποιεῖσθαι
νόμος, οὐδὲ μετὰ πρεσβείαν ἐπενεγκεῖν, οὐδὲ μὴν οὐδὲ ξυνθήκαις
διαλῦσαί τισιν, ἢ κατὰ χρόνον ἀνακωχεῦσαι, ἀλλ' ἐγχειρίσαι μὲν
ἀπροφασίστως, καταλῦσαι δὲ σιδήρῳ μόνῳ. ἀλλὰ καὶ ὣς ἐπὶ C
τῆς ἱστορίας τὰ λειπόμενα βαδιούμεθα. ἔργου γὰρ ἀρξαμένου V 438
τρόπῳ ὁτῳοῦν ἐς πέρας ἀφῖχθαι ξυνοίσει μᾶλλον ἢ ἀτελεύτητον
ἀπολιπόντας ὀπίσω ἰέναι. ἐπεὶ καὶ ἄλλως ἂν οὐκ ἔξω κατηγορίας
τὸ πρᾶγμα εἴη, βασιλέα μὲν τὸν ἡμέτερον εἰργάσθαι τὰ ἔργα,
ἡμᾶς δὲ τοὺς ὑπὲρ αὐτῶν ἀποκνεῖν λόγους. μέλλοντας δὲ τὰ Εὐ-
ρωπαῖα τούτου δὴ τοῦ βασιλέως διαριθμεῖσθαι οἰκοδομήματα,
ὀλίγα ἄττα ἀμφὶ τῇδε τῇ χώρᾳ ὑπειπεῖν ἄξιον.

Ἐκ τοῦ Ἀδριατικοῦ καλουμένου πελάγους ἐπιρροή τις διορ-
θουμένη τε καὶ ἀποσαλεύουσα τῆς ἄλλης θαλάσσης ἐπὶ τὴν ἤπει-
ρον ἀναβαίνει, καὶ σχίζουσα τὴν γῆν ἐπιπλεῖστον ποιεῖται τὸν Ἰό-
νιον κόλπον, ἐν δεξιᾷ μὲν Ἠπειρώτας τε καὶ τὰ ἄλλα ἐκείνῃ ἔθνη, D
ἐν ἀριστερᾷ δὲ Καλαβροὺς ἔχουσα, ἔν τε πορθμῷ ἐπὶ μακρότα-

1. ἄλλα] Vulgo ἄττα. 17. ὑπὲρ] ὑπ' Tolos.

romatae hamaxobii, vel metanastae ab historicis antiquissimis dicti sunt; ac si qua alia ferina hominum natio ibi domos habet, aut per pascua vagas, aut stabiles. Cum autem illis in bellum usque prurientibus occurrere contenderet Iustinianus Aug. nec defunctorie quidquam ageret, necesse habuit munitiones innumeras excitare, ac nescio quot praesidia militaria constituere, nihilque non obiicere, quo hostes implacabiles atque insociabiles arcerentur: bellum ita soliti facere, ut illud nec cum causa suscipiant, nec praevia clarigatione inferant, nec finiant aliqua compositione, vel pactis induciis intermittant, sed capessant absque praetextu, nec nisi ferro dirimant. Nihilominus ad reliquam historiam progrediemur. Nam praestat semel inchoatum opus ad finem perducere, quam retrocedendo relinquere imperfectum: maxime cum simus culpandi merito, si gravemur dicere quae principem nostrum non piguit benefacere. Prius autem quam Europaea ipsius aedificia recenseamus, pauca de hac orbis parte praefari convenit.

Ex Adriatico pelago aquarum pars influit recta in continentem, a reliquo mari abscedens, sinumque Ionium efficit, terram longo meatu ita scindens, ut a dextra Epirotas atque alias nationes, a laeva Calabros alluat.

τον θλιβομένη περιλαμβάνει τὴν ἤπειρον σχεδόν τι πᾶσαν. καθύπερθε δὲ ἀντιπρόσωπος τῇ θαλάσσῃ φερόμενος ποταμὸς Ἴστρος τῆς Εὐρώπης νησοειδῆ τὴν γῆν τίθεται. ἐνταῦθα οἰκοδομήματα πολλά τε καὶ ἀξιολογώτατα ὁ βασιλεὺς οὗτος πεποίηται. πᾶσαν γὰρ Εὐρώπην ἐς τὸ ἀσφαλὲς τειχισάμενος ἀπρόσβατον κατεστήσατο βαρβάροις εἶναι, οἳ δὴ ὑπὲρ Ἴστρου ποταμοῦ ᾤκηνται.

Ἀλλά μοι ἀπὸ τῆς τοῦ βασιλέως ἀρκτέον πατρίδος, ᾗ πασῶν μάλιστα τά τε πρωτεῖα ἐν πᾶσι τοῖς ἄλλοις καὶ τοῦδε τὰς ἀπαρ-
67 χὰς τοῦ λόγου δοτέον. αὐτῇ γὰρ ἂν μόνῃ ὀγκοῦσθαί τε καὶ διαθρύπτεσθαι καὶ ἀποσεμνύνεσθαι πρέπει βασιλέα Ῥωμαίοις θρεψαμένῃ τε καὶ παρασχομένῃ τοιοῦτον, οὗ δὴ τὰ ἔργα καὶ λόγῳ εἰπεῖν καὶ γραφῇ παρακαθέσθαι ἀμήχανα.

Ἐν Δαρδάνοις που τοῖς Εὐρωπαίοις, οἳ δὴ μετὰ τοὺς Ἐπιδαμνίων ὅρους ᾤκηνται, τοῦ φρουρίου ἄγχιστα, ὅπερ Βεδεριανὰ ἐπικαλεῖται, χωρίον Ταυρήσιον ὄνομα ἦν, ἔνθεν Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς ὁ τῆς οἰκουμένης οἰκιστὴς ὥρμηται. τοῦτο μὲν οὖν τὸ χωρίον ἐν βραχεῖ τειχισάμενος κατὰ τὸ τετράγωνον σχῆμα καὶ
B γωνίᾳ ἑκάστῃ πύργον ἐνθέμενος Τετραπυργίαν εἶναί τε καὶ καλεῖσθαι πεποίηκε. παρ' αὐτὸ δὲ μάλιστα τὸ χωρίον πόλιν ἐπιφανεστάτην ἐδείματο, ἥνπερ Ἰουστινιανὴν ὠνόμασε πρίμαν (πρώτη δὲ τοῦτο τῇ Λατίνων φωνῇ δύναται) ταῦτα τῇ θρεψαμένῃ τροφεῖα ἐκτίνων. καίτοι Ῥωμαίους ἐχρῆν ἅπαντας τοῦτο δὴ ἀλλήλοις ἐπικοινοῦσθαι τὸ ὄφλημα, ἐπεὶ καὶ σωτῆρα ἐθρέψατο ἡ χώρα κοινὸν ἅπασιν. ἐνταῦθα δὲ καὶ ὀχετὸν τεκτηνάμενος ὕδασι

15. Ταυρήσιον] ταύρισιν Tolos.

Arctum in spatium longissime se insinuans, totam fere continentem amplectitur. Supra vero fluvius Ister ex adverso decurrens, Europae dat formam insulae. Ibi imperator noster aedificia construxit plurima momenti maximi: his enim munita optime Europa, barbaris trans flumen Istrum habitantibus aditum intersepsit.

At mihi iam ordiendum ab imperatoris patria: cui cum primas partes in caeteris omnibus, tum primitias orationis debemus. Nam illa una efferre se, gestire ac triumphare merito potest, quod talem aluerit dederitque Romanis principem; cuius acta omnem dicendi scribendique facultatem excedunt.

Apud Dardanos Europaeos, qui post Epidamniorum terminos habitant, castello, cui nomen Bederiana, vicinum erat Tauresium; ubi natus est orbis reparator Iustinianus Augustus. Brevi spatio locum hunc moenibus quadratis circumdedit, singulisque angulis turri imposita effecit ut Tetrapyrgia seu quadriturrita reipsa esset ac diceretur. Iuxta eumdem locum, urbem condidit nobilissimam, ac Iustinianam *primam* Latino vocabulo appellavit, nutricationis mercedem altrici solvens. Quanquam Romanos omnes decebat communi studio praestare istud officium, cum illa regio communem omnium servatorem aluerit. Extructo ibidem aquaeductu, benigna aquarum pere-

τὴν πόλιν ἀειρρύτοις διεπράξατο ἐπιεικῶς πλήθειν. πολλὰ δὲ καὶ
ἄλλα τῷ τῆς πόλεως οἰκιστῇ ὑπέρογκά τε καὶ λόγου πολλοῦ δια-
πεπόνηται ἄξια. θεοῦ μὲν τεμένη διαριθμεῖσθαι οὐ ῥᾴδια, κα-
ταγώγια δὲ ἀρχόντων φράζεσθαι λόγῳ ἀμήχανα, στοῶν μεγέθη,
ἀγορῶν κάλλη, τὰς κρήνας, τὰς ἀγυιάς, τὰ βαλανεῖα, τὰ πωλη- C
τήρια. πόλις ἁπλῶς μεγάλη καὶ πολυάνθρωπος καὶ τὰ ἄλλα
εὐδαίμων καὶ οἵα τῆς χώρας ἁπάσης μητρόπολις εἶναι. εἰς ἀξιώ-
ματος γὰρ τοσόνδε ἥκει. πρὸς δὲ καὶ τῶν Ἰλλυριῶν ἀρχιερέα
διακεκλήρωται, τῶν ἄλλων πόλεων αὐτῇ, ἅτε πρώτῃ τὸ μέγεθος
οὔσῃ, ἐξισταμένων. ὥστε καὶ ἀνθυποὔργηκε τῷ βασιλεῖ κλέος.
ἡ μὲν γὰρ τροφίμῳ ἀποσεμνύνεται βασιλεῖ, ὁ δὲ ἀντιφιλοτιμεῖται H 34
δεδημιουργηκέναι τὴν πόλιν. καί μοι ἄχρι τοῦδε εἰπεῖν ἀποχρήσει.
ἅπαντα γὰρ ἐς τὸ ἀκριβὲς λεπτολογεῖν ἀμήχανον, ἐπεὶ τῷ βασι-
λεῖ προσηκούσης τῆς πόλεως ἐλασσοῦσθαι αὐτῆς ἅπαντα λόγον
ἐπάναγκες. D

Ἔτι μέντοι καὶ Βεδεριανὰ τὸ φρούριον ἀνοικοδομησάμενος
ὅλον πολλῷ ὀχυρώτερον κατεστήσατο. ἦν δέ τις ἐν Δαρδάνοις
ἐκ παλαιοῦ πόλις, ἥπερ Οὐλπιᾶνα ὠνόμαστο. ταύτης τὸν περί-
βολον καθελὼν ἐκ τοῦ ἐπιπλεῖστον (ἦν γὰρ σφαλερὸς ἐς τὰ μά-
λιστα καὶ ὅλως ἀχρεῖος) ἄλλα τε αὐτῇ παμπληθῆ ἐγκαλλωπίσματα
ποιησάμενος, ἔς τε τὴν νῦν μεταθέμενος εὐκοσμίαν, σεκοῦνδαν
αὐτὴν Ἰουστινιανὴν ἐπωνόμασεν. σεκοῦνδαν γὰρ τὴν δευτέραν V 439
Λατῖνοι λέγουσι. καὶ ἄλλην δὲ αὐτῇ πλησίον ἐδείματο πόλιν οὐ P 68
πρότερον οὖσαν, ἥνπερ Ἰουστινούπολιν τῷ θείῳ ἐπωνύμως ἐκά-
λεσεν. ἀλλὰ καὶ Σαρδικῆς καὶ Ναϊσουπόλεως, ἔτι μέντοι Γερ-

nitate civitatem instruxit, aliaque permulta urbis conditori gloriosa et praeclara admodum fecit. Nec promptum est deo dicatas aedes enumerare, nec nostrae facultatis describere magistratuum domos, porticuum amplitudinem, platearum decus, fontes, compita, balneas, rerum fora venalium. Ut paucis absolvam, urbs est magna, frequens, rebus omnibus beata, ac iure metropolis universae provinciae: ad tantam quippe dignitatem evecta est. Praeterea sedes est archiepiscopi Illyriorum, caeteris civitatibus ipsi, utpote omnium maximae, concedentibus: adeo ut honorem principi et gloriam referat. Nam illa quidem sese iactat alumno imperatore: hic vero, grata vice, urbe condita gloriatur. Hactenus dicta sufficiant: fieri enim profecto nequit ut singula accuratius persequamur: cum infra urbem imperatore dignam omnis oratio subsistat necesse sit.

Adhaec castellum Bederiana reaedificavit a fundamento, ac multo melius communivit. Erat apud Dardanos Ulpiana, urbs antiqua; cuius moenia cum sic labascerent, ut nulli essent usui, eorum partem maximam demolitus, subinde restituit, multisque ornamentis collatis, civitatem composuit, qualem hodie videre est, ac *secundam* Latino itidem vocabulo nuncupavit Iustinianam. Nec procul hinc novam urbem aliam condidit; quam de avunculi nomine Iustinopolin dixit. Sardicae, Naisopoleos, Germanae et Pantaliae mu-

μανῆς τε καὶ Πανταλείας διερρωγότα τῷ χρόνῳ τὰ τείχη εὑρὼν οἰκοδομησάμενός τε ξὺν τῷ ἀσφαλεῖ ἄμαχα τοῖς πολεμίοις διεπράξατο εἶναι. καὶ πολίχνια δὲ τούτων δὴ μεταξὺ ἐδείματο τρία, Κρατίσκαρά τε καὶ Κουιμέδαβα καὶ Ῥουμισίανα. οὕτω μὲν οὖν τάσδε τὰς πόλεις ἐκ θεμελίων ἀνέστησε. πρόβολον δὲ ἰσχυρότατον αὐτῶν τε καὶ πάσης Εὐρώπης Ἴστρον ποταμὸν ποιεῖσθαι ἐθέλων, B ἐρύμασι τοῦ ποταμοῦ τὴν ἠιόνα περιβάλλει συχνοῖς, ὥσπερ μοι γεγράψεται οὐ πολλῷ ὕστερον, φυλακτήριά τε στρατιωτῶν πανταχόθι τίθεται τῆς ἀκτῆς, ἀναχαιτίσοντα τὴν διάβασιν βεβαιότατα τοῖς τῇδε βαρβάροις. ἀλλὰ καὶ τούτων οἱ ἐξειργασμένων, ὑπόπτως ἐς τῆς ἀνθρωπείας ἐλπίδος τὸ σφαλερὸν ἔχων, λογισάμενός τε ὡς εἰ τοῖς πολεμίοις ὅτῳ δή ποτε τρόπῳ διαπορθμήσασθαι δυνατὰ εἴη, ἐπιθήσονται ἀφυλάκτοις τὸ παράπαν τοῖς ἀγροῖς οὖσι, καὶ ἀνθρώπους μὲν ἐξανδραποδιοῦσιν ἡβηδὸν ἅπαν-C τας, χρήματα δὲ λῄσονται πάντα, οὐκ ἐπὶ κοινῆς αὐτοῖς μόνον τὴν ἀσφάλειαν ἐν τοῖς κατὰ τὸν ποταμὸν ὀχυρώμασιν ἀπέλιπεν εἶναι, ἀλλὰ καὶ ἰδίαν πεποίηται· οὕτω συνεχῆ τὰ ἐρύματα ἐν τοῖς χωρίοις ἀπεργασάμενος ὥστε ἀγρὸς ἕκαστος ἢ φρούριον ἀποτετόρνευται, ἢ τῷ τετειχισμένῳ πρόσοικός ἐστιν, ἐνταῦθά τε κἀν τῇ Ἠπείρῳ τῇ τε νέᾳ καὶ τῇ παλαιᾷ καλουμένῃ. οὗ δὴ καὶ πόλις αὐτῷ πεποίηται Ἰουστινιανούπολις, ἡ πρότερον Ἀδριανούπολις καλουμένη.

Ἀνενεώσατο δὲ Νικόπολίν τε καὶ Φωτικὴν καὶ τὴν Φοινίκην ὠνομασμένην. αἱ δύο αὗται πολίχναι, ἥ τε Φωτικὴ καὶ ἡ Φοι-D νίκη, ἐν τῷ χθαμαλῷ τῆς γῆς ἔκειντο, ὕδασι περιρρεόμεναι τῇδε λιμνάζουσι. διὸ δὴ λογισάμενος Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς εἶναι ἀμή-

ros aevo solutos sic restauravit, ut ab hostibus expugnari iam nequeant. His urbibus tres alias minores interposuit, Cratiscara, Quimedaba et Rumisiana, easque a fundamentis aedificavit. Cum autem in animo haberet has urbes Europamque omnem Istro protegere; flumen illud crebris munitionibus, de quibus paulo infra agam, praetexuit, et in ripa stationarios milites, qui vicinos barbaros transitu fortissime prohiberent, passim constituit. Et quamvis haec peregisset, spei tamen humanae lubrico diffidens, ac secum reputans, si quo modo hostis traiiceret, infestis per agros plane immunitos excursibus, omnes sine ullo aetatis discrimine abstracturum in servitutem, et cunctas opes direpturum, non satis habuit impositis fluvio castellis incolas communis securitatis fecisse compotes, sed privatim etiam tutos reddidit campestribus tot munimentis, ut quilibet ager vel castellum habeat, vel munito loco vicinus sit, cum hic, tum in Epiro nova ac veteri: ubi et urbem fecit Iustinianopolin, quae prius Adrianopolis dicebatur.

Reparavit Nicopolin, Photicam et Phoenicem. Postrema haec duo oppida, in humilibus locis posita, stagnantes aquae circumfluunt. Quare Iustinianus Aug. fieri non posse intelligens, ut illis moenia excitaret, quae firmis

χανὰ ἐπὶ στερρᾶς θεμελίων συνθήκης περιβόλους αὐταῖς ἀναστῆναι, αὐτὰς μὲν ἐπὶ σχήματος τοῦ αὐτοῦ εἴασε, φρούρια δὲ αὐτῶν ἀγχοτάτω ἔν τε ἀνάντει καὶ ἰσχυρῶς ὀρθίῳ ἐδείματο. ἦν δέ τις ἐνταῦθα πόλις ἀρχαία, ὕδασιν ἐπιεικῶς κατακορὴς οὖσα, ὀνόματός τε τῆς τοῦ χωρίου φύσεως. Εὔροια γὰρ ἀνέκαθεν ὠνομάζετο. ταύτης δὲ τῆς Εὐροίας οὐ πολλῷ ἄποθεν λίμνη κέχυται καὶ νῆσος κατὰ μέσον ἀνέχει καὶ λόφος αὐτῇ ἐπανέστηκε. διαλείπει δὲ ἡ λίμνη τοσοῦτον, ὅσον τινὰ ἐν εἰσόδου μοίρᾳ τῇ νήσῳ λελεῖφθαι. ἔνθα δὴ βασιλεὺς τοὺς τῆς Εὐροίας μεταβιβάσας οἰκήτορας, πόλιν ὀχυρωτάτην οἰκοδομησάμενος ἐτειχίσατο.

β. Μετὰ δὲ τὴν Ἤπειρον ὅλην Αἰτωλούς τε καὶ Ἀκαρ- P 69
νᾶνας παραδραμόντι ὅ τε Κρισαῖος ἐκδέχεται κόλπος καὶ ὅ τε ἰσθμὸς ἥ τε Κόρινθος καὶ τὰ ἄλλα τῆς Ἑλλάδος χωρία. ἔνθα δὴ τῆς παρ' αὐτοῦ τὰ μάλιστα προνοίας ἠξίωνται. μάλιστα δὲ πάντων θαυμάσειεν ἄν τις ὁπόσοις περιβόλοις ἐτειχίσατο τὴν Ῥωμαίων ἀρχήν. τῶν τε γὰρ ἄλλων προὐνόησε πάντων καὶ οὐχ ἥκιστα τῶν ἐν Θερμοπύλαις ἀνόδων. πρῶτα μὲν οὖν τὰ τείχη ἐς ὕψος αὐτῷ ἀνέστη μέγα. ἦν γάρ, εἴ τις προσίοι, εὐπετῶς ἁλωτὰ καὶ οὐ τετειχισμένα τὰ ὄρη, ἃ ταύτῃ ἀνέχει, ἀλλ' ἀποτε- B
τριγγωμένα ἐδόκει εἶναι. οἷς δὴ καὶ διπλᾶς τὰς ἐπάλξεις ἐντέθειται πάσας. κατὰ ταῦτα δὲ κἂν τῷ φρουρίῳ ἐξείργασται, ὅπερ ἐκ παλαιοῦ ἐνταῦθα ἦν παρέργως οὕτω πεποιημένον τοῖς πάλαι ἀνθρώποις. διαρκές τε γὰρ αὐτῷ ὕψος ἐντέθεικε καὶ διπλοῦς τοὺς προμαχῶνας πεποίηται. πρὸς ἐπὶ τούτοις δὲ καὶ ἀνύδρῳ παντάπασιν ὄντι ταμιεῖον ὑετίων ὑδάτων ἐπετεχνήσατο. ἔπειτα

starent ac solidis fundamentis, neutrius sane formam mutavit, sed proxime in acclivi arduoque admodum iugo castella posuit. Erat in his partibus urbs antiqua, aquis abundans, et nomen nacta consentaneum naturae loci; quippe Euroea dicta antiquitus. Non procul Euroea lacus iacet, in cuius medio extat insula, unde collis eminet. Tantum vero interstitium terrae lacus relinquit, quantum satis est ad praebendum in insulam aditum. Illuc imperator traductis Euroeae incolis, urbem moenibus validissimam condidit.

2. Post Epirum totam, Aetolia Acarnaniaque percursis, succedunt sinus Crissaeus, Isthmus, Corinthus ac reliqua Graecia; ubi imperatoris providentia summe enituit. Mirandum in primis quot ille muris imperium Romanum firmaverit. Quae quidem ipsius cura se quovis extendit, maxime vero ad ascensus Thermopylarum. Ac primum, quoniam montes, qui illic eminent, occupari facile poterant, si quis tentaret; cum non tam muro, quam quodam septo muniti viderentur; multo altius eduxit muros ac pinnas omnes duplicavit. Idem praestitit in castello, quod simili negligentia aedificatum ibidem fuerat. Huic enim iustam addidit altitudinem, moeniumque minas duplices fecit. Praeterea summae loci ariditati prospexit, extructo aquae pluviae receptaculo. Deinde complures ascensus, immunitos ac per-

V 440 δὲ καὶ ἀνόδους πολλὰς ἀφυλάκτους τε καὶ ἀτειχίστους τὰ πρότερα
οὔσας ἐς τὸ ἀκριβὲς ἐτειχίσατο. θαυμάσειεν ἄν τις εἰκότως τὸν
C Περσῶν βασιλέα, ὅτι δὴ χρόνον ἐνταῦθα κατατρίψας πολὺν, μίαν
τινὰ στενὴν ἀτραπὸν εὕρατο, καὶ ταῦτα προδοτῶν Ἑλλήνων τυχὼν,
ὁδῶν τε ἀτειχίστων ἐκείνῃ πολλῶν καὶ ἁμαξιτῶν σχεδόν τι οὐσῶν.
ἥ τε γὰρ θάλασσα τοὺς πρόποδας ἐπικλύζουσα τῶν ὀρῶν, ἀνεστο-
μωμένας ἐκ τοῦ ἐπιπλεῖστον ἐποιεῖτο εἶναι τὰς ἐνθένδε ἀνόδους,
καὶ σηράγγων τε καὶ χαραδρῶν ἀδιεξόδων ἐνταῦθα οὐσῶν, ἀμή-
χανα ἔδοξεν εἶναι τοῖς πάλαι ἀνθρώποις τειχίσμασιν ἐς τὸ ἀκριβὲς
περιβαλέσθαι τὰ διῃρημένα τῇ φύσει, τῇ τε πρὸς τὰ χαλεπώτατα
D τῶν ἔργων ὀκνήσει ἀταλαιπώρως ἀφέμενοι τὴν ἀσφάλειαν, ἐπὶ τῇ
τύχῃ κατέλιπον, ἐς τὴν ἐσομένην βαρβάροις τῆς ὁδοῦ ἄγνοιαν ἀπο-
θέμενοι τὰς τῆς σωτηρίας ἐλπίδας. ἐπεὶ πρὸς τὴν ταλαιπωρίαν
ἀπολέγοντες ἀεὶ ἄνθρωποι, τὰ σφίσιν αὐτοῖς δυσκολώτατα δό-
ξαντα εἶναι οὐδὲ ἄλλοις τισὶν οἴονται ῥᾴδια ἔσεσθαι. διὸ δὴ οὐκ
H 35 ἄν τις ἔτι φιλονεικοίη μὴ οὐχὶ ἀνθρώπων ἁπάντων, οἳ δὴ ἐς τὸν
πάντα αἰῶνα γεγένηνται, Ἰουστινιανὸν βασιλέα προμηθέστατον
γεγονέναι καὶ διαφερόντως ἐπιμελέστατον, ᾧ γε οὐδὲ θάλασσα
χαλεπὴ γέγονε, γειτνιῶσά τε τοῖς ὄρεσι καὶ περιχεομένη καὶ ἐπι-
κλύζουσα, ἐν κλυδωνίῳ τε καὶ ψάμμῳ ὑγρᾷ τοῖς θεμελίοις στηρί-
P 70 ζεσθαι, καὶ τοῖς ἐναντιωτάτοις διαφανῶς ἐναρμόζεσθαι· ἀνθρώ-
πων τε προσχωρεῖν τέχνῃ καὶ βιαζομένοις ὑπείκειν. οὐ μέντοι
οὐδὲ τὰς λόχμας καὶ νάπας ἀλλήλαις ἀνάψας, οὐδὲ τὴν θάλασ-
σαν τῷ ὄρει ἐναρμοσάμενος ὁ βασιλεὺς οὗτος, ὅλην τε τὴν Ἑλλάδα
περιβαλὼν τοῖς ὀχυρώμασι, κατέπαυσε τὴν ὑπὲρ τῶν κατηκόων

vios, muris diligenter obstruxit. Porro mirum cuipiam merito videatur, quod olim Persarum rex, multo hic consumpto tempore, unum duntaxat tramitem invenerit angustissimum, idque Graecorum proditorum indicio: cum ibi non pauca essent itinera nullo praeclusa muro, ac plaustrorum fere capacia. Nam et mare radices montium inundans, vias, quae inde ascensum dabant, longe laxaverat, et cum terra intercisa esset hiatibus alveisque torrentium imperviis, rebantur veteres fieri non posse, ut quae natura divisisset, ea muri bene complecterentur. Tum etiam difficiliorum operum inertia odio capti, omissam a se loci defensionem permittebant fortunae, spe salutis in eo iacta, quod viam barbari ignoraturi essent. Eo vero qui laborem defugiunt, quae ipsis videntur operosa, ea nec aliis facilia fore putant. Quare nemo posthac Iustiniano Aug. laudem hanc eripere contendat, ipsum omnibus, quotquot unquam fuerunt, providentia ac sedulitate antecelluisse: qui mare montibus vicinum, atque adeo circumfusum inundansque, coëgerit firma in fluctibus humectoque in sabulo fundamenta accipere; rebus, quas manifesto contrarias patitur, sese accommodare; arti humanae cedere, et vim afferentibus famulari. Cum autem lucos saltusque iunxisset, ad montes admovisset mare, totamque Graeciam cinxisset munitionibus, non finem aut modum pro-

σπουδὴν, ἀλλὰ καὶ φρούρια πολλὰ τοῦ τείχους ἐντὸς ἐτεκτήνατο, ἄξια τύχης τῆς ἀνθρωπείας βεβουλευμένος, ᾗ βέβαιον οὐδὲν οὐδὲ ἀκαταγώνιστον γίνεται. ὥστε εἰ τοῖς τείχεσι τούτοις τρόπῳ ὁτῳοῦν ἢ χρόνῳ ἁλῶναι ξυμβαίη, ἐν τοῖς φρουρίοις τὰ φυλακτήρια διασώζοιτο. καὶ μὴν καὶ σιτῶνας ἐν τῷ ἀσφαλεῖ καὶ ὑδάτων B ἔλυτρα πανταχόθι πεποίηται, στρατιώτας τε φρουροὺς ἐς δισχιλίους μάλιστα τῇδε ἱδρύσατο· ὃ οὐδέ τις τῶν πρώην βασιλέων πώποτε ἐκ τοῦ παντὸς χρόνου πεποίηκεν. ἀφύλακτα γὰρ τὸ παράπαν τὰ τείχη ταῦτα ἄνωθέν τε καὶ ἐς ἐμὲ ἦν, ἀγροίκων τε τῶν ἐπιχωρίων τινὲς τῶν πολεμίων καταθεόντων μεθαρμοσάμενοι τὴν δίαιταν ἐν τῷ παραυτίκα, ἐπὶ καιροῦ τε αὐτοσχεδιάζοντες τὰ πολέμια, ἐκ περιτροπῆς ἐνταῦθα ἐφρούρουν, ἁλώσιμοί τε τοῖς πολεμίοις ἀπειρίᾳ τοῦ ἔργου ῥᾷστα ξὺν τῇ Ἑλλάδι ἐγίνοντο, ταύτῃ τε τῇ σμικρολογίᾳ ἡ χώρα ἐπὶ μακρότατον ἀπέκειτο ἐπιοῦσι βαρβάροις.

Οὕτω μὲν Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς τὰ ἐν Θερμοπύλαις ἐρύματα C ἐκρατύνατο. καὶ πόλεων δὲ ἁπασῶν, αἵπερ αὐτῶν ἐκτὸς τῇ χώρᾳ ἐξικανοῦσιν οὖσαι, ξὺν ἐπιμελείᾳ πολλῇ τείχη ᾠκοδομήσατο ἰσχυρά, ἔν τε Σάκκῳ καὶ Ὑπάτῃ καὶ Κορακίοις καὶ Οὔννῳ καὶ Βαλέαις καὶ τῷ καλουμένῳ Λεονταρίῳ. ἐν δὲ τῇ Ἡρακλείᾳ πεποίηται τάδε. ἐξ Ἰλλυριῶν ἐς Ἑλλάδα ἰόντι, ὄρη δύο ἐπὶ μακρότατον ἀλλήλοιν ὡς ἀγχοτάτω ξυνίασι, στενωπὸν ἐν βραχεῖ ἀπεργαζόμενα τὴν μεταξὺ χώραν (Κλεισούρας νενομίκασι τὰ τοιαῦτα καλεῖν)· πηγὴ δὲ κατὰ μέσον κάτεισιν, ἐν μὲν ὥρᾳ θερινῇ

fuit amori illi suo in subditos; sed insuper multa intra muros castella aedificavit, consilio sane opposito ad humanam fortunam, cui nihil firmum est, nihil invictum: ut si quando his muris quomodocumque hostis potiretur, praesidiarii se in castella reciperent. Quin et horrea in tuto, et aquarum receptacula ubique fecit: ibidem stationarios milites ad duo fere millia collocavit: quod ante ipsum omni memoria nullus fecerat imperator. Quondam enim, ac nostra etiam aetate, muri illi a defensoribus plane vacui fuerant. Si quando hostes incursiones facerent, agrestes indigenae, mutato repente instituto, ex tempore bellatores prodibant, ibique in orbem custodiam agitabat: sed eorum imperitia faciebat, ut cum ipsis Graecia in potestatem hostium facillime caderet. Eiusmodi parsimonia in causa fuit, cur illa regio diutissime patuerit barbarorum incursibus.

Λίμνην δέ τινα εἶναι ἄγχιστα τοῦ Ῥηγίου καλουμένου ξυμβαίνει, ἐς ἣν τὰς ἐκβολὰς ἔχουσι ποταμοὶ ἐκ χωρίων τῶν ὕπερθεν τῇδε φερόμενοι. διακέχυται δὲ ἡ λίμνη αὕτη μέχρι ἐς θάλασσαν· ὥστε μία τις ἀμφοτέραιν ἀκτὴ ἐν στενῷ μάλιστα τυγχάνει οὖσα. ταύτην δὲ ἄμφω ἐπικλύζουσι τὴν ἀκτὴν ἀντικυματοῦσαι καὶ ἀλλήλοις ἀντιμυκώμεναι. ἀεί τε ἀλλήλαις εὐθὺ ἵενται τὴν ἠιόνα ἐπικοινούμεναι. ἐπειδὰν δὲ ὡς πλησιαίτατα ἵκωνται, ἀναχαιτίζουσι τὴν ἐπιρροήν, ἐφ' ἑαυτὰς ἐπιστρέφουσαι, ὥσπερ ἐνταῦθα τὰ ὅρια B σφίσι πηξάμεναι. ἔστι δὲ καὶ ἀλλήλαις οὐ ἀναμίγνυνται, πορθμόν τινα μεταξὺ ἔχουσαι, ἄδηλον ὂν ὁποτέρα ποτὲ αὐτῶν τὸ τοῦ πορθμοῦ ὕδωρ διακεκλήρωται. οὔτε γὰρ ἡ τῆς θαλάσσης ἐπιρροὴ ἐς τὴν λίμνην ἀεὶ φέρεται οὔτε διηνεκὲς ἐς τὴν θάλασσαν τὴν λίμνην ἐκβάλλει, ἀλλ' ὄμβρων μὲν ἐπιγενομένων πολλῶν, ἐπιπνεύσαντός τε ἀνέμου νότου, ἐκ τῆς λίμνης ὁ πορθμὸς προϊὼν φαίνεται. ἢν δὲ ἀπὸ βορρᾶ τὸ πνεῦμα ἴοι, ἡ θάλασσα τὴν λίμνην ἐπικλύζειν δοκεῖ. ἐν τούτῳ μέντοι ἡ θάλασσα τῷ χώρῳ ἐς βράχος κατατείνει παμμεγέθες, ὀλίγης τινὸς ἀπολελειμμένης μεταξὺ χώρας, ἥπερ διήκει ἐς ἄβυσσον. ἐς τοσόνδε τυγχάνει οὖσα, ὥστε δὴ καὶ Μύρμηξ ὠνόμασται. οὗτος δὲ ὁ πορθμός, ὅ τε τὴν θάλασσαν C καὶ τὴν λίμνην ζευγνύων, ἧπέρ μοι εἴρηται, πάλαι μὲν γεφύρᾳ ξυλίνῃ διάβατος ἦν ἐπικινδύνῳ μάλιστα τοῖς τῇδε ἰοῦσιν, ἐπεὶ τοῖς ξύλοις, ἂν οὕτω τύχοι, διεφθείροντο· νῦν δὲ αὐτὴν Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς λίθοις λογάδην ἐμβεβλημένοις ἐς ἀψῖδας

Tam apte complanati laevigatique sunt, ut non commissi inter se neque accurate compacti, sed in unum coaliti videantur. Sed haec hactenus.

Stagnum est Rhegio proximum. Hoc amnes ex locis altioribus decurrentes accipit, et ad mare usque diffunditur; ita nt commune habeat cum eo littus, idque angustissimum: quod ambo inundant, adversis fluctibus mutuo cum fremitu concurrentia. Semper enim contrarie procedunt, communi littore: ut proxime accesserunt, cursum retorquent seque referunt, quasi illic sibi terminos fixerint. Ubi miscentur, fretum quoddam est interiectum, cuius aquam utrum ipsorum sibi vindicet, parum constat. Nam nec mare semper stagno infunditur, nec stagnum semper in mare influit: sed post largos imbres, flante austro, e stagno fretum manifeste progreditur: rursus spirante borea, exundare videtur mare in stagnum. Eo loci in brevia longe excurrit mare, spatio intercedente arctissimo, quod ad profundum aequor porrigitur, tamque angustum est, ut Myrmex appelletur. Fretum illud, quo mare, ut dixi, cum stagno copulatur, transitum habebat olim ponte coniunctum ligneo, non sine gravi periculo transeuntium: qui, si fors ita ferret, cum lignis mersi

μετεωρίσας μέγα τι χρῆμα, τὴν ἐκείνῃ διάβασιν ἀκίνδυνον κατεστήσατο.

Τοῦ δὲ Ῥηγίου ἐπέκεινα πόλις ἐστί που Ἀθύρας ὄνομα,
ἥσπερ τοὺς οἰκήτορας δίψῃ δεινοτάτῃ ἐχομένους εὑρὼν τὴν ἀπο-
ρίαν διέλυσε σφίσιν, ἔλυτρον ἐνταῦθα δειμάμενος, θησαυρίζων
μὲν ἐπικαιριώτατα τὴν τῶν ὑδάτων οὐκ ἀναγκαίαν περιουσίαν,
πρυτανεύων δὲ αὐτὴν ἐν ἐπιτηδείῳ τοῖς τῇδε ἀνθρώποις. ἀνῳ-
D κοδομήσατο δὲ καὶ τὰ πεπονθότα τοῦ περιβόλου.

Ἔστι δὲ μετὰ τὴν Ἀθύραν τις χῶρος, ὅνπερ Ἐπισκοπεῖα
καλοῦσιν οἱ ἐπιχώριοι. ὃν δὴ κατανενοηκὼς Ἰουστινιανὸς βασι-
λεὺς ταῖς τῶν πολεμίων ἐπιδρομαῖς ὑποκείμενον, ἐπιπλεῖστον δὲ,
ὡς οὐδαμῇ ὀχυρώματος ὄντος, ἀφύλακτα παντάπασιν ὄντα τὰ
ἐκείνῃ χωρία, φρούριον ἐνταῦθα ἐδείματο· οὗ δὴ τοὺς πύργους
H 42 πεποίηται οὐχ ᾗπερ εἰώθει, ἀλλὰ τρόπῳ τοιῷδε. προὔχει τις ἐκ
τοῦ περιβόλου οἰκοδομία, στενωτάτη μὲν κατ' ἀρχὰς οὖσα, τε-
λευτῶσα δὲ ἐς εὖρος μέγα· ἐφ' οὗ δὴ ἕκαστος ἐξείργασται πύρ-
γος. ταύτῃ τε τοῖς πολεμίοις ἄγχιστά πη τοῦ τείχους ἰέναι ἀμή-
P 86 χανά ἐστιν, ἐπεὶ τῶν πύργων κατὰ μέσον γενόμενοι ἐν ἀμφιβόλῳ
κατὰ κορυφὴν πρὸς τῶν ἐκείνῃ φρουρῶν ῥᾷστα βαλλόμενοι δια-
φθείρονται. τάς τε πύλας ἐνταῦθα οὐ κατὰ τὰ ξυνειθισμένα τῶν
πύργων μεταξὺ ἔθεντο, ἀλλ' ἐκ πλαγίας κατὰ τὸ ἐν στενῷ προὖχον
τοῦ τείχους, οὐχ ὁρωμένας τοῖς πολεμίοις, ἀλλ' ὄπισθεν διαλαν-
θανούσας. ἐνταῦθα Θεόδωρος βασιλεῖ τὴν ὑπουργίαν παρέσχετο,
Σιλεντιάριος τὴν ἀρχὴν, συνετὸς μάλιστα. τοῦτο μὲν οὖν τὸ

3. Ἀθύρας] ἐθύρας Tolos.

interibant. At nunc Iustinianus Aug. ponte in altissimos arcus educto concinna lapidum selectorum structura, tutum illac transitum dedit.

Ultra Rhegium urbs est Athyra: cuius incolas siti gravissima, qua urgeri ipsos compererat, levavit, extructis ibi cisternis, in quibus aquae maior copia quam postularet necessitas asservaretur et opportune civibus praeberetur. Murorum etiam ruinas instauravit.

Post Athyram locus est, quem Episcopia vocant indigenae. Hunc imp. Iustinianus hostium incursionibus expositum animadvertens, tractumque illum nusquam munitum ac prorsus indefensum patere, castellum ibi condidit, cuius turres hoc modo, non solito, extructae sunt. Ex muro fabrica prominet, angustissima illa quidem initio, sed in amplam desinens latitudinem: eiusmodi proiecturae unaquaeque est turris imposita. Quo fit ut hostes propius ad muros accedere nequeant: quippe inter turres hinc inde defensorum telis facillime ex edito confixi cadunt. Nec portae consuetum locum obtinent inter turres: sed oblique sunt positae ad angustas illas eminentias muri, aversaeque ab hostium oculis pone latent. In his imperatori navavit operam Theodorus Silentiarius, singulari vir intelligentia. Ita quidem locus ille est

ἔρυμα τῇδε πεποίηται. ἐπὶ τείχη δὲ τὰ μακρὰ ἐνθένδε ἰόντας ὀλίγα ὑπειπεῖν ἄξιον.

θʹ. Ἡ θάλασσα ἐξ ὠκεανοῦ καὶ Ἱσπανίας γῆν τὴν Εὐρωπαίαν B ἀριστερᾷ ποιουμένη μέχρι μὲν ἐς Θρᾴκην κατὰ ταῦτα χωρεῖ V 452 πρὸς ἀνίσχοντά που τὸν ἥλιον, ἔνθεν δὲ σχιζομένη πῇ μὲν ἐπὶ τὴν ἑῴαν στέλλεται μοῖραν, πῇ δὲ κατὰ βραχὺ ἐγκαρσία γεγενημένη τὸν Εὔξεινον καλούμενον ἀποτελεῖ πόντον. ἐς Βυζάντιον δὲ ἀφικομένη ὥσπερ ἐπὶ νύσσης τινὸς καμπὴν ποιεῖται ἀμφὶ τὰ πρὸς ἕω τῆς πόλεως, πλαγία τε πολλῷ μᾶλλον ἔτι γινομένη ἐν πορθμῷ ἵεται, ἰσθμὸν τῆς Θρᾴκης τά τε πρόσω καὶ ὀπίσω, ὡς τὸ εἰκός, ἐργαζομένη. οὐχ ὅτι ἐς ἐκροὰς ἐνταῦθα ἡ θάλασσα C μερίζεται δύο, ᾗπερ ἐν τοῖς ἄλλοις ἰσθμοῖς εἴωθεν, ἀλλὰ περιστρεφομένη τε θαυμασίως ὡς καὶ περιβαλλομένη ἑκατέρωθεν Θρᾴκην τε τὴν ἄλλην καὶ διαφερόντως τὰ ἐπὶ Βυζαντίου προάστεια πάντα. οἰκοδομοῦνται δὲ καὶ περιστέλλουσιν οἱ ταύτῃ ἄνθρωποι τὰ προάστεια οὐχ ὅσον ἐς χρείαν, ἀλλ' ἐς ὕβριν τε καὶ τρυφὴν ὅρον οὐκ ἔχουσαν, καὶ ὅσα ἄλλα πλούτου ἐξουσία ἐς τοὺς ἀνθρώπους ἰοῦσα ποιεῖ. ἔπιπλά τε κατατίθενται ἐνταῦθα πολλὰ καὶ διαπονήματα ἐν αὐτοῖς ἐνδελεχέστατα ἔχουσιν· ἐπειδὰν οὖν καταθεῖν τινας τῶν πολεμίων γῆν τὴν Ῥωμαίων ἐξαπιναίως ξυνενεχθείη, οὐδὲν ὁμοίως τοῖς ἄλλοις χωρίοις προστρίβεσθαι τὴν ζημίαν ἐνταῦθα ξυμβαίνει, ἀλλὰ κακοῖς ἄγαν τοῖς ἀνηκέστοις βα- D ρύνεσθαι τὰ ἐκείνῃ χωρία. ὃ δὴ ἀναστέλλειν Ἀναστάσιος βασιλεὺς διὰ σπουδῆς ἔχων ἐν χώροις οὐχ ἧσσον ἢ τεσσαράκοντα σημείοις τοῦ Βυζαντίου διέχουσι μακρὰ οἰκοδομησάμενος τείχη,

communitus: hinc vero priusquam accedamus ad muros longos, pauca praefari convenit.

9. Mare ab oceano Hispaniaque sese insinuans, Europam seponit ad laevam, et orientem aequaliter petit, donec Thraciam attigit. Hinc se ita findit, ut pars ad ortum pergat, pars obliquo sensim meatu pontum efficiat Euxinum. Ut Byzantium pervenit, ad exortivum urbis latus, tanquam ad metam, cursum flectit: tum se multo magis obliquans procurrit in sinum, et, quod consequens est, ex Thraciae parte, quam a fronte et tergo intercipit, Isthmum facit; non quod ibi mare, sicuti ad isthmos caeteros assolet, in recessus geminos divisum hinc inde sit, sed quia mirabili flexione cum reliquam Thraciam utrinque amplectitur, tum vero maxime suburbanum agrum omnem Byzantii. Hunc aedificiis cives occupant decorantque, non solum ad vitae usus, sed ad luxum etiam insolentem deliciasque immodicas, et ad omnem licentiam, quam affert mortalibus opulentia. Multam ibi supellectilem reponunt; multa singulari arte elaborata asservant. Haec autem loca non minus detrimenti quam caetera ex hostium repentinis in Rom. imperium incursionibus accipiebant: quin et omnium pessime vastabantur. Malum avertere satagens imp. Anastasius, quadragesimo ab urbe lapide longos muros aedifica-

ἄμφω τῆς θαλάσσης τὰς ἀκτὰς ἔζευξεν, οὗ δὴ ἀλλήλαιν διεστήκασιν ὁδῷ ἡμέραιν δυεῖν μάλιστα· ταύτῃ τε ἅπαντα ἐν τῷ ἐχυρῷ καθεστάναι τὰ ἐντὸς ᾤετο. ἦν δὲ ἄρα μειζόνων τοῦτο συμφορῶν αἴτιον. οὔτε γὰρ οἷόν τε ἦν οἰκοδομίαν τοσαύτην τὸ μέγεθος ἢ
P 87 ἐς τὸ ἀσφαλὲς ἐξειργάσθαι, ἢ φρουρεῖσθαι ξὺν τῷ ἀκριβεῖ. ἐπειδάν τε μοίρᾳ τινὶ τούτων δὴ τῶν μακρῶν τειχῶν ἐπισκήψαιεν οἱ πολέμιοι, καὶ τοὺς φρουροὺς ἅπαντας ὑποχειρίους ἐποιοῦντο οὐδενὶ πόνῳ, τοῖς τε ἄλλοις ἐπιπίπτοντες ἀπροσδόκητοι κακὰ οὐκ εὐδιήγητα ἐξειργάζοντο.

Ἀλλὰ βασιλεὺς τά τε πεπονθότα τούτων δὴ ἀνοικοδομησάμενος τῶν τειχῶν, τά τε σφαλερὰ ἐπὶ τὸ ἐχυρώτατον κρατυνάμενος τῶν φρουρῶν ἕνεκα, προσεπετεχνήσατο τάδε. τὰς μὲν ἐξόδους, αἵπερ ἐκ πύργου ἑκάστου ἐς τοὺς αὐτοῦ ἐχομένους ἐξάγουσιν, ἐφράξατο πάσας. ἄνοδον δὲ καθ' ἕκαστον ἐκ τοῦ ἐδάφους
B ἔντοσθεν ἐτεκτήνατο μίαν· ἥνπερ ἐπὶ καιροῦ καθειργοῦντες οἱ ταύτῃ φρουροὶ τοὺς πολεμίους περιφρονοῦσι τοῦ περιβόλου ἐντὸς γενομένους· ἐπεὶ πύργος ἐς ἀσφάλειαν ἕκαστος αὐτὸς κατὰ μόνας τοῖς φρουροῖς ἀπόχρη. καὶ τούτων δὴ τῶν τειχῶν ἐντὸς τὰ ἐς ἀσφάλειαν ἐνδελεχέστατα διεπράξατο, τά τε ἄλλα πεποιημένος ᾗπέρ μοι ἔναγχος εἴρηται καὶ πόλεως Σηλυβρίας ἀνανεωσάμενος ὅσα πεπονθότα τοῦ περιβόλου ἐτύγχανεν. ἐπὶ μὲν οὖν τῶν μακρῶν τειχῶν ταῦτα Ἰουστινιανῷ βασιλεῖ εἴργασται.

Ἡράκλεια δὲ ἡ πόλις ἥδε, ἡ παραλία, ἡ ἐν γειτόνων, ἡ Πέρινθος (ᾗ πάλαι μὲν τὰ πρωτεῖα τῆς Εὐρώπης ἐδίδοσαν, νῦν δὲ δὴ μετά γε Κωνσταντινούπολιν τὰ δευτερεῖα παρέχονται) δι-

vit, quibus gemina iunxit maris littora, ubi inter se bidui fere distant. Quo facto, quaecumque cis muros erant, ea se in tuto collocasse existimabat. Verum hinc maiora incommoda nascebantur. Neque enim fieri poterat ut opus adeo spatiosum vel satis haberet firmitatis, vel diligenter custodiretur. Certe hostes, quacumque muros longos invaderent, omnes partis illius custodes opprimebant nullo negotio, caeterosque ex improviso adorti, calamitatem inferebant, quantam nemo verbis facile exponat.

At imperator noster, cum horum ruinas murorum reparasset, et partes caducas defensorum causa firmasset optime, hoc adiecit inventum artis. Omnes cuiusque turris ad turres vicinas exitus obstruxit, et intra singulas unum a solo ascensum fecit; quem in tempore obdentes propugnatores hostem, muros licet transgressum, rident, quoniam suis quaeque custodiis turris sufficit. Intra murorum ambitum perfectam peperit securitatem, non solum factis quae modo retuli, sed restauratis etiam ruinis moenium urbis Selybriae. Haec Iustinianus Aug. egit ad muros longos.

Urbs vero Heraclea, maritima illa ac vicina, alioque nomine Perinthus dicta, quae olim locum in Europa principem tenuit, nunc uni cedit Constan-

ψῶσά τε καὶ λίαν αὐχμῶσα ἔναγχος ἔκειτο, οὐχ ὅτι ἄνυδρος ἡ C
ἀμφ᾽ αὐτὴν χώρα οὐδὲ ὅτι ἀπημέλητο ταῦτα τοῖς ἐκ παλαιοῦ δει- H 43
μαμένοις τὴν πόλιν, ἐπεὶ καὶ κατάρρυτος Εὐρώπη ταῖς κρήναις,
καὶ ποιεῖσθαι τοῖς πάλαι ἀνθρώποις ὀχετοὺς ἔμελεν, ἀλλὰ τὰ ξυν-
ειθισμένα ποιῶν ὁ χρόνος τῇ πόλει τὴν ὀχεταγωγίαν ἀνῄρηκεν,
ἢ καταγεγηρακυῖαν τὴν οἰκοδομίαν ὑπεριδὼν, ἢ τῷ μὴ ἐπιμελεῖ- V 453
σθαι τοὺς Ἡρακλεώτας αὐτῆς ἐπὶ τὴν φθορὰν ποδηγούμενος.
ὀλίγου τε ἀοίκητος διὰ τοῦτο Ἡράκλεια ἐλέλειπτο εἶναι. ταὐτὸ
δὲ τοῦτο καὶ τὰ ἐκείνῃ βασίλεια ὁ χρόνος ἐποίει ἀξιοθέατα ἐπιει-
κῶς ὄντα. βασιλεὺς δὲ Ἰουστινιανὸς οὐ παρέργως, ἀλλὰ βασιλι-
κῶς μάλιστα, τὴν πόλιν ἰδὼν, ὕδασί τε αὐτὴν ποτίμοις καὶ διει- D
δέσι ἐπέκλυσε, καὶ τῶν βασιλείων ἀποστερεῖσθαι τοῦ ἀξιώματος
ὡς ἥκιστα συνεχώρησεν, ἀνοικοδομησάμενος ἅπαντα.

Ἡρακλείας δὲ ἄποθεν ἡμέρας ὁδὸν χωρίον ἐπιθαλασσίδιον
ἦν, Ῥαιδεστὸς ὄνομα, παρὰ πλοῦ μὲν ἐφ᾽ Ἑλλησπόντου καλῶς
κείμενον, εὐλίμενον δὲ καὶ τῇ κατὰ θάλασσαν ἐργασίᾳ ἐπιτηδείως
ἔχον τοῖς ἐμπορίᾳ ναυτιλλομένοις καταίρειν τε καὶ ἀποφορτίζεσθαι
προσηνῶς μάλιστα, καὶ αὖ πάλιν ἀνάγεσθαι οὐδενὶ πόνῳ ἐμπλη-
σαμένοις τοῦ γόμου τὰ πλοῖα· βαρβάροις δὲ ἀποκείμενον κατα-
θέουσιν, ἂν οὕτω τύχοι, ἐξαπιναίως τὰ ἐκείνῃ χωρία, τῷ μήτε
ἀποτετριγχωμένον μήτε τῇ φύσει δυσπρόσοδον εἶναι. ὥστε καὶ
τοῖς ἐμπόροις δέει τοῦ κινδύνου ὑπεροφθὲν ἐν ὀλιγωρίᾳ ἐγένετο. P 88
νῦν δὲ βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς οὐχ ὅσον τῷ χωρίῳ τὴν ἀσφάλειαν
προσεποίησεν, ἀλλὰ καὶ τοὺς περιοίκους ἰσώσατο πάντας. ἐπὶ

17. ἀποφορτίζεσθαι] ἀμφοτερίζεσθαι Tolos.

inopoli, haud ita pridem siticulosa aridaque iacebat; non quod circumiectus ager siccus sit, aut prisci urbis conditores aquam providere neglexerint: cum et fontibus Europa benignissime rigetur, et aquaeductum extruendum curarint veteres: sed aevum solita malignitate illum urbi corruperat, seu vetusti contemptu operis, seu Heracleotarum incuria ad ipsum perdendum duceretur. Quae causa fuit cur brevi incolae Heracleam vacuam liquerint. Eodem vetustas redegerat palatium perquam splendidum illius urbis: quam cum imp. Iustinianus visisset, non perfunctoria levitate, sed plane regia liberalitate inductus, aquis dulcibus limpidisque illam inundavit, nec passus est carere honore palatii: quippe totum refecit.

Rhaedestus erat locus maritimus, diei unius itinere procul Heraclea, commodo ad Hellespontum enavigandum situ, portu facili et ad maritimum commercium opportuno: ita ut institutores eo naves placidissime appellere et exonerare, rursus easdem mercibus onustas facillime possent solvere. Verum si contingeret ut repente barbari se in agros eiicerent, eorum incursibus patebat, cum nec munimenta, nec difficiles natura aditus haberet. Quare institores locum illum spernebant, contemptum pariente metu periculi. Iam vero Iustinianus Aug. cum ipsum muniit, tum vicinis omnibus salutem

HAVERFIELD LIBRARY
OF ANCIENT HISTORY
OXFORD

Ῥαιδεστοῦ γὰρ ἀνέστησε πόλιν, τείχει μὲν ἐρυμνὴν, μεγέθει δὲ διαφερόντως ὑπέρογκον. οὗ δὴ βαρβάρων σφίσιν ἐγκειμένων οἱ πλησιόχωροι ἅπαντες εἰς καιρὸν καταφεύγοντες σὺν τοῖς χρήμασι διασώζονται.

B ι'. Τὰ μὲν οὖν ἐπὶ Ῥαιδεστοῦ Ἰουστινιανῷ βασιλεῖ ταύτῃ πη ἔσχεν. ὅσα δὲ αὐτῷ ἀμφὶ Χερρονήσῳ διαπεπόνηται, ἰέων ἔρχομαι. προβέβληται μὲν πάσης ἡ Χερρόνησος τῆς κατ' αὐτὴν Θρᾴκης. ἐπεμβαίνουσα γὰρ τῇ θαλάσσῃ καὶ ὥσπερ ἐχομένη τοῦ πρόσω, δόκησιν παρέχεται ὅτι δὴ ἐπὶ τὴν Ἀσίαν χωρεῖ. ἀκτὴ δὲ αὐτῆς ἀμφὶ πόλιν Ἐλαιοῦντα προὔχουσα μία, σχίζει τε εἰς δύο τὴν θάλασσαν μοίρας, καὶ αὐτὴ τῷ ῥοθίῳ ἀποτεμνομένη τῆς ἄλλης ἠπείρου, καὶ προσιούσῃ ἐπίπροσθεν τῇ θαλάσσῃ ὑποχωροῦσα, τὸν Μέλανα καλούμενον ποιεῖ κόλπον. νῆσος δὲ τὸ λοιπὸν ὀλίγου
C δέοντος γίνεται, ὄνομα τῷ ποιουμένῳ προσῆκον κτωμένη. Χερρόνησος γὰρ, ὡς τὸ εἰκὸς, ὀνομάζεται, ἰσθμῷ διειργομένη βραχεῖ, μὴ νῆσος παντάπασιν εἶναι. κατὰ τοῦτον οἱ πάλαι ἄνθρωποι τὸν ἰσθμὸν παρέργως τε καὶ λίαν ἀπημελημένως ἐδείμαντο διατείχισμα κλίμακι ἁλωτόν. κῆπον γάρ πού τινα εἰκῇ κείμενον αἱμασιᾷ περιβάλλειν οἰόμενοι, ἰσχνόν τε αὐτὸ καὶ ὀλίγον τῆς γῆς ὑπερανεστηκὸς ἐξειργάσαντο. πρὸς δὲ καὶ τὴν ἑκατέρωθι τοῦ ἰσθμοῦ θάλασσαν προβόλους τεκτηνάμενοι βραχεῖς τε καὶ φαύλους, οὕσπερ καλεῖν νενομίκασι μώλους, τὴν μεταξὺ χώραν τοῦ τε ῥοθίου καὶ τοῦ περιβόλου ἐφράξαντο, οὐ ταύτῃ τοὺς ἐπιβου-
D λεύσοντας ἀπωσόμενοι, ἀλλ' ἐπὶ τὰς εἰσόδους παρακαλέσοντες·

23. περιβόλου] προβόλου Tolos.

dedit. Urbem enim Rhaedesti condidit, moenibus validam, magnitudineque insignem: quo vicini omnes, imminentibus barbaris, recipientes se tempestive, vitam cum pecuniis servant.

10. Sic Rhaedesti se habuere Iustiniani Aug. coepta: ad illa nunc venio, quae idem apud Cherronesum peregit. Cherronesus totam illam Thraciae partem, cui respondet, praetegit. In mare prominet, ac tanquam si cum ora ulteriore coniuncta esset, sic in Asiam videtur evadere. In littore, circa urbem Elaeuntem, promontorium habet, quo mare bifariam finditur: ipsaque fluento avulsa a reliqua continente ac progredienti mari cedens, sinum efficit, quem Melanem seu nigrum vocant. Parum abest quin fiat insula: unde et nomen consentaneum nacta est: siquidem Cherronesus merito dicitur, angusta dirempta isthmo, ne insula omnino sit. In hoc isthmo veteres murum negligenter extruxerant, scalis superabilem. Perinde enim tenuem humilemque fecerant, quasi hortum, alicubi temere positum, maceria cingerent. Ad utrumque isthmi latus, aggeres, quos appellant moles, in mari excitaverant parvos admodum et contemnendos: ac spatium, quod murum inter undasque intererat, ita sepserant, ut non tam prohibituri vim oppugnantium, quam ad paratos aditus invitaturi viderentur: adeo ridiculum

οὕτω δὴ εὐκαταφρόνητον αὐτὸ ἐξειργάσαντο, καὶ τοῖς ἀποπειρα-
σομένοις εὐάλωτον. ἡγούμενοι δέ τι τοῖς πολεμίοις ἄμαχον πε-
ποιῆσθαι ὀχύρωμα, τούτου δὴ περιβόλου τὰ ἐντὸς ἅπαντα φυλα-
κῆς οὐδεμιᾶς ἀξιοῦν ἔγνωσαν, ἐπεὶ οὔτε φρούριον οὔτε ἄλλο τι
ἔρυμα ἐπὶ Χερρονήσου ξυνέβαινεν εἶναι, καίπερ ὀλίγου δέοντος ἐς
τριῶν κατατεινούσης ὁδὸν ἡμερῶν. ἔναγχος γοῦν ἀμέλει οἱ πολέ-
μιοι καταθέοντες τὰ ἐπὶ τῆς Θρᾴκης χωρία ἐγκεχειρίκασι μὲν ὡς
ἀποπειρασόμενοι τῆς κατὰ ἠιόνα εἰσόδου, δεδιξάμενοι δὲ τοὺς
ταύτῃ φρουροὺς ἐσπεπηδήκασιν ὥσπερ τι ἄθυρμα παίζοντες, ἐν- P 89
τός τε τοῦ περιβόλου γεγένηται οὐδενὶ πόνῳ.

Πολλὰ τοίνυν ἀμφὶ τῶν κατηκόων τῇ σωτηρίᾳ διασκοπού-
μενος Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς ἐποίει τάδε. πρῶτα μὲν αὐτῷ ἐξί- V 454
τηλον τὸ παλαιὸν γεγένηται τεῖχος, οὐδὲ ὅσον ἴχνους οἱ ἀπολελειμ-
μένου τινός. ἕτερον δὲ αὐτίκα ἐπὶ τῆς αὐτῆς χώρας ἀνέστη, ὅπερ
ἐπιεικῶς εὐρυνόμενον ὑψοῦ ἀνέχει. ὑπεράνω τε τῶν ἐπάλξεων
ἀνειλημμένη θόλος ἐν στοᾶς τρόπῳ ὄροφον ποιεῖται, καλύπτουσα
τοὺς τοῦ περιβόλου ἀμυνομένους. ἄλλοι τε τῷ θόλῳ προμαχῶνες
ἐγκείμενοι διπλασιάζουσι τοῖς τῇδε τειχομαχοῦσι τὸν πόλεμον.
ἔπειτα δὲ ἀμφοτέρωθι ἐς τοῦ περιβόλου τὰ πέρατα πρὸς αὐταῖς H 44 B
που τῆς θαλάσσης ταῖς ῥαχίαις μάλιστα, προβόλους πεποίηται,
οὓς μώλους καλοῦσιν, ἐπιπλεῖστον μὲν τοῦ ῥοθίου διήκοντας, τῷ
δὲ τείχει ξυναπτομένους, ὕψους δὲ πέρι τῷ ἐρύματι ἐναμίλλους
ὄντας. ἀλλὰ καὶ τὴν τάφρον τοῦ περιβόλου ἔκτοσθεν οὖσαν πε-
ρικαθάρας τε καὶ κατορύξας ἐνδελεχέστατα μέγα τι αὐτῇ εὔρους
τε καὶ βάθους ἐντίθειται χρῆμα. καὶ μὴν καὶ στρατιωτῶν κατα-
λόγους ἐν τούτοις ἱδρύσατο τοῖς μακροῖς τείχεσι πᾶσι βαρβάροις

opus erat ac superabile tentaturis Nihilominus rati inexpugnabile hostibus propugnaculum id quoddam esse, quidquid intra muros erat, patere sinebant: quippe in Cherroneso nec castellum, nec alia quaepiam extabat munitio: quamvis tridui fere in longitudinem pateat. Certe non diu est, cum hostes Thraciam incursantes ad littus tentarunt aditum; mox territis custodibus, quasi ludibundi insiluerunt, ac labore nullo intra muri ambitum progressi sunt.

Quare Iustinianus Aug. animo in subditorum salutem intento, rationem hanc iniit. Principio murum veterem ita diruit, ut nullum eius vestigium superesset. Subinde alterum inibi struxit, latitudine altitudineque praestantem. Supra pinnas eductus fornix concameratam porticum efficit, ac muri defensores tegit. Alter pinnarum ordo fornici superpositus, dimicationem duplicat oppugnatoribus. Deinde in utraque muri extremitate, ubi mare illiditur, ac reciprocando subsidit, aggeres sive moles, ut appellant, molitus est; qui in aequor longe procurrunt, et muro continentes, de altitudine cum ipso certant. Exteriorem eiusdem fossam purgavit, plurimaque humo egesta, latiorem multo fecit et altiorem. Praeterea militares numeros in his longis

ἀντιτάξασθαι ἱκανοὺς ὄντας, ἤν τι τῆς Χερρονήσου ἀποπειρῶνται. οὕτω δὲ ταῦτα ἐν τῷ βεβαίῳ τῆς ἀσφαλείας καταστησάμενος καὶ τοῖς ἔνδον οὐδέν τι ἧσσον ὀχυρώματα προσεποίησεν. ὥστε εἰ τοῖς μακροῖς τείχεσιν (ἀπέστω δὲ τοῦ λόγου) παθεῖν τι ξυμβαίη, οὐδέν
C τι ἧσσον Χερρονησιώτας ἐν ἀσφαλεῖ εἶναι. πόλιν τε γὰρ Ἀφροδισιάδα ἐρίματι ἐχυρωτάτῳ περιεβάλλετο, ἀτείχιστον ἐκ τοῦ ἐπιπλεῖστον τὰ πρότερα οὖσαν, καὶ Κίβεριν πόλιν, ἐπ' ἐδάφους κειμένην, τειχήρη πεποιημένος ξυνῴκισεν· ἔνθα δὴ καὶ βαλανεῖα καὶ ξενῶνας ᾠκοδομήσατο, οἰκία τε παμπληθῆ καὶ ὅσα ἄλλα πέφυκεν ἐπιφανῆ ἐνδείκνυσθαι πόλιν. ἀλλὰ καὶ τὴν Καλλίπολιν καλουμένην βεβαιότατα ἐτειχίσατο, ἐλπίδι τῶν μακρῶν τειχῶν ἀτείχιστον ἀπολελειμμένην τοῖς πρόσθεν ἀνθρώποις. οὗ δὴ καὶ σιτῶνάς τε καὶ οἰνῶνας ἐδείματο δαπάνῃ τῇ πάσῃ τῶν ἐπὶ Χερρονήσου στρατιωτῶν ἱκανῶς ἔχοντας.

Ἔστι δέ τις Ἀβύδου καταντικρὺ πόλις ἀρχαία, Σηστὸς ὄνομα, καὶ αὐτὴ τὰ πρότερα παρέργως κειμένη, ὀχύρωμά τε οὐδὲν
D ἔχουσα. λόφος δὲ αὐτῇ τις ἰσχυρῶς ἀπότομος ἐπανέστηκεν· ἵνα δὴ φρούριον ἐδείματο ἀπρόσβατον ὅλως, ἑλεῖν τε, εἴ τις ἐγχειροίη, ἀμήχανον. Σηστοῦ δὲ οὐ μακρὰν ἄποθεν τὴν Ἐλαιοῦντα ξυμβαίνει εἶναι. πέτρα τε τῆς θαλάσσης ἀπορραγεῖσα ἐνταῦθα ἀνέχει, ἄκραν οὐρανομήκη ἐξαίρουσα τειχήρη φύσιν. φρούριον οὖν καὶ τῇδε ὁ βασιλεὺς οὗτος ἐδείματο, δυσπάριτόν τε καὶ τοῖς προσιοῦσι παντελῶς ἄμαχον. ἀλλὰ καὶ τὸ ἐν Θεσκῷ φρούριον ἐπὶ θάτερα τοῦ μακροῦ τείχους ἱδρύσατο, περιβόλῳ κρατυνάμενος ἐχυρῷ μά-

muris locavit, barbaris omnibus arcendis pares, si qua Cherronesi pars tentaretur. His ita firmatis atque in tuto positis, nihilo minori cura interiora communiit; ut si quid sinistri (absit verbo malum omen) longis muris acciderit, haud minus securi sint Cherronesiotae. Urbem enim Aphrodisiadem undique fere nudam, moenibus firmissimis cinxit. Urbi Ciberi, quae eversa iacebat, muros atque incolas dedit, ibique balneas, xenodochia, aedes quam plurimas, quidquid demum splendorem civitatis probare solet, aedificavit. Sed et moenia validissima circumdedit Callipoli, quam veteres tali praesidio carere siverant, longis muris confisi. In eadem urbe horrea cellasque vinarias extruxit, quae militibus, quotquot agerent in Cherroneso, alendis sufficerent.

Contra Abydum est Sestus, urbs antiqua, et ipsa prius neglecta atque immunita: cui collis imminet admodum praeceps. Castellum hic posuit inaccessum, et invadere volentibus inexpugnabile. Sesto haud multum abest Elaeus, ubi rupes mari avulsa eminet, in caelum verticem tollens, natura munitum. Ibi quoque castellum imp. noster condidit, aditu difficillimum, summaque vires subeuntium positum. Ad latus alterum longi muri, castellum

λιστα· ταύτῃ τε τοῖς Χερρονησιώταις τὴν ἀσφάλειαν πανταχόθεν αὐτὸς προσεποίησε.

ια'. Μετὰ δὲ Χερρόνησον Αἶνος οἰκεῖται πόλις, ἐπὶ τοῦ P 90
οἰκιστοῦ τῆς προσηγορίας ὠνομασμένη. Αἰνείας γὰρ ἦν, ὥσπερ λέγουσιν, ὁ τοῦ Ἀγχίσου. ταύτης ὁ περίβολος εὐάλωτός τε ἦν τῷ χθαμαλὸν εἶναι· οὐδὲ ὅσον γὰρ ἐς τὸ ἀναγκαῖον ἀνεῖχεν ὕψος· καὶ ἀναπεπταμένην τινὰ εἴσοδον κατὰ τῆς θαλάσσης τὸ γειτόνημα εἶχεν, ἀμηγέπῃ ἐπιψαύοντος αὐτοῦ τοῦ ῥοθίου. ἀλλὰ βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς ἀνέστησε μὲν αὐτὸν ἐς ὕψος, μὴ ὅτι ἁλῶναι, ἀλλὰ καὶ ἀποπειρᾶσθαι ἀμήχανον. ὑπεξαγαγὼν δὲ καὶ πανταχόσε φραξάμενος ἀνάλωτον Αἶνον παντάπασι κατεστήσατο. καὶ ταύτῃ μὲν ἡ πόλις ἐν τῷ ἀσφαλεῖ ἐγεγόνει· ἔμεινε δὲ τοῖς βαρβάροις ἡ B
χώρα καταθεῖν εὐπετής· ἐπεὶ Ῥοδόπῃ ὀχυρωμάτων ἐκ παλαιοῦ ὑπεσπάνιζεν. ἦν δέ τις κώμη ἐν τῇ μεσογείᾳ Βέλλουρος ὄνομα, πλούτου μὲν δυνάμει καὶ πολυανθρωπίᾳ ἴσα καὶ πόλις, τῷ μέντοι τειχήρης οὐδαμῇ εἶναι ληιζομένοις διηνεκὲς ἐπαρκοῦσα βαρβάροις, ἀγροῖς τε τοῖς ἀμφ' αὐτὴν κειμένοις πολλοῖς γε οὖσι ταὐτὸ πάσχουσα. καὶ αὐτὴν δὲ ὁ βασιλεὺς οὗτος πολίζει τε καὶ ἀποτειχίζει, καὶ αὐτοῦ ἐπαξίαν τίθεται εἶναι. καὶ μὴν καὶ ἄλλων τῶν ἐπὶ Ῥοδόπης πόλεων ὅσα δὴ ἐνδεῖν ἢ καταπεπονηκέναι ξυνηνέχθη τῷ V 455
χρόνῳ σπουδῇ πάσῃ ἀνέστησεν. ἐν αἷς Τραϊανούπολίς τε καὶ C
Μαξιμιανούπολίς εἰσιν, ὥνπερ ἐπηνώρθωσε τὰ ἐν τοῖς προβόλοις σαθρὰ γεγονότα. ταῦτα μὲν οὖν τῇδε πεποίηται.

Ἀναστασιούπολις δὲ ἡ τῇδε οὖσα τειχήρης μὲν καὶ πρότερον

16. ληιζομένοις] δηιζομένοις Tolos.

moenibus validissimum Thesei statuit, itaque Cherronesi incolas ab omni parte securos praestitit.

11. Ultra Cherronesum urbs Aenus incolitur, nomen nacta ab Aenea conditore, ut perhibent, Anchisae filio. Eius moenia, cum humiliora essent, occupari facile poterant: nec solum deerat necessaria altitudo, sed apertum etiam habebant aditum, qua mari vicina erant, cuius fluctibus leviter stringebantur. Illa Iustinianus Aug. tam alte eduxit, ut tentari iam nequeant, nedum capi. Iisdem a mari paulum seductis et undique munitis, Aenum plane inexpugnabilem reddidit. Urbis quidem securitati sic provisum erat; sed agros barbari incursare facile poterant, cum ab antiquo munitiones in Rhodope rarae essent. Pagus erat mediterraneus Bellurus, divitiis hominumque frequentia aequalis urbi: is quia moenibus carebat, praeda semper ditabat barbaros, et cum agris circumiacentibus plurimis eamdem fortunam subibat. Hic urbem facit imperator noster, locum moenibus cingit ornatque, ut ipsius munificentiam decet. Quidquid caeteris Rhodopes urbibus deerat, vel aevo fatiscebat, omni studio aedificavit. In his sunt Traianopolis ac Maximianopolis, quarum muros, ubi corrupti erant, refecit. Haec ibi.

In eodem tractu Anastasiopolis, moenibus quidem erat circumdata, sed

ἦν, ἐν δὲ τῇ παραλίᾳ κειμένῃ ἀφύλακτον εἶχε τὴν ταύτῃ ἠιόνα. τὰ πλοῖα πολλάκις ἀμέλει ἐνταῦθα καταίροντα ὑποχείρια βαρβάροις Οὔννοις ἐξαπιναίως γεγένηται· ὥστε καὶ τὰς νήσους ἐνθένδε τὰς τῇ χώρᾳ ἐπικειμένας ἠνώχλησαν. Ἰουστινιανὸς δὲ βασιλεὺς
D διατειχίσματι τὴν παραλίαν περιβαλὼν ὅλην, ταῖς τε ναυσὶ καὶ τοῖς νησιώταις τὴν ἀσφάλειαν ἀνεσώσατο. ἀλλὰ καὶ τὸν τοῦ ὕδατος ὀχετὸν ἐκ τῶν ὀρῶν, ἃ ταύτῃ ἀνέχει, μέχρι ἐς τὴν πόλιν ὑπέρογκον ἀνέστησεν ὕψος. ἔστι δέ τις ἐν Ῥοδόπῃ πόλις ἀρχαία, Τόπερος ὄνομα, ἣ ποταμοῦ μὲν ῥεῖθρα περιβάλλεται ἐκ τοῦ ἐπιπλεῖστον, λόφον δὲ αὐτῇ ἐπανεστηκότα ὄρθιον εἶχεν. ἐφ' οὗ δὴ οὐ πολλῷ ἔμπροσθεν Σκλαβηνοῖς βαρβάροις ἑάλω. ἀλλὰ βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς μέγα τῷ περιβόλῳ ὕψος ἐντέθεικεν· ὥστε ὑπεραίρει τοσούτῳ τὸν λόφον, ὅσῳ δὴ αὐτοῦ καταδεέστερος τὰ πρότερα
P 91 ἦν. καὶ στοὰν μὲν ἐπανέστησεν ἐν θολωτῷ τείχει, ὅθεν δὴ τοῖς τειχομαχοῦσιν οἱ τῆς πόλεως ἀμυνόμενοι ἐκ τοῦ ἀσφαλοῦς διαμάχονται, τῶν δὲ πύργων ἕκαστον φρούριον ἐρυμνὸν ἐσκευάσατο εἶναι. ἀλλὰ καὶ τὰ ἐκ τοῦ περιβόλου μέχρι ἐς τὸν ποταμὸν διατειχίσματι περιβαλὼν ἐκρατύνατο. ταῦτα μὲν Ἰουστινιανῷ βασιλεῖ τῇδε πεποίηται.

Καὶ ὅσα δὲ αὐτῷ ὀχυρώματα εἴργασται ἀμφί τε τὴν ἄλλην Θρᾴκην καὶ τὴν νῦν καλουμένην Αἱμίμοντον, ἐγὼ δηλώσω. πρῶτα μὲν Φιλιππουπόλεώς τε καὶ Πλωτινοπόλεως τά τε ἐνδέοντα καὶ
H 45 καταπεπονηκότα σπουδῇ τῇ πάσῃ ᾠκοδομήσατο· ἐπεὶ αὐτὰς ἐπιμαχωτάτας ξυνέβαινεν εἶναι, καίπερ ἔθνεσι γειτονούσας βαρβάρων πολλοῖς. καὶ φρούρια δὲ ἀνάριθμα ἐπὶ Θρᾴκης ἱδρύσατο πάσης, δι' ὧν τὴν χώραν, ὑποκειμένην τὰ πρότερα ταῖς τῶν πολεμίων

mari apposita littus habebat immunitum. Quocirca saepe contigerat ut Hunni barbari, captis repente navibus, quae illuc appulsae fuerant, negotium insulis circumiectis facesserent. Verum Iustinianus Aug. ora omni maritima muro circummunita, navigiis et insularibus securitatem restituit: praealtum etiam aquaeductum a vicinis montibus ad urbem usque construxit. Toperus, antiqua urbs Rhodopes, fere undique ambita fluvio, colli arduo subiacebat; qua non ita pridem a Sclavenis barbaris capta fuerat. Imperator vero Iustinianus tam alte muros extulit, ut collem tanto superent, quanto prius erant inferiores. Hic porticum cameratam imposuit, unde urbis defensores tuto cum oppugnatoribus dimicant. Ex unaquaque turri castellum validum fecit: quae a moenibus ad fluvium patebant, ea muro firmavit. Haec ibi acta ab imp. Iustiniano.

Iam quo pacto reliquam Thraciam, et quam hodie vocant Haemimontum munierit, declarabo. Ac primum quidem quae Philippopoli et Plotinopoli deerant aut lababant, accuratissime aedificavit: infirmissimae enim erant, quamvis barbaras nationes multas vicinas haberent. Tota in Thracia innumera castella condidit, itaque partes illas, incursionibus barbarorum prius

ἐπιδρομαῖς, παντάπασιν ἀδῄωτον κατεστήσατο. ἔστι δὲ τὰ φρούρια, ὅσα ἡμᾶς μεμνῆσθαι, παρ᾽ ὄνομα τάδε.

expositas, a populatione prorsus vindicavit. Castella autem quoad meminisse possumus nominatim haec sunt.

Ἐν Εὐρώπῃ·	*In Europa:*
Λυδικαί.	Lydicae.
Ἐλαῖαι.	Elaeae.
Ἐν Ῥοδόπῃ τὰ καινούργια·	*In Rhodope, recentia:*
Κασεήρα.	Caseera.
Θεοδωρούπολις.	Theodoropolis.
Τὸ τοῦ Θράσου.	Thrasi.
Θουδανελᾶναι.	Thudanelanae.
Μούνδεπα.	Mundepa.
Θαρσάνδαλα.	Tharsandala.
Δένιζος.	Denizus.
Τόπαρον.	Toparum.
Δαλάταρβα.	Dalatarba.
Βρέ.	Bre.
Κουσκάβρι.	Cuscabri.
Κούσκουλος.	Cusculus.
Θρᾴκης Βόσπαρα.	Thraciae Bospara.
Οὐεσούπαρον.	Vesiparum.
Καπιστούρια.	Capisturia.
Βηρίπαρα.	Veripara.
Ἰσγίπερα.	Isgipera.
Ὀζόρμη.	Ozorme.
Βηρήϊαρος.	Vereiaros.
Ταμονβαρί.	Tamonbari.
Σκέμνας.	Scemnas.
Καράσθυρα.	Carasthyra.
Πίνζος.	Pinzus.
Τουλεοῦς.	Tuleus.
Ἄρζον.	Arzon.
Καστράζαρβα.	Castrazarba.
Ζωσίτερσον.	Zositersum.
Βέργισον.	Bergisum.
Δίγγιον.	Dingium.
Σάκισσος.	Sacissus.
Κυρτουξοῦρα.	Cyrtuxura.
Ποταμουκάστελλον.	Potamocastellum.
Ἰσδίκαια.	Isdicaea.
Τὸ ἐμπόριον.	Emporium.
Ταυροκεφάλαιον.	Taurocephalaeum.
Βηλαϊδίπαρα.	Velaidipara.
Σκίτακες.	Scitaces.
Βέπαρα.	Bepara.
Πουσινόν.	Pusinum.

11. *Τὸ τοῦ Θράσου*] Cum sequentibus in unum conflat Tolos. *τὸ τοῦ θρασουσουδάνελον*, in altero ms. *σουδάνε λᾶναι*. Malt. 16. *Τόπαρον*] *τὸ πόρων* Tolos.

	Ὑμαυπάρουβρι.	Hymauparubri.
	Σκαριωτασαλοῦκρα.	Scariotasalucra.
	Αὐγούστας.	Augustas.
	Οὐρδαούς.	Urdaus.
	Τοῦ ἁγίου Τραϊανοῦ.	Sancti Traiani.
	Δέρταλλος.	Dertallus.
	Σολβανοῦ.	Solvani.
	Βάσκον.	Vascum.
	Ζίγκυρα.	Zincyra.
	Αἱμιμόντου.	Haemimonti.
	Ζημάρκου.	Zemarchi.
	Κηριοπάρων.	Cerioparorum.
	Κασιβόνων.	Casibonorum.
	Τὸ Οὔγκου.	Unci.
	Ἀντωνῖνον.	Antoninum.
V 456	Γεσιλαφοσσάτον.	Gesilae fossatum.
	Χεροῖνον.	Cheroenum.
	Προβίνου.	Probini.
P 92	Τοῦ ἁγίου Θεοδώρου.	S. Theodori.
	Βουρδέπτω.	Burdepto.
	Ῥακούλη.	Rhacule.
	Τοῦ ἁγίου Ἰουλιανοῦ.	S. Iuliani.
	Τζιταετοῦς.	Tzitaëtus.
	Βηλαστύρας.	Velastyras.
	Γετρίνας.	Getrinas.
	Βρέδας.	Bredas.
	Βῆρος.	Verus.
	Θωκύωδις.	Thocyodis.
	Βία.	Via.
	Ἀναγογκλίας.	Anagonclias.
	Σούρας.	Suras.
	Ἀνθιπάρου.	Anthipari.
	Δορδᾶς.	Dordas.
	Σαρμαθών.	Sarmathon.
B	Κλεισοῦρα.	Clisura.
	Ὑλασιάναι.	Hylasianae.
	Θρασαρίχου.	Thrasarichi.
	Βαῖκα.	Baeca.
	Χρύσανθος.	Chrysanthus.
	Μαρκέρωτα.	Marcerota.
	Ζδεβρίν.	Zdebrin.
	Τοῦ ἁγίου Θεοδώρου.	S. Theodori.
	Ἄσγαρζος.	Asgarzus.
	Βουρτούδγιζι.	Burtudgizi.
	Ταυρόκωμον.	Taurocomum.
	Νίκη.	Nice.
	Καβοτοῦμβα.	Cavotumba.
	Δεῖξας.	Dixas.
C	Γητιστράους.	Getistraus.
	Δέβρη.	Debre.
	Προβίνου.	Probini.
	Κάρβερος.	Carberus.
	Τὸ Ἐσιμόντου.	Esimonti.
	Ἀσγίζους.	Asgizus.
	Δαλάταρβα.	Dalatarba.

32. Ἀνθιπάρου] αὐθιπάρου Tolos. 41. Ζδεβρίν] ζδέρβην Tolos.

Θεοδωρούπολις.	Theodoropolis.
Τζυειδών.	Tzyidon.
Τζουνπολέγων.	Tzonpolegon.
Βασίβουνον.	Basibunum.
Ἀγχίαλος.	Anchialus.
Μαρκιανόν.	Marcianum.
Κυρίδανα.	Cyridana. D
Βεκοῦλι.	Beculi.
Τὰ Θρᾴκης λειπόμενα, παρά τε τὸν Εὔξεινον πόντον καὶ ποταμὸν Ἴστρον, κὰν τῇ μεσογείᾳ, οὕτως.	Caetera Thraciae castella ad pontum Euxinum et flumen Istrum, necnon in partibus mediterraneis haec sunt.
Παρὰ μὲν ποταμὸν Ἴστρον·	*Ad fluvium Istrum:* A
Μυσίας.	Mysias.
Ἐρκουλέντε.	Erculente.
Σκατρῖνα.	Scatrina.
Ἀππίαρα.	Appiara.
Ἐξεντάπριστα.	Exentaprista.
Δεονιάνα.	Deoniana.
Λιμιώ.	Limo.
Ὀδυσσός.	Odyssus.
Βίδιγις.	Bidigis.
Ἀρῖνα.	Arina.
Νικόπολις.	Nicopolis. B
Ζικίδεβα.	Zicideba.
Σπίβυρος.	Spibyrus.
Πολισκάστελλον.	Poliscastellum.
Κιστίδιζος.	Cistidizus.
Βαστέρνας.	Basternas.
Μέταλλα.	Metalla.
Βηρίπαρα.	Veripara.
Σπαδιζός.	Spadizus.
Μαρκέρωτα.	Marcerota.
Βόδας.	Bodas.
Ζισνούδεβα.	Zisnudeba.
Τουρούλης.	Turules.
Ἰουστινιανούπολις.	Iustinianopolis. C
Θερμά.	Therma.
Γεμελλομοῦντες.	Gemellomuntes.
Ἀσίλβα.	Asilba.
Κούσκανα.	Cuscana.
Κοῦσκον.	Cuscum.
Φοσσάτον.	Fossatum.
Βισδίνα.	Bisdina.
Μαρκιανούπολις.	Marcianopolis.
Σκυθιάς.	Scythias.
Γραψώ.	Grapso.
Νονώ.	Nono.
Τροσμῆς.	Trosmes.
Ναϊοδουνώ.	Naioduno. D
Ῥεσιδίνα.	Rhesidina.
Κωνσταντιανά.	Constantiana.
Καλλάτις.	Callatis.
Βασσίδινα.	Bassidina.

40. Κούσκανα] κούσκαυρι Tolos.

Βελεδίνα.	Beledina.
Ἄβριττος.	Abrittus.
Ῥουβοῦστα.	Rubusta.
Διvίσκαρτα.	Diniscarta.
Μοντερεγῖνε.	Monteregine.
Βέκις.	Becis.
P 93 Ἀλτῖνα.	Altina.
Μαυρόβαλλε.	Maurovalle.
Τίγρα.	Tigra.
Σκεδεβά.	Scedeba.
Νόβας.	Novas.
V 457 Ἐν δὲ τῇ μεσογείᾳ·	*In regione mediterranea:*
Κοπούστορος.	Copustorus.
Βιργιναζώ.	Virginazo.
Τιλλιτώ.	Tillito.
Ἀγκυριανά.	Ancyriana.
Μουριδεβά.	Murideba.
Ἴτζης.	Itzes.
Καστελλονόβο.	Castellonovo.
Παδισάρα.	Padisara.
Βισμαφά.	Bismapha.
Βαλεντινιανά.	Valentiniana.
Ζάλδαπα.	Zaldapa.
A Ἄξιοπα.	Axiopa.
Καρσώ.	Carso.
Γρατιανά.	Gratiana.
Πρέϊδις.	Preidis.
Ἀργαμώ.	Argamo.
Παυλίμανδρα.	Paulimandra.
Τζάσκλις.	Tzasclis
Ποῦλχρα Θεοδώρα.	Pulchra Theodora.
Τόμις.	Tomis.
Κρέας.	Creas.
Καπασσοῦ.	Catassi.
Νίσκονις.	Nisconis.
Νοβεβιουστινιανά.	Noveiustiniana.
Πρεσιδιώ.	Presidio.
Ἐργαμία.	Ergamia.
Καὶ τὰ λοιπά, οὐχ ὑποπίπτοντα ἀριθμῷ.	Et caetera, quae numerum excedunt.

7. Ἀλτῖνα] ἀλιδίνα Tolos. 14. Βιργιναζώ] βιργινασκώ Tolos. 30. Τζάσκλις] τζέκλις Tolos.

ΠΡΟΚΟΠΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΩΣ
ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΤΟΥ ΔΕΣΠΟΤΟΥ
ΙΟΥΣΤΙΝΙΑΝΟΥ ΚΤΙΣΜΑΤΩΝ
ΛΟΓΟΣ Ε΄.

PROCOPII CAESARIENSIS
DE AEDIFICIIS DN. IUSTINIANI
LIBER V.

Τὰ μὲν δὴ ἐν πάσῃ Εὐρώπῃ δεδημιουργημένα Ἰουστινιανῷ βα- P 94
σιλεῖ ἐς ὅσον οἷόν τε ἦν ἐν τῷ ἔμπροσθεν λόγῳ ἐρρήθη. ἐς δὲ V 458
τῆς Ἀσίας τὰ λειπόμενα ἰτέον ἡμῖν. ὅσα μὲν οὖν πόλεών τε καὶ
φρουρίων ἐρύματα, ἑτέρας τε οἰκοδομίας κατὰ τὴν ἑῴαν πεποίη-
ται χώραν, ἐξ ὁρίων τῶν Μηδικῶν ἄχρι που ἐς Παλμύραν πόλιν, P 95
ἣ ἐν Φοίνικι τοῖς ἐπὶ Λιβάνου τυγχάνει οὖσα, ἤδη μοι ἔμπροσθεν
δεδηλῶσθαι οἶμαι. ἐν δέ γε τῷ παρόντι καὶ ὅσα κατὰ τὴν ἄλλην
Ἀσίαν καὶ Λιβύην αὐτῷ εἴργασται ἢ τὰ κατὰ τὰς ὁδοὺς ἐπανορ-
θοῦντι δυσπάριτα καὶ κινδύνων ἀτεχνῶς ἔμπλεα, πῇ μὲν ὀρῶν
ἐπικειμένων κρημνώδη ὄντα, πῇ δὲ ποταμοῦ γειτονήματι τοὺς πα-
ραπίπτοντας ἀποπνίγοντα, ἢ πόλεων ἰωμένῳ παθήματα πάντα,
ἐρῶν ἔρχομαι, ἀρχόμενος ἐνθένδε.

In superiori libro Iustiniani Aug. aedificia, quaecumque sunt in Europa, quoad eius fieri potuit, recensuimus: nunc transeundum ad partes Asiae praetermissas. Ac supra quidem commemorata videntur mihi urbium castellorumque munimenta, ac caetera, quae extruxit in oriente, a limite Persico ad urbem usque Palmyram, in Phoenicia sitam, subiecta Libano. Iam vero eiusdem aedificia cum in Asia reliqua, tum in Africa; cincta moenibus oppida; curam viis adhibitam difficilibus ac periculo plenis, cum vel montibus penderent praecipites, vel prolapsos viatores extinguerent vicino flumine; factam denique omnibus urbium calamitatibus medicinam aggredior stylo prosequi, atque hinc initium facio.

Χῶρόν τινα πρὸ τῆς Ἐφεσίων πόλεως ἐν ὀρθίῳ κείμενον ξυνέβαινεν εἶναι, οὐ γήλοφον οὐδὲ δυνατὸν ἀφεῖναι καρπούς, εἴ τις πειρῷτο, ἀλλὰ σκληρόν τε καὶ τραχὺν ὅλως. ἐνταῦθα νεὼν
B *οἱ ἐπιχώριοι ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις Ἰωάννῃ τῷ ἀποστόλῳ ἀνέθηκαν, θεολόγῳ τὴν ἐπίκλησιν. θεολόγος δὲ ἀπόστολος οὗτος ὠνόμασται, ἐπεὶ τά γε ἀμφὶ τῷ θεῷ ἄμεινον αὐτῷ ἢ κατὰ ἄνθρωπον διεδιήγηται φύσιν. τοῦτον δὴ τὸν νεὼν Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς βραχύν τε ὄντα καὶ καταπεπονηκότα τῷ μήκει τοῦ χρόνου καθελὼν ἐς τὸ ἔδαφος, ἐς τοσόνδε μεθηρμόσατο μεγέθους καὶ κάλλους, ὥστε δή,*
H 46 *ξυνελόντα εἰπεῖν, ἐμφερέστατος καὶ παντάπασιν ἐνάμιλλος τῷ ἱερῷ ἐστιν, ὅπερ ἐν πόλει τῇ βασιλίδι τοῖς ἀποστόλοις ἀνέθηκε πᾶσιν, ὥσπερ μοι ἐν τοῖς ἔμπροσθεν δεδήλωται λόγοις.*

C *Ταῦτα μὲν ἐν Ἐφέσῳ ἐξείργασται τῷ βασιλεῖ τούτῳ. ἐν*
V 459 *Τενέδῳ δὲ ταύτῃ τῇ νήσῳ σωτήριόν τι πόλει τε τῇ βασιλίδι καὶ τοῖς κατὰ θάλασσαν ἐργαζομένοις πεποίηται, ὅπερ ἐγὼ αὐτίκα δηλώσω, τοσοῦτον ὑπειπών· ἡ θάλασσα ἐφ' Ἑλλησπόντου ἐν στενῷ μάλιστα φέρεται. ἄμφω γὰρ αἱ ἤπειροι ἀλλήλαις ὡς ἀγχοτάτω ἐνταῦθα ἰοῦσαι τὴν τοῦ πορθμοῦ ποιοῦνται ἀρχὴν ἀμφὶ Σηστόν τε καὶ Ἄβυδον, ἐπειδάν τε αἱ νέες ἐνταῦθα ἵκωνται, ὅσαι δὴ Κωνσταντινουπόλεως εὐθὺ ἵενται, τῇδε ὁρμίζονται. ἀνάγεσθαι δὲ αὐταῖς ἐνθένδε ἀμήχανά ἐστιν, ὅτι μὴ νότου ἐπιπνεύσαντος ἀνέμου σφίσιν. ἡνίκα γοῦν ὁ σιταγωγὸς στόλος ἐκ πόλεως Ἀλεξανδρείας ἐνταῦθα ἴοι, εἰ μὲν ἐμπέσοι τὸ πνεῦμα ἐπίφορον*
D *σφίσι, δι' ὀλίγου μὲν οἱ ταύτην τὴν ἐργασίαν διαχειρίζοντες καταίρουσι ταῖς ναυσὶν ἐς τοὺς Βυζαντίους λιμένας, ἀποφορτιζόμεναι*

Locus erat pro urbe Epheso situs arduus, non terrenus, nec, si cultura accederet, fructuosus; sed durus atque asper omnino. Hic olim templum indigenae posuerant Ioanni Apostolo, cui cognomen est theologi inditum, ex eo nempe quod de natura divina supra humanae captum disseruerit. Aedem hanc Iustinianus Aug. parum admodum nec iam annos ferentem, funditus demolitus, felici vice tam amplam fecit ac splendidam, ut, ne longum faciam, simillima sit ac plane par templo illi, quod in urbe regia apostolis omnibus, ut a me in libris superioribus dictum est, consecravit.

Ephesi quidem hoc extat opus principis nostri: quod autem est in insula Tenedo, urbi regiae maritimisque institoribus salutem affert. Id protinus exponam, ubi unum subiecero. Angustissimum est mare in Hellesponto: quippe ibi proxime coëunt geminae continentes, et ad Sestum Abydumque dant initium freto. Illuc naves cum pervenere, quaecumque recta potuerint Constantinopolim, ad oram illam appulsae, proficisci inde nequeunt, nisi flante austro. Quare ubi classis frumentaria eo venit ex urbe Alexandria, si ventus secundus aspiret, qui eiusmodi mercaturam faciunt, brevi tempore portus Byzantii cum navibus tenent: quas simul exonerarunt, discedunt, ut

δὲ ἀπαλλάσσονται αὐτίκα δὴ μάλα, ἐφ᾽ ᾧ δὴ πρὸ τῆς τοῦ χειμῶνος ὥρας ἅπαντες δεύτερόν τε καὶ τρίτον διαπεραιώσονται στόλον. ὅσοις δὲ αὐτῶν βουλομένοις ᾖ, καὶ ἄλλο τι τῶν ἐμπολημάτων ἐνθένδε ἀντιφορτισάμενοι ἀναστρέφουσιν. εἰ μέντοι ἀπεναντίας σφίσι τὸ πνεῦμα ἐφ᾽ Ἑλλησπόντου ἴοι, ἐνταῦθα δὴ τῷ τε σίτῳ καὶ ταῖς ναυσὶ σεσηπέναι συνέβαινεν. ἅπερ ἐν προνοίᾳ πεποιημένος Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς διαφανῶς ἐπιδέδεικται ὡς ἀνθρώπῳ ἂν ἀμήχανον οὐδὲν γένοιτο, οὐδ᾽ ἢν τοῖς χαλεπωτάτοις ἀνταγωνίζοιτο. ἐν Τενέδῳ γὰρ τῇ νήσῳ, ἣ τοῦ πορθμοῦ ἄγχιστά ἐστι, σιτῶνας ἐπετεχνήσατο τῷ παντὶ στόλῳ ἀποφορτίσασθαι διαρκῶς P 96 ἔχοντας, εὖρος μὲν οὐχ ἧσσον ἢ ἐνενήκοντα, μῆκος δὲ ποδῶν ὀγδοήκοντα καὶ διακοσίων, ἐς ὕψος τε ἄφατον ἐπιεικῶς κατατείνοντας. οὗ δὴ τῷ βασιλεῖ ἐξειργασμένου, ὁπηνίκα ἂν τοῦ δημοσίου σίτου παράπομποι ἐνταῦθα ἰόντες ἀνέμων ἐναντιώμασι συμποδίζοιντο, οἵδε τὸν φόρτον ἐν τῷ σιτῶνι καταθέμενοι τούτῳ καὶ χαίρειν φράσαντες τῷ τε βορρᾷ καὶ ζεφύρῳ πολλά, καὶ εἴ τις ἄλλος ἀπ᾽ ἐναντίας αὐτοῖς ἐνταῦθα ἴοι, ἐς πλοῦν ἕτερον συσκευάζονται. καὶ αὐτοὶ μὲν εὐθὺς εἰς τὰ οἰκεῖα κομίζονται, χρόνῳ δὲ ὕστερον, ὁπηνίκα ἂν τὸν ἐνθένδε ἀπόπλουν ἐς Βυζάντιον ἐν ἐπιτηδείῳ γενέσθαι ξυμβαίη, πλοίοις ἑτέροις τὸν σῖτον ἐκ Τενέδου διακομίζουσιν B οἷς ἐπίκειται ἡ τιμὴ αὕτη.

β'. Ἔστι δέ τις ἐν Βιθυνίᾳ πόλις, Ἑλένης ἐπώνυμος οὖσα τῆς Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως μητρός. ἐκ ταύτης γὰρ τὴν Ἑλένην ὡρμῆσθαί φασι, κώμης οὐκ ἀξιολόγου τὰ πρότερα οὔσης. ἧπερ τὰ τροφεῖα Κωνσταντῖνος ἐκτίνων ὀνόματι μὲν καὶ ἀξιώματι C

omnes iterum ac tertium ante hiemen classe traiiciant. Quicumque etiam merces vicissim accipere voluerint, illis in naves impositis revertuntur. Porro contingebat, ut si ventus reflaret in Hellesponto, illic navigia cum frumento putrescerent. Huc Iustinianus Aug. animum providentiamque sic contulit, ut liquido ostenderit, hominem vel in summis difficultatibus nihil non efficere posse. Siquidem in Tenedo, proxima freto insula, horrea aedificavit, quae exposito totius classis frumento sufficiant, pedes lata non minus XC. longa pedes CCLXXX. altitudine maxima. Iam postquam opus imperator confecit, si publicis frumentariis adversi moram offerant venti, quando eo provecti sunt, exoneratis in haec horrea navibus, boream ac zephyrum ventumque alium quemvis contrarium valere iubent, seque ad renavigandum accingunt. Ac statim quidem ipsi redeunt domum: postea vero, cum est commodum navigare Byzantium, aliis navibus ex Tenedo frumentum illi advehunt, quibus hoc munus incumbit.

2. In Bithynia est urbs, de nomine dicta Helenae, matris Constantini Aug. Quippe natam ibi Helenam perhibent, cum esset vicus ignobilis: cui quidem Constantinus, in praemium nutricationis, nomen ac dignitatem urbis

πόλεως τὸ χωρίον δεδώρηται τοῦτο, οὐ μέντοι οὐδὲν οὐδὲ βασιλικὸν οὐδὲ μεγαλοπρεπὲς τῇδε πεποίηται, ἀλλὰ τῇ μὲν κατασκευῇ ἐπὶ τῆς προτέρας διέμεινε τύχης, κεκόμψευται δὲ μόνῳ τῷ πόλις κεκλῆσθαι καὶ τῇ ἐπωνυμίᾳ τῆς τροφίμου Ἑλένης ἀποσεμνύνεται. ὁ δὲ καθ᾽ ἡμᾶς βασιλεύς, ὥσπερ τὴν ἀγνωμοσύνην ἀπολογούμενος τοῦ τῆς βασιλείας προπάτορος, πρῶτα μὲν ὕδατος ἀπορίᾳ πιεζομένην τὴν πόλιν ἰδὼν καὶ δίψῃ ἐπιεικῶς δεινῇ ἐχομένην, ὀχετὸν αὐτὸς σχεδιάζει θαυμάσιον οἷον, ὕδωρ τε αὐτῷ παρέχεται ἀπροσδόκητον ἰδεῖν, τοῖς τῇδε ἀνθρώποις οὐ πιεῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ λούεσθαι ἱκανῶς ἔχον, καὶ ὅσα ἄλλα τρυφῶσιν ἄνθρωποι, εὐπορίαν κατακόρως ὕδατος ἔχοντες. πρὸς δὲ καὶ βαλανεῖον αὐτοῖς
D *ἐν δημοσίῳ πεποίηται οὐ πρότερον ὄν, ἕτερόν τε ἀνῳκοδομήσατο διεφθαρμένον τε καὶ εἰκῇ κείμενον τῷ τε σπανίζειν, ἧπέρ μοι ἐρρήθη, τοῦ ὕδατος καὶ τῷ ἀπημελῆσθαι καταπεσὸν ἤδη. ἀλλὰ καὶ ἱερὰ καὶ βασίλεια καὶ στοὰς καὶ καταλυτήρια ταῖς ἀρχαῖς ἐδείματο τῇδε, καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπιδέδεικται αὐτὴν πόλιν εὐδαίμονα.*

V 460 *Ταύτῃ δὲ ῥεῖ τῆς πόλεως ἄγχιστα ποταμός, ὅνπερ ὁμωνύμως τῷ σχήματι Δράκοντα καλοῦσιν οἱ ἐπιχώριοι. περιστρέφεται γὰρ ἑλισσόμενος ἐφ᾽ ἑκάτερα καὶ ἀπ᾽ ἐναντίας αὐτῷ ἀντιρρεῖ,*
P 97 *ἄγων τὰς δίνας, σκολιῷ τε τῷ ῥοθίῳ, πῇ μὲν ἐν δεξιᾷ, πῇ δὲ ἐν ἀριστερᾷ προσιών· ὥστε ἀμέλει διαβαίνειν αὐτὸν πλεῖον ἢ εἰκοσάκις ἐπάναγκές ἐστι τοῖς τῇδε ἰοῦσι. πολλοῖς τε οὕτω διεφθάρθαι ξυνέβαινε τοῦ ποταμοῦ ἐξαπιναίως παρὰ τὰ ξυνειθισμένα πλημμύροντος. πρὸς δὲ καὶ δάσος ἀμφιλαφὲς καὶ καλάμου τῇδε φυομένου μέγα τι χρῆμα συμποδίζον αὐτοῦ τὴν ἐπὶ τὴν θάλασσαν*

concesserat; sed nullum imperatoriae magnificentiae monumentum reliquerat. Nam si ornatum et structuram spectes, statum pristinum locus retinebat, nudo urbis titulo insignis, Helenaeque alumnae suae nomine gloriosus. At imperator noster, ut animi parum liberalis reprehensionem ab imperii patre amoliretur, primum quidem aquae penuria urbem premi et vehementer sitire animadvertens, extructo aquaeductu mirabili, spectaculum praebuit insperatum; eam videlicet lympharum vim, quae civibus non modo ad potum abunde esset, verum etiam ad lavacra caeterasque delicias hominum, quibus est aquae affatim. Praeterea novum balneum publicum ipsis aedificavit, refecitque alterum, quod partim aquae inopia, de qua dixi, partim incuria corruptum, ac iam collapsum, temere iacebat. Quin etiam templa, palatium, porticus, ac magistratuum domos ibidem condidit, rebusque caeteris civitatem beavit.

Proxime urbem labitur fluvius, quem indigenae ab ipsius forma Draconem denominarunt. Etenim per anfractus errat sinuosos utroque versus, et in se recurrit, vortices volvens, ac multiplici flexu modo ad dexteram, modo ad sinistram sese contorquet: prorsus ut iter illac facientibus vicies et amplius ipsum traiicere necesse sit. Quocirca multi interibant, repente fluvio praeter solitum exundante. Ad haec cum denso nemore spissoque arundineto

ἐκβολὴν χαλεπώτερον αὐτὸν ἐσκευωροῦντο εἶναι τοῖς ἐκείνῃ χωρίοις. χρόνῳ γοῦν οὐ πολλῷ πρότερον, ὄμβρων οἱ ἐπιγενομένων πολλῶν, λιμνάζων τε καὶ κυρτούμενος καὶ σκεδαννύμενος ἐπιπλεῖστον τῆς γῆς, ἀνήκεστα κακὰ εἴργασται. χωρία τε γὰρ παμπληθῆ καθεῖλε, προρρίζους τε ἀμπέλους, ἔτι μέντοι ἐλαίας τε καὶ B δένδρων παντοδαπῶν ἀνάριθμα πρέμνα, πρὸς δὲ καὶ τὰς οἰκίας, αἳ πρὸ τοῦ περιβόλου τῆς πόλεως ἐτύγχανον οὖσαι, πάθεσί τε ἄλλοις ὑπερμεγέθεσι τοὺς ἐπιχωρίους ἐπέτριψεν. οὕσπερ ἐποικτισάμενος Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς ἐπενόει τάδε. τὰ μὲν ἄλση περικαθήρας καὶ τὸν κάλαμον ἐκτεμὼν ἅπαντα, ἐλευθέρας ποιεῖσθαι H 47 τῷ ποταμῷ ξυνεχώρησε τὰς ἐς τὴν θάλασσαν ἐκβολάς, ὡς μηκέτι αὐτῷ διασκεδάννυσθαι ἐπάναγκες εἴη· τὰ δὲ ὄρη κατὰ μέσον ἀποτεμών, ἃ δὴ ἀνέχει ἀμφὶ τὰ ἐκείνῃ χωρία, ἐν ταῖς πρότερον ἀποτόμοις καὶ κρημνώδεσι χώραις ὁδὸν ἁμαξιτὸν ἐξειργάσατο. ταύτῃ C τε τοῦ ποταμοῦ τὴν διάβασιν οὐκ ἀναγκαίαν ἐκ τοῦ ἐπιπλεῖστον τοῖς ἐνταῦθα οὖσι πεποίηκεν εἶναι. καὶ γεφύρας δύο ἐς ἄγαν εὐρείας τῷ ποταμῷ τούτῳ ἐντέθειται, καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἀκινδύνως αὐτὸν διαβαίνουσι τὸ λοιπὸν ἅπαντες.

γ'. Οἷα δὲ καὶ τὴν ἐν Βιθυνοῖς Νίκαιαν ἐξείργασται ἀγα- D θὰ εἰπεῖν ἄξιον. πρῶτα μὲν τὴν ὀχεταγωγίαν παντάπασι διεφθαρμένην τε καὶ τὴν χρείαν ὡς ἥκιστα παρεχομένην ἀνανεωσάμενος ἅπασαν, ὕδασι τὴν πόλιν καταχορῇ διεπράξατο εἶναι. ἔπειτα δὲ ἱερά τε καὶ μοναστήρια τὰ μὲν γυναιξί, τὰ δὲ ἀνδράσιν ἐδείματο. καὶ τὰ ἐκείνῃ βασίλεια, ἐκ μοίρας ἤδη καταπεπτωκότα τινός, ἀνενεώσατο σπουδῇ ἅπαντα, ἔτι μέντοι καὶ βαλανεῖον ἐν

illius in mare exitus impediretur, hinc factus importunior, vicinitati gravius incommodabat. Nec diu est, cum auctus imbribus restagnavit, ac tumidos fluctus in terram late effundens, damna gravissima intulit. Agros enim plurimos eluvione perdidit; radicitus vites, oleas, atque innumeros omnigenarum arborum truncos avulsit; domos, quae erant pro urbis moenibus, evertit; aliisque calamitatibus maximis attrivit indigenas. Quos miseratus imp. Iustinianus, hoc cepit peregitque consilium. Circumciso nemore, erutisque calamis omnibus, viam, qua amnis in mare influeret, expedivit; ne amplius efferre se alveo et inundare cogeretur. Tum excisis in medio montibus, qui circum eminent, ubi praecipitia ac derupta pendebant, viam fecit plaustris meabilem: quo fit ut plerumque incolae non habeant necesse transire fluvium: cui cum binos etiam pontes latissimos imposuerit, iam nemo est quin ipsum tuto transgrediatur.

3. Nec tacenda eiusdem erga Nicaeam Bithyniae beneficentia. Ac primum quidem, aquaeductum diruptum penitus et inutilem refecit, itaque civitati largam aquae copiam suppeditavit. Dein templa ac monasteria, alia feminis, alia viris extruxit. Palatium, cuius pars iam corruerat, a fundamentis sedulo renovavit, itemque thermas, in veredariorum, quos appellant,

τῷ καταλυτηρίῳ τῶν βερεδαρίων καλουμένων ἐκ παλαιοῦ διεφθαρμένον. ταύτης δὲ τῆς πόλεως ἐς τὰ πρὸς ἥλιον δύοντα ὡς ἀγχοτάτω χειμάρρους ὡς τὰ πολλὰ ἐπισκήπτειν φιλεῖ, ἄπορον ὅλως ἐργαζόμενος τὴν ταύτῃ ὁδόν. καὶ γέφυρα μέν τις ἐνταῦθα πεποίηται τοῖς πάλαι ἀνθρώποις, ἣ προϊόντος χρόνου προσβάλλουσαν οὐδαμῇ ἐνεγκοῦσα τὴν τοῦ χειμάρρου ἐπιρροὴν (ἐπεὶ οὐκ ἐν ἐπιτηδείῳ διασκευασθεῖσα ἐτύγχανεν) ὑπεχώρησέ τε τῷ ῥοθίῳ
P 98 βιαζομένῳ καὶ ἀπιοῦσα σὺν αὐτῷ ᾤχετο, οὐδὲ ἴχνος αὐτῆς ἐν τῷ χώρῳ ἀπολιποῦσα, οὗ πρότερον ἦν. βασιλεὺς δὲ Ἰουστινιανὸς γέφυραν ἐπήξατο ἐνταῦθα ἑτέραν ἐς τόσον ὕψους τε καὶ εὔρους διήκουσαν, ὥστε δὴ αὐτῆς οὐδὲ κατὰ πολλοστημόριον τὴν προτέραν οὖσαν γεγονέναι δοκεῖν, ἣ τὸν χειμάρρουν, ἡνίκα μορμύρει, κατὰ πολὺ ὑπεραίρουσα ἐν τῷ βεβαίῳ διασώζεται τοὺς ταύτῃ ἰόντας.

Ἐν δὲ Νικομηδείᾳ τὸ βαλανεῖον τὸ Ἀντωνίνου ἀνενεώσατο· μοῖρα γὰρ αὐτοῦ ἡ ἀξιολογωτάτη καταπεπτώκει, μεγέθει τοῦ ἔργου ἀπροσδόκητος ὅτι δὴ ἀνοικοδομηθήσεται γεγενημένη. ὁ μέγας δὲ ποταμὸς οὗτος, ὅνπερ Σάγγαριν καλοῦσι νῦν, σφοδρῷ μὲν
B κατιὼν ἐς ἄγαν τῷ ῥείθρῳ, ἐπὶ μέσης δὲ πεφυκὼς ἄβυσσος, εὐρυνόμενος δὲ θαλάσσῃ ἴσα, διαγέγονε μὲν τά γε εἰς γέφυραν ἀνέπαφος πᾶσιν, ἐξ οὗ γεγόνασιν ἄνθρωποι, ἀκάτων δὲ συνδέοντες πλῆθος καὶ φορμηδὸν αὐτὰς ἀλλήλαις ἐναρμοσάμενοι, ἐνταῦθα
V 461 διαπορθμεύεσθαι τολμῶσι πεζοί, ὥσπερ ποτὲ δέει τοῦ Ξέρξου τὸν Ἑλλήσποντον ὁ τῶν Μήδων στρατός. ἀλλὰ καὶ τοῦτο οὐκ ἀνεπικινδύνως αὐτοῖς γίνεται. πολλάκις γὰρ ὁμοῦ τοῖς δεσμοῖς συλλαβὼν τὰς ἀκάτους ἁπάσας, εἶτα τὴν διάβασιν ἀνεχαίτισε τοῖς τῇδε

diversorio iampridem fractas. Proxime latus urbis occidentale saepe irru- torrens, ibique viam prorsus praecludit. Eo loci pontem veteres fecerant. Is, tempore progrediente, non sustinens torrentis impetum (quippe male positus structusque fuerat) undis violentis succubuit, illisque abreptus abiit, nullo vestigio quidem relicto ubi ante extiterat. Ibidem Iustinianus Aug. pontem alterum eduxit in altitudinem tantam ac latitudinem, ut ille vix multesima huius pars fuisse videatur. Hic, quando torrens inflatus murmurat, longe ipso editior, transitum tutissimum praebet.

Nicomediae Antonini thermas instauravit: quarum praecipua pars collapsa, spem magnitudine operis adimebat, fore ut aliquando resurgeret. Magnus fluvius, quem hodie Sangarin vocant, cursu violentissimus, in medio profundus admodum, latitudineque aequoreus, nunquam post homines natos pontem subiit: sed scaphis pluribus connexis, tegetisque instar inter se aptis, audent transgredi pedites, ut quondam Medorum exercitus Hellespontum transiit, Xerxis metuens indignationem. At res non vacat periculo. Nam saepe flumen, scaphis omnibus abreptis cum nexibus, transitum viatoribus

ἰοῦσι. βασιλεὺς δὲ Ἰουστινιανὸς γέφυραν αὐτῷ ἐγκεχείρηκεν ἐποικοδομεῖσθαι τανῦν. ἀρξάμενός τε τοῦ ἔργου ἤδη πολλὴν ἐς αὐτὸ διατριβὴν ἔχει· ὅπερ εὖ οἶδα ὅτι ὑποτελέσει οὐ πολλῷ ὕστερον, τεκμηριούμενος ὅτι δὴ αὐτῷ τὰ ἔργα συνεπιλαμβάνεται ὁ θεὸς C ἅπαντα. οὐκοῦν ἀπέραντον αὐτῷ ἐνθύμημα οὐδὲν ἔμεινεν ἐς τόδε τοῦ χρόνου, καίτοι ἐπιπλείστοις τὸ καταρχὰς τοῖς ἀμηχάνοις ἐγχειρεῖν ἔδοξεν.

Ἔστι δέ τις ἐν Βιθυνοῖς ὁδὸς ἐς τὰ Φρυγῶν ἤθη ἐνθένδε ἰόντι, ἔνθα δὴ ἀνθρώποις τε ἀναρίθμοις καὶ ζῴοις ἑτέροις χειμῶνος ὥρᾳ διολωλέναι ξυνέβαινε· γεώδης γὰρ ὑπεράγαν ἡ χώρα οὖσα, μὴ ὅτι ὄμβρων ἐξαισίων καταρραγέντων ἢ χιόνων πολλῶν ἐπικεχυμένων τε καὶ διαλυθεισῶν ἐν ἐσχάτῳ, ἀλλὰ καὶ ψεκάδων ἐπιπεπτωκυιῶν, ἂν οὕτω τύχοι, ἐς τέλμα βαθὺ καὶ ἀπόρευτον ξυνισταμένη, τάς τε ὁδοὺς τεναγώδεις ἐργαζομένη, τοὺς τῇδε ἰόντας ἐκ τοῦ ἐπιπλεῖστον ἀνέπνιγεν. ἀλλὰ καὶ τοῦτον αὐτός τε μεγαλο- D φροσύνῃ ψυχῆς καὶ ἡ βασιλὶς Θεοδώρα τὸν κίνδυνον τοῖς παριοῦσι διέλυσαν. ἐς ἡμέρας γὰρ ὁδοῦ ἥμισυ εὐζώνῳ ἀνδρὶ λίθοις παμμεγέθεσι σκέπας τῇ λεωφόρῳ ἀπεργασάμενοι ἐπὶ στερρᾶς τῆς ὁδοῦ παριέναι διεσκευάσαντο τοὺς τῇδε ἰόντας. ταῦτα μὲν Ἰουστινιανῷ βασιλεῖ ταύτῃ ἐξείργασται.

Πηγαὶ δὲ θερμῶν φύσει ἐν Βιθυνοῖς ὑδάτων ἀναβλυστάνουσιν ἐν χώρῳ, ὅνπερ ἐπονομάζουσι Πύθια. ταύτας ἔχουσι παραψυχὴν ἄλλοι τε πολλοὶ καὶ διαφερόντως Βυζάντιοι, ἄλλως τε ὅσοις νοσώδεσι συμβαίνει εἶναι. ἔνθα δὴ πολυτέλειαν ἐπιδέδεικται βασιλεῖ πρέπουσαν· βασίλειά τε γὰρ ᾠκοδομήσατο οὐ πρότερον ὄντα καὶ λουτρῶνα ἐν δημοσίῳ τῶν ἐκεῖ φυομένων θερ- P 99

abnuit. Nunc Iustinianus Aug. pontem illi imponere aggressus, acriter in opus incumbit, brevi procul dubio absolvendum: idque ex eo coniicio, quod omnibus illius coeptis manum deus admovet. Quamobrem nullum hactenus consilium imperfectum reliquit; quamvis persaepe visus initio sit suscipere maiora viribus.

Via quaedam est in Bithynia, qua itur in Phrygiam. Haec innumeris hominibus ac iumentis funesta erat hiberno tempore. Etenim pinguissima regio, non solum demissis imbribus magnis vel multa effusa nive ac demum soluta, sed rore etiam forte delapso tenui, in coenum altum et ineluctabile cogebatur, ac viatores plerumque enecabat, soli tenacitate adempto spiritu. Discrimen hoc ipse ac Theodora Augusta sustulerunt generosa munificentia. Nam ad dimidium spatium, quod uno die vir expeditus conficiat, munita lapidibus maximis via publica, praetereuntibus iter solidum paraverunt. Haec ibi Iustinianus Augustus fecit.

Apud Bithynos, in loco, cui nomen Pythia, exiliunt fontes aquae natura calidae. His cum alii multi, tum vero maxime Byzantii, praesertim aegri, recreantur. Ibi ille magnificentiam imperatore dignam exhibuit. Novum

nequit; sed iam tractae et manifesta vi abreptae similis, porro pergit. Ex quo tractarum navium infortunio factum arbitror, ut veteres locum hunc Syrtes appellaverint. Nec littus contingere maioribus navigiis licet: siquidem caeci scopuli, qui partem sinus maximam obtinent, non modo cursum impediunt, sed naves etiam male perdunt in brevibus: nec nisi lembis, si fors tulerit, expedire salutem possunt, qui in iis sunt navibus, non sine periculo transeuntes.

Haec ora limitem habet Tripolitanum, incolasque Mauros barbaros, gentem a Phoenicibus oriundam: ubi urbs quoque est nomine Cidama. Hic habitant Mauri, iam inde olim Romanis coniuncti foedere: qui omnes Iustiniani Aug. impulsu fidem Christianam sponte amplexi sunt. Et quia foedus cum Romanis initum minime violant, *pacatos* hodie dicimus, a *pace*, quae Latina vox est, appellatione ducta. A Pentapoli ad Tripolin dierum xx. iter est viro expedito.

4. Sequitur Leptis magna, urbs olim ampla ac frequens, postmodum deserta fere penitus, et quia negligebatur, arenae vi late obruta. Huius muros imperator noster extruxit a fundamentis, non eo ambitu, quem prius ha-

μέντοι, ὅσος τὸ πρότερον ἦν, ἀλλὰ κατὰ πολὺ ἥσσονα· ὡς μὴ τῷ μεγέθει σφαλερὰ καὶ αὖθις ἡ πόλις εἴη, καὶ πολεμίοις μὲν ἁλωτὴ, ψάμμῳ δὲ πρόχειρος. νῦν δὲ δὴ τῆς πόλεως τὸ μὲν καταχωσθὲν ἐφ᾽ οὗπερ ἦν σχήματος εἴασεν οὕτω δὴ ψάμμῳ ἐς λόφους συνειλεγμένῃ κεκαλυμμένον, τήν τε λοιπὴν ἐτειχίσατο ἐν τῷ τῆς οἰκοδομίας ἐχυρῷ μάλιστα. καὶ ἱερὸν μὲν ἀξιοθέατον τῇ Θεοτόκῳ τῇδε ἀνέθηκεν, ἐκκλησίας δὲ τέτταρας ἐδείματο ἄλλας. πρὸς δὲ καὶ ἀνῳκοδομήσατο τὰ τῇδε γεγονότα ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις καὶ καταπεπτωκότα βασίλεια, Σεβήρου βασιλέως τοῦ παλαιοῦ ἔργον· ὃς δὴ ἐνθένδε ὁρμώμενος μνημεῖα τῆς εὐδαιμονίας τὰ βασίλεια τάδε ἀπέλιπεν.

D *Ἀλλὰ γὰρ ἐνταῦθα γενόμενος τοῦ λόγου τὸ ξυνενεχθὲν ἐπὶ Λεπτιμάγνας ἐν χρόνῳ τῷ καθ᾽ ἡμᾶς ὡς ἥκιστα σιωπήσομαι. ἤδη μὲν Ἰουστινιανοῦ τὴν βασιλείαν παραλαβόντος, οὔπω δὲ πό-*
H 54 *λεμον τὸν Βανδιλικὸν ἀνῃρημένου, Μαυρούσιοι βάρβαροι, οἱ Λευκάθαι καλούμενοι, βιασάμενοι τοὺς Λιβύης τότε κυρίους Βανδίλους, ἔρημον ἀνθρώπων τὴν Λεπτιμάγναν παντάπασι κατεστήσαντο. ἐν χώροις δὲ λοφώδεσι ξὺν τοῖς ἡγεμόσι διατριβήν τινα ἔχοντες Λεπτιμάγνης οὐ πολλῷ ἄποθεν, φλόγα πυρὸς ἐξαπιναίως ἐν μέσῃ τῇ πόλει τεθέανται. πολεμίους δὲ ὑποτοπήσαντες ἐνδήμους ἐνταῦθα γενέσθαι, δρόμῳ ἐπ᾽ αὐτοὺς ἐβοήθουν*
P 113 *πολλῷ. ἀνθρώπων δὲ οὐδένα εὑρόντες ἐπὶ τοὺς μάντεις τὸ πρᾶγμα ἦγον, οἳ δὴ τῷ ξυμβεβηκότι τεκμηριούμενοι τὴν Λεπτιμάγναν οὐκ εἰς μακρὰν οἰκισθήσεσθαι προὔλεγον. οὐ πολλῷ τε ὕστερον ἀφικόμενος ὁ τοῦ βασιλέως στρατὸς Λιβύην τε τὴν ἄλλην καὶ Τρίπο-*

16. *Λευκάθαι*] *λευάσθαι* Tolos.

buerant, sed longe minori: ne urbs in discrimen amplitudine relaberetur, et cum hosti captu facilis tum arenae esset obnoxia. Ac partem quidem urbis sepultam, qualis erat, iacere sivit; ita ut sub arena in tumulos congesta etiamnum lateat: reliquam autem moenibus validissimis cinxit. Ibidem templum spectatu dignum deiparae posuit: ecclesias praeterea quatuor aedificavit. Restituit collapsum vetus palatium, opus Severi Aug. senioris: qui ibi natus regiam illam in monumentum felicitatis reliquerat.

Et quando huc me deduxit oratio, quod aetate nostra in urbe Lepti magna accidit, silentio non praetermittam. Iam quidem imperium Iustinianus, sed nondum bellum Vandalicum susceperat; cum Mauri barbari, Leucathae dicti, pulsis Vandalis tunc Africae dominis, Leptin magnam penitus desolarunt. Haud procul hinc, tumuloso in loco, cum ducibus commorantes, mediam urbem igni collucere vident. Mox rati ingressum hostem, cursu illuc contendunt: neminem nacti, rem deferunt ad divinos. Hi casu coniectura expenso, Leptin magnam brevi frequentatum iri praenuntiarant. Nec multo post eo portatus imperatoris exercitus, Tripolim cum reliqua recepit

λιν ἔσχε, Βανδίλων τε καὶ Μαυρουσίων καθυπέρτερος τῷ πολέμῳ γεγενημένος. ἐγὼ δὲ ὅθεν τὴν ἐκβολὴν τοῦ λόγου ἐποιησάμην ἐπάνειμι.

Ἐν ταύτῃ τῇ πόλει Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς καὶ λουτρῶνας ἐν δημοσίῳ πεποίηται, τόν τε περίβολον τῆς πόλεως ἐκ θεμελίων τῶν ἐσχάτων ᾠκοδομήσατο, καὶ τοῖς τε βαλανείοις τοῖς τε ἄλλοις πᾶσιν ἐς πόλεως αὐτὴν κατεστήσατο σχῆμα. τούς τε πλησιοχώρους αὐτῇ βαρβάρους, οἳ Γαδαβιτανοὶ ἐπικαλοῦνται, κατακόρως ἐς τόδε τοῦ χρόνου τὴν Ἑλληνικὴν καλουμένην ἀθεΐαν δοξάζοντας, B
Χριστιανοὺς διεπράξατο γενέσθαι τανῦν προθυμίᾳ τῇ πάσῃ. ἀλλὰ καὶ Σαβαραθὰν ἐτειχίσατο πόλιν, οὗ δὴ καὶ λόγου ἀξίαν πολλοῦ ἐκκλησίαν ἐδείματο.

Πόλεις δὲ δύο εἰσὶ ταύτης ἐν ἐσχάτῳ τῆς χώρας, Τάκαπά τε καὶ Γίργις, ὧν δὴ κατὰ μέσον Σύρτεις τὰς μικρὰς ξυμβαίνει εἶναι. ἐνταῦθα γίνεταί τι ἐς ἡμέραν ἑκάστην θαυμάσιον ἥλικον. ἡ θάλασσα ἐν στενῷ θλιβομένη ἀπεργάζεται μηνοειδῆ κόλπον, ἧπερ γίνεσθαι κατὰ τὰς ἄλλας Σύρτεις ἐρρήθη. ἀναβαίνει δὲ εἰς τὴν ἤπειρον πλεῖον ἢ ὁδῷ ἡμέρας εὐζώνῳ ἀνδρί, ἀμφί τε τὰ πρὸς ἑσπέραν ἐπάνεισιν αὖθις, ἐπιλιποῦσα ἐπὶ τοῦ ξηροῦ τὴν ἠιόνα ταύτην κατὰ ταὐτὰ ταῖς ἄλλαις ἀκταῖς. οἵ τε ναῦται εἰς τὴν ἤπει- C
ρον ἀναγόμενοι θάλασσαν ἐπὶ καιροῦ γεγενημένην, τῆς μὲν ἡμέρας ὡς πορρωτάτω τὰ εἰωθότα ναυτίλλονται, ἀμφὶ δείλην δὲ πάντως ὀψίαν ὡς ἐν γῇ αὐλισόμενοι συσκευάζονται, κοντούς τινας ἐν παρασκευῇ μακροὺς ἔχοντες. ἐπειδάν τε τάχιστα τοῦ ῥοθίου αἴσθωνται ὑπόπτως ἐς τὴν ἀναχώρησιν ἔχοντος, οἵδε τοὺς κοντοὺς

14. Γίχθις Ptolem. 4, 3, p. 97.

Africa, Vandalis ac Mauris debellatis: ego vero illuc, unde sum digressus, revertor.

In hac urbe balneas fecit publicas Iustinianus Aug. et moenia ab imo fundamento construxit: nec solum balneis, sed ornamentis etiam caeteris locum in speciem urbe dignam adduxit. Gadabitanos, finitimos barbaros, qui ad hanc aetatem Graecanicae impietati dediti fuerant, modo perpulit, ut toto animo sese Christo adiungerent. Urbem Sabaratham muris circumdedit, nobilissimaque ecclesia ornavit.

In extrema hac regione urbes sunt geminae, Tacapa ac Girgis, quas Syrtis minor interiacet. Ibi mirabile quiddam quotidie videre est. Arctatum angustiis mare sinum lunatum efficit, qualem in Syrti altera fieri diximus. In terram autem effunditur ultra quam viator expeditus uno die procedat. Sub vesperam refluit, littus illud perinde ac caetera siccum relinquens. Provecti nautae in continentem, quae maris faciem ad tempus induit, de die longissime pro more navigant: appetente nocte, ad illam in terra transigendam se comparant, oblongis quibusdam contis instructi. Simul sentiunt mare ad reditum spectare et vergere, contis arreptis sine mora navi exiliunt: ac

ἔχοντες καὶ διαχειρίζοντες ἐκπηδῶσιν ἐν ὀκνήσει οὐδεμιᾷ ἐκ τῆς νεώς. νηχόμενοι δὲ πρῶτον, εἶτα ἑστήκασιν, ἡνίκα ἂν σφίσι τὸ ὕδωρ οὐχ ὑπεραίροι τὰ πρόσωπα. ἔκ τε τῶν ἄκρων τοὺς κοντοὺς ἐπὶ τῆς γῆς προσουδίσαντες ἐν ξηρῷ ἤδη γεγενημένης ἢ ἐσομένης
V 473 αὐτίκα δὴ μάλα, ὀρθοὺς ἱστᾶσιν, ὑποκεισομένους τῷ πλοίῳ καὶ
D μετεωρίσοντας ἑκατέρωθεν, ὡς μὴ ἐπικλῖναν ἐπὶ θάτερα συντριβὲς γένηται. τῇ δὲ ὑστεραίᾳ ὄρθρου βαθέος ἡ μὲν ἤπειρος μεταμφιασαμένη τὴν θάλασσαν ἐπικυρτοῦται κυμαίνουσα, τὰ δὲ πλοῖα ἐπαιρόμενα πλεῖ. οἵ τε ναῦται περιελόντες ἐπικαιριώτατα τοὺς κοντοὺς ναυτίλλονται αὖθις. παράλλαξίν τε οὐδεμίαν τοῦ ἔργου γενέσθαι, ἀλλ' ἐς ἡμέραν ἑκάστην ἡ τῶν στοιχείων διαδοχὴ ἐπιγίνεται.

P 114 ε'. Μετὰ δὲ Τρίπολίν τε καὶ Σύρτεις ἡμεῖς ἐπὶ Λιβύην τὴν ἄλλην ἴωμεν. ἀρκτέον δὲ ἡμῖν ἐκ Καρχηδόνος, ἣ μεγίστη τε καὶ ἀξιολογωτάτη τῶν τῇδε πόλεων τυγχάνει οὖσα, τοσοῦτον πρότερον ὑπειποῦσιν, ὡς ἡνίκα Γιζέριχός τε καὶ Βανδίλοι Λιβύην ἔσχον, ἐνθύμημα ἐπιγέγονεν αὐτοῖς ἀξιώλεθρόν τε καὶ πρέπον βαρβάροις. ἄμεινον γὰρ ἐλογίσαντο σφίσι τὰ πράγματα ἕξειν ἀτειχίστων ὄντων τῶν τῇδε χωρίων, ὡς μή τι καταλαβόντες αὐτῶν Ῥωμαῖοι Βανδίλους κακουργεῖν ἔχοιεν. ἅπαντα οὖν τὰ τείχη ἐς τὸ ἔδαφος καθεῖλον εὐθύς. βάρβαροι γὰρ ἅπαντες ἐκ τοῦ ἐπὶ
B πλεῖστον ἐπὶ πονηρῷ τῶν Ῥωμαίων βουλεύονται μὲν ὡς ὀξύτατα, ἐπιτελοῦσι δὲ ὡς ταχύτατα, ὅσα ἂν αὐτοῖς δοκοῦντα εἴη. μόνον δὲ αὐτοῖς τό τε Καρχηδόνος καὶ ὀλίγα ἄττα ἐφ' οὗπερ ἦσαν σχήματος ἔμειναν, ὧνπερ ἐπιμελεῖσθαι ἀπαξιοῦντες, διαφθορεῖν αὐτὰ τῷ χρόνῳ ἀφῆκαν. βασιλεὺς δὲ Ἰουστινιανὸς (ἀνθρώπων μὲν

primum quidem natant, dein vero consistunt pedibus, ubi vultum aqua non superat, et solo vel iam sicco vel mox siccando infixis contorum cuspidibus, ipsos erigunt, ut navigium his suppositis utrinque suspensum extet, nec frangatur in partem alteram inclinando. Postridie, primo diluculo, terra mari induitur, ac tumidis inhorret fluctibus: tum elatae feruntur naves, et nautae refixis peropportune contis denuo navigant. Nec res variat: sed diebus singulis contingit illa elementorum successio.

5. Post Tripolim et Syrtes ad reliquam pergamus Africam. Ducendum autem initium a Carthagine, urbium, quae in illis sunt partibus, maxima ac nobilissima; si modo unum praemonuero: Gizerico et Vandalis Africa potitis cogitationem exitiabilem ac barbaris consentaneam incidisse. Res enim suas melius processuras rati, si moenibus spoliarentur munita loca; ne Romani, eorum copiam recepto negotium Vandalis facesserent, muros omnes confestim aequarunt solo. Enimvero id plerisque barbaris commune est, ut consilia Romanis perniciosa promptissime ineant, et deliberata calidissime exequantur. Carthaginis moenibus aliisque nonnullis cum pepercissent, ea ipsa per incuriam aevo corrumpi siverant. At imp. Iustinianus, hortatu

οὐδενὸς ἐπαινοῦντος, ἀλλὰ καὶ πεφρικότων τὸ ἔργον ἁπάντων, μόνου δὲ τοῦ θεοῦ εἰσηγουμένου τε καὶ ξυλλαμβάνοντος) Βελισάριόν τε καὶ στράτευμα ἐπὶ Λιβύην πέμψας, Γελίμερά τε καὶ δύναμιν τῶν Βανδίλων καθεῖλε, πολλοὺς μὲν κτείνας, τοὺς δὲ λοιποὺς δορυαλώτους πεποιημένος, ἧπέρ μοι ἐν λόγοις τοῖς ὑπὲρ C τῶν πολέμων δεδήλωται. καὶ τὰ μὲν καθῃρημένα τῶν ἐν Λιβύῃ ὀχυρωμάτων ἀνενεώσατο ἅπαντα, ἕτερα δὲ παμπληθῆ ἐπετεχνήσατο νεοχμώσας αὐτός.

Πρῶτα μὲν οὖν Καρχηδόνος, τῆς νῦν καὶ Ἰουστινιανῆς, ὡς τὸ εἰκός, ἐπεμελήσατο, διερρυηκότα μὲν τὸν περίβολον ἀνοικοδομησάμενος ἅπαντα, καὶ τάφρον ἐν περιδρόμῳ διορύξας οὐ πρότερον οὖσαν. ἀνέθηκε δὲ καὶ ἱερὰ τεμένη, τῇ μὲν θεοτόκῳ, ὅπερ ἐν παλατίῳ ἐστί, καὶ τούτου ἐκτὸς τῶν τινι ἐπιχωρίων ἁγίων, ἁγίᾳ Πρίμῃ. ἔτι μέντοι καὶ στοὰς ἑκατέρωθι τῆς Μαριτίμου ἀγορᾶς καλουμένης ἐδείματο, καὶ βαλανεῖον ἐν D δημοσίῳ ἀξιοθέατον, ὅπερ ἐπωνύμως τῇ βασιλίδι Θεοδωριανὰς ἐπωνόμασαν. ἐδείματο δὲ καὶ μοναστήριον τοῦ περιβόλου ἐντὸς ἐπιθαλασσίδιον, ἄγχιστα τοῦ λιμένος, ὅπερ Μανδράκιον ὀνομάζουσιν, ἐρύματί τε αὐτὸ ἐχυρωτάτῳ περιβαλὼν φρούριον ἀνανταγώνιστον ἀπειργάσατο. H 55

Ταῦτα μὲν οὖν ἐπὶ Καρχηδόνος τῆς νέας Ἰουστινιανῷ εἴργασται. ἐν δὲ χώρᾳ τῇ ἀμφ' αὐτήν, ἣ Προκονσουλαρία ὠνόμασται, πόλις ἀτείχιστος ἦν Βαγὰ ὄνομα, μὴ ὅτι βαρβάροις ἐπιοῦσιν, P 115 ἀλλὰ καὶ τύχῃ τινὶ περιοῦσιν ἁλωτὴ οὖσα. ταύτην ἐρύματι

23. Βαγὰ] βάνα Tolos.

nemine, immo omnibus incoeptum perhorrescentibus, unoque admodum auctore et adiutore deo, misso in Africam cum copiis Belisario, Gelimerem opesque Vandalicas fregit, ac multis caesis, caeteros captivos habuit, prout in historia bellorum narravi: nec dirutas modo munitiones Africae refecit, sed novas etiam complures excitavit.

Ac primum Carthagini, quam hodie Iustinianam iure meritoque appellant, curam impendens, muris, qui passim ruinam dederant, omnino reparatis, novam fossam circumdedit. Dei genitrici aedem posuit in palatio, itemque extra palatium alteram S. Primae, quae una est ex sanctis indigenis. Porticus ad utrumque latus fori, quod maritimum appellant, extruxit, publicasque balneas spectatu dignas, quas de Augustae nomine Theodorianas nuncuparunt. Monasterium quoque maritimum intra muros aedificavit ad portum, cui nomen Mandracium, ac tam valide muniit, ut castellum fecerit inexpugnabile.

Haec habet aedificia Iustiniani Carthago nova: in circumiecta autem regione, quae Proconsularis dicitur, erat urbs Baga moenibus nuda; ita ut eam barbari absque impressione ac forte in transitu capere possent. Hanc

ἐχυρωτάτῳ περιβαλὼν Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς πόλιν τε διεπράξατο καὶ τοὺς οἰκήτορας ἐν τῷ ἀσφαλεῖ διασώσασθαι οἵαν τε εἶναι. οἳ δὴ τετυχηκότες τῆς χάριτος ἐς τὴν τῆς βασιλίδος τιμὴν Θεοδωριάδα καλοῦσι τὴν πόλιν. φρούριον δὲ ᾠκοδομήσατο ἐν ταύτῃ τῇ χώρᾳ, ὃ Τούκκα καλοῦσιν.

B ϛ'. Ἐν Βυζακίῳ δὲ πόλις, Ἀδράμυτος ὄνομα, ἐν τῇ παρα-
V 474 λίᾳ οἰκεῖται, μεγάλη καὶ πολυάνθρωπος ἐκ παλαιοῦ οὖσα, καὶ δι' αὐτὸ τὸ τῆς μητροπόλεως ὄνομά τε καὶ ἀξίωμα κληρωσαμένη ἐν ταύτῃ τῇ χώρᾳ, ἐπεὶ πρώτην αὐτὴν μεγέθει τε καὶ τῇ ἄλλῃ εὐδαιμονίᾳ ξυμβαίνει εἶναι. ταύτης Βανδίλοι μὲν τὸν περίβολον ἐς ἔδαφος καθεῖλον, ὡς μή ποτε Ῥωμαῖοι αὐτῆς ἀντιλαβέσθαι δυνατοὶ εἶεν. Μαυρουσίοις τε καταθέουσι τὰ ἐκείνῃ χωρία ἐν ἐπιτηδείῳ ἀπέκειτο. Λίβυες δὲ κατὰ ταύτην οἰκήτορες, ὅσα γε δυνατὰ τῆς σφῶν σωτηρίας ἐπιμελούμενοι, τὰ διῃρημένα τῶν τοίχων ἀποτριγχώσαντες, τὰς οἰκίας ἀλλήλαις ἐνῆψαν· ἐξ ὧν δὴ
C τοῖς ἐπιοῦσι διαμαχόμενοι ἔν τε τῷ σφαλερῷ τῆς ἐλπίδος καὶ τῷ ἐπικινδύνῳ ἠμύνοντο. ἦν δὲ αὐτοῖς ἐπὶ τριχὸς ἡ σωτηρία διηνεκὲς καὶ ἐπὶ θατέρου σκέλους ἑστῶσα, πολεμουμένοις μὲν ὑπὸ τῶν Μαυρουσίων, ὑπὸ δὲ τῶν Βανδίλων ἀμελουμένοις. ἀλλ' ἡνίκα Λιβύης κύριος τῷ πολέμῳ βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς γέγονε, τεῖχός τε τῇ πόλει εὐμέγεθες ἄγαν περιβαλὼν καὶ φρουρὰν ἐνταῦθα στρατιωτῶν καταστησάμενος ἀξιόχρεων θαρσεῖν τε ὑπὲρ ἀσφαλείας τοὺς τῇδε ᾠκημένους πεποίηται ἀφροντιστῆσαί τε πολεμίων ἁπάντων. διὸ δὴ αὐτὴν καὶ Ἰουστινιανὴν καλοῦσι τανῦν, σῶστρα
D τῷ βασιλεῖ ταῦτα ἐκτίνοντες, μόνῃ τοῦ ὀνόματος τῇ παρενθήκῃ

Iustinianus Aug. optime communiendo, vere urbem effecit suis idoneam servandis civibus: qui tali affecti beneficio, in honorem Augustae urbem vocant Theodoriadem. In eo tractu castellum condidit, Tucca dictum.

6. In Byzacio urbs est maritima Adrumetus, antiquitus magna ac frequens, et in ea provincia nomen dignitatemque adepta metropoleos; quod caeteris et amplitudine et absoluta felicitate praestaret. Huius muros Vandali funditus verterant, ut a Romanis nunquam retineri posset: eratque Maurorum incursibus exposita. Qui eam incolebant Afri, saluti suae pro virili parte consulentes, obseptis aedium parietibus, qua erant pervii, inter se domos continuaverant: unde aggressoribus repugnantes, cum spe dubia ac periculo se tuebantur. Eorum certe salus in pilo tenui semper posita erat, nec nisi altero, ut dicitur, stabat crure, cum ipsos Mauri armis appeterent, Vandali nulla omnino cura ac providentia dignarentur. Verum Iustinianus Augustus postquam bello Africam in ditionem suam subiunxit, urbe muris maximis cincta ac iusto instructa praesidio, cives ab hostium quorumvis metu in securitatis fiduciam vindicavit. Quapropter et hanc etiam urbem hodie vocant Iustinianam, servatori principi solventes eiusmodi praemium, solaque nominis impositione gratum animum significantes: quippe nihil aliud,

τὴν εὐγνωμοσύνην ἐπιδεικνύμενοι, ἐπεὶ ἄλλο οὐδὲν ὅτῳ ἂν καὶ βασιλέως τὴν ἀγαθοεργίαν ἀμείβοιντο οὔτε αὐτοὶ εἶχον οὔτε οὗτος ἐβούλετο.

Ἦν δέ τι καὶ ἄλλο ἐν τῇ τοῦ Βυζακίου παραλίᾳ χωρίον, ὅπερ ἐκάλουν Καπούδβαδα οἱ ἐπιχώριοι. ἐνταῦθα καταπλεύσας τὰ πρῶτα ὁ τοῦ βασιλέως στόλος Λιβύων τῆς γῆς ἐπεβάτευεν, ἡνίκα ἐπὶ Γελίμερά τε καὶ Βανδίλους ἐστράτευεν. οὗ δὴ καὶ τὸ θαυμάσιον ἐκεῖνο καὶ λόγου κρεῖσσον ἐς τὸν βασιλέα ἐπιδέδεικται ὁ θεὸς δώρημα, ὅπερ μοι ἐν τοῖς ὑπὲρ τῶν πολέμων δεδήλωται P 116 λόγοις. ἀνύδρου γὰρ τοῦ χωρίου τὰ μάλιστα ὄντος, ὕδατός τε ἀπορίᾳ πολλῇ πιεζομένου τοῦ Ῥωμαίων στρατοῦ, ἡ γῆ, πρότερον ἐπὶ ξηροῦ βεβαιότατα οὖσα, πηγὴν ἀνῆκεν, οὗ δὴ τὸ χαράκωμα οἱ στρατιῶται εἰργάζοντο. οἱ μὲν γὰρ ὤρυσσον, ἡ δὲ ἀνεβλύστανεν. ἥ τε γῆ αὐχμὸν ἀποβαλοῦσα τὸν ἐπιχώριον καὶ μεθαρμοσαμένη τὴν αὐτῆς φύσιν ὕδατι ποτίμῳ ὑγρὰ ἐγεγόνει. ταύτῃ τε τὸ λοιπὸν ἐν ἐπιτηδείῳ στρατοπεδευσαντές τε καὶ αὐλισάμενοι, καὶ τῇ ὑστεραίᾳ ὡς ἐς τὴν μάχην συσκευασάμενοι, ἵνα τὰ ἐν μέσῳ B συντέμω, Λιβύων ἔσχον. μαρτυρίῳ τοίνυν διηνεκεῖ τὸ τοῦ θεοῦ δῶρον πιστούμενος Ἰουστινιανὸς βασιλεύς, ᾧ δὴ βουλομένῳ τὰ ἀμηχανώτατα εὔκολα γίνεται, ἐς πόλιν αὐτίκα μεταβιβάσαι τὸ χωρίον τοῦτο βεβούλευται, τείχει μὲν ἐρυμνήν, τῇ δὲ ἄλλῃ κατασκευῇ ἐς πόλεως ὄγκον ὑπογεγραμμένην εὐδαίμονος, καὶ γέγονεν ἔργον τὸ τοῦ βασιλέως ἐνθύμημα. τεῖχός τε γὰρ ἀποτετόρνευται καὶ πόλις, καὶ ἀγροῦ τύχη ἐξαπιναίως ἀμείβεται. οἵ τε ἄγροικοι τὴν ἐχέτλην ἀπορριψάμενοι πολιτικῶς βιοτεύουσιν, οὐκ ἄγροικον

quo imperatoris beneficentiam remunerentur, neque habent ipsi, neque ille exoptat.

In littore Byzaceno locus erat, dictus indigenis Caputvada. Eo primum appulsa classis imperatoris, invasit Africam, suscepta adversus Gelimerem Vandalosque expeditione. Ibidem suam erga Augustum benignitatem deus ostendit mirabili illo nec satis unquam laudando munere, de quo egi in bellorum historia. Cum enim locus esset peraridus, Romanusque exercitus summa aquae penuria premeretur, terra ad eam diem siccissima emisit fontem, ubi milites vallum ducebant. His enim fodientibus, erupit ille, ac tellus nativum squalorem exuit, et, mutata natura, dulci aqua permaduit. Itaque tum castra commode metati, ibi noctem egerunt, postridie discesserunt ad pugnam procincti, atque (ut ea quae intercessere praecidam) Africam receperunt. Ergo Iustinianus Augustus, cuius voluntati expedita sunt quae maximam habent difficultatem, ut monumento mansuro fidem faceret divini muneris, protinus illic urbem condere statuit, quam et moenibus validam, et rebus omnibus, quae splendorem dant civitati, instructam delineavit. In opus exiit imperatoris consilium: urbs cum muris aedificatur: repente mutatur agri fortuna: coloni, abiecta stiva, civiliter vivunt, nec iam rustica instituta, sed

δίαιταν ἔτι, ἀλλ' ἀστείαν διαχειρίζοντες. ἐπεὶ καὶ ἀγοράζουσιν
C ἐνταῦθα διημερεύοντες, καὶ ὑπὲρ τῶν σφίσιν ἀναγκαίων ἐκκλησιάζουσι, καὶ ἀγορὰν ἀλλήλοις συμβάλλουσι, τἄλλα τε ἅπαντα πράσσουσιν ὅσα δὴ ἐς πόλεως ἀξίωμα ἥκει.

V 475 Ταῦτα μὲν ἐν Βυζακίῳ τῷ ἐπιθαλασσίῳ πεποίηται. κατὰ δὲ τὴν μεσόγειαν ἐς τῆς χώρας τὰ ἔσχατα, ἵνα δὴ αὐτὴν βάρβαροι προσοικοῦσι Μαυρούσιοι, ἐπιτειχίσματα κατ' αὐτῶν πεποίηται δυνατώτατα, ἐξ ὧν δὴ οὐκέτι οἷοί τέ εἰσι καταθεῖν τὴν Ῥωμαίων ἀρχήν. πόλεις τε γὰρ τὰς ἐνταῦθα οὔσας ἐν ἐσχατιᾷ τῆς χώρας ἑκάστῃ τείχεσιν ἐχυροῖς ἄγαν περιβαλών, αἷς αἱ προσηγο-
D ρίαι Μάμμης τε καὶ Τελεπτή, Κούλουλις, καὶ φρούριον τειχισάμενος, ὅπερ καλοῦσιν οἱ ἐπιχώριοι Αὐμετέρα, ἐχεγγύους ἐνταῦθα φρουροὺς στρατιωτῶν κατεστήσατο.

ζ'. Τρόπῳ δὲ τῷ αὐτῷ Νουμιδίων τῇ χώρᾳ τειχίσμασί τε καὶ στρατιωτῶν φυλακτηρίοις τὴν ἀσφάλειαν προσεποίησεν, ὧν-
P 117 περ ἕκαστα ἐρῶν ἔρχομαι. ὄρος ἐστὶν ἐν Νουμιδίᾳ, ὅπερ Αὐράσιον ἐπικέκληται, οἷον δὴ γῆς τῆς οἰκουμένης ἑτέρωθι ὡς ἥκιστα ξυμβαίνει εἶναι. τοῦτο γὰρ τὸ ὄρος οὐρανόμηκες μὲν ἐν τῷ ἀποτόμῳ ἀνέχει, ἐς περίμετρον δὲ ἡμερῶν διήκει μάλιστα ὁδῷ τριῶν. καὶ προσιόντι μὲν ἀπρόσβατόν ἐστιν, ἀνάβασιν οὐδεμίαν ὅτι μὴ ἐν ἀποκρήμνῳ ἔχον. ἄνω δὲ γενομένῳ γεώδης τε ἡ χώρα καὶ ὁμαλῆ τὰ πεδία καὶ ὁδοὶ προσηνεῖς, λειμῶνες εὔνομοι, παράδεισοι κατάφυτοι δένδροις, ἀρώματα πάντα. καὶ πηγαὶ μὲν ἀποβλύζουσαι τῶν τῇδε σκοπέλων, γαληνὰ δὲ τὰ ὕδατα, καὶ ποταμοὶ πλήθει ῥοθίου ἐπικυρτούμενοι, καὶ τὸ δὴ πάντων παραδοξότατον, τά τε λήια καὶ τὰ δένδρα ἐν τούτῳ τῷ ὄρει διπλάσιον μεγέ-

urbana sectantur. Siquidem ibi forum obeunt quotidie; de rebus sibi necessariis deliberant in conventibus; nundinas habent; nihil denique, quod ad urbis dignitatem spectet, omittunt.

Ea quidem in ora Byzacii maritima fecit: in partibus vero mediterraneis, ad provinciae fines, ubi ipsam Mauri barbari accolunt, propugnacula illis opposuit validissima: quo fit ut Rom. imperium incursare amplius nequeant. Cum enim urbes limitaneas, Mammam, Telepten et Cululim firmissimis cinxisset moenibus, castrumque, quod Aumetera vocant indigenae, muniisset, fida illic praesidia collocavit.

7. Similiter Numidiam muris militaribusque praesidiis securam reddidit: ad singula venio. Est in Numidia mons Aurasius, cui parem nullum habet orbis terrarum. Abruptus enim surgit altissime, ac tridui fere iter ambitu colligit. Primo aditu difficillimus, nusquam ascensum nisi in praecipiti offert. In vertice terrenum est solum, plani campi, viae faciles, prata uberrima, horti arboribus consiti, aromata cuiusque generis, manantes rupibus fontes, aquae placidae fluvii undarum copia tumidi, et, quod maxime mireris, fruges atque arborum fructus tanto altero maiores sunt in hoc monte,

θους πέρι τὸν καρπὸν φέρουσιν ἢ ἐν Λιβύῃ τῇ ἄλλῃ πέφυκε γί- B
νεσθαι. τὰ μὲν οὖν ὄρους τοῦ Αὐρασίου ταύτῃ πη ἔχει. Βαν-
δίλοι δὲ αὐτὸ κατ' ἀρχὰς εἶχον, οὓς δὴ Μαυρούσιοι ἀφελόμενοι
τῇδε ἱδρύσαντο. Μαυρουσίους δὲ ἐξελάσας ἐνθένδε Ἰουστινιανὸς
βασιλεύς, τῇ ἄλλῃ προσεποίησε Ῥωμαίων ἀρχῇ. προνοήσας τε
ὡς μὴ καὶ αὖθις οἱ βάρβαροι κακουργοῖεν ἐνταῦθα ἰόντες, πόλεις
μὲν ἀμφὶ τὸ ὄρος ἐρήμους τε καὶ ἀτειχίστους τὸ παράπαν εὑρὼν
ἐτειχίσατο, ἔτι μέντοι καὶ φρούρια δύο, φυλακτήρια δὲ στρα-
τιωτῶν διαρκῆ ἐνταῦθα καταστησάμενος, οὐδεμίαν τοῖς ἐκείνῃ
βαρβάροις ἐλπίδα τῆς ἐπὶ τὸ Αὐράσιον ἐπιβουλῆς ἀπελείπετο.
ἐν δὲ πόλεσι ταῖς ἐπὶ Νουμιδίας τῆς ἄλλης κειμέναις ἀνανταγώ- H 56
νιστα ἐρύματα κατεστήσατο. ταῦτα μὲν ὧδέ πη ἔσχε. C

Πόλις δέ πού ἐστιν ἐν τῇ νήσῳ Σαρδοῖ, ἣ νῦν Σαρδινία
καλεῖται. Τραϊανοῦ φρούριον αὐτὴν καλοῦσι Ῥωμαῖοι. ταύ-
την τειχήρη πεποίηται Ἰουστινιανός, οὐ πρότερον οὖσαν.

Ἐν δὲ Γαδείροις, κατὰ θάτερα τῶν Ἡρακλέους στηλῶν,
ἐν δεξιᾷ κατὰ τὴν Λιβύης ἀκτὴν φρούριον ἦν ποτε Σεπτὸν ὄνομα,
ὅπερ ἐδείμαντο μὲν ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις Ῥωμαῖοι, Βανδίλων δὲ
οὐκ ἐπιμελουμένων καθεῖλεν ὁ χρόνος. ὁ δὲ καθ' ἡμᾶς βασιλεὺς
Ἰουστινιανὸς τείχει μὲν ἐρυμνόν, φυλακτηρίῳ δὲ ἰσχυρὸν κατεστή-
σατο. οὗ δὴ καὶ νεὼν ἀξιοθέατον τῇ θεοτόκῳ ἀνέθηκεν, ἀνα-
ψάμενος μὲν ἐπ' αὐτῆς τὰ τῆς πολιτείας προοίμια, παντὶ δὲ ἀν-
θρώπων τῷ γένει ταύτῃ ἄμαχον τὸ φρούριον τοῦτο ποιούμενος.

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν τοιαῦτά ἐστιν. ἀμφίλεκτον δὲ οὐδενὶ γέ- V 476
γονεν, ἀλλ' ἔνδηλον ἀνθρώποις διαφανῶς πᾶσιν, ὡς ἐκ τῶν ἑῴων

14. φρούριον] φόρον Pm.

quam in reliqua Africa nasci soleant. Haec est natura montis Aurasii: quem cum Vandali ipso sui dominatus initio occupassent, Mauri illis ereptum incoluerunt: donec Iustinianus Aug. Mauris inde exactis, Romano eum imperio adiecit, ac providens ne denuo infesti illuc subirent barbari, urbes, quas circum montem desertas ac plane immunitas reperit, moenibus cinxit. Praeterea castellis ibi geminis iusto cum praesidio positis, nullam vicinis barbaris spem reliquit invadendi Aurasii. Urbes in reliqua Numidia sitas firmissime communivit. Haec ibi.

In insula autem Sardo, dicta hodie Sardinia, urbs est, cui nomen apud Romanos Trajani castrum. Hanc muris circumdedit, cum esset nuda.

Apud Gades, ad alteram Herculis columnam, a dextera, in Africa littore castellum, Septa nomine, fuerat: quod a Romanis olim extructum, cum esset neglectui Vandalis, corruerat vetustate. Hoc imp. noster Iustinianus muro optimo validoque praesidio muniit. Spectandum ibidem templum deiparae posuit, ac primam ipsi dicans consecransque oram imperii, castellum hoc universo hominum generi inexpugnabile reddidit.

Quae cum ita sint, nulla iam relicta ambiguitate, omnibus patet, ab ex-

ὁρίων ἄχρι ἐς δύοντά που τὸν ἥλιον, ἃ δὴ πέρατά ἐστι τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς, οὐκ ἐρύμασι μόνοις, ἀλλὰ καὶ στρατιωτῶν φυλακτηρίοις Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς τὴν πολιτείαν ἐκρατύνατο. ὅσα μὲν οὖν τῶν Ἰουστινιανοῦ οἰκοδομημάτων μαθεῖν ἴσχυσα ἢ αὐτόπτης γεγενημένος ἢ τῶν θεασαμένων αὐτήκοος, ὅση δύναμις τῷ λόγῳ ἐπῆλθον. ἐξεπίσταμαι δὲ ὡς πολλά με καὶ ἄλλα παρῆλθεν εἰπεῖν ἢ ὄχλῳ λαθόντα ἢ παντάπασιν ἄγνωστα μείναντα. ὥστε
P 118 ὅτῳ διὰ σπουδῆς ἔσται διερευνήσασθαί τε ἅπαντα καὶ τῷ λόγῳ ἐνθεῖναι, προσέσται αὐτῷ τὰ δέοντα πεποιηκέναι καὶ φιλοκάλου κλέος ἀπενεγκεῖν.

ortivo limite ad solem usque occidentem, quae extrema sunt ditionis Romanae, Iustinianum Augustum non solum munitionibus, sed militaribus etiam praesidiis imperium confirmasse. Ego vero quaecumque ab illo aedificata accipere potui, vel oculis ipse meis, vel eorum relatu, qui viderant, literis pro virili parte sum persecutus. Id tamen apprime scio, me multa praetermisisse, sive magno abdita numero, sive prorsus incognita. Quare si quis eo studium conferet, ut scrutetur omnia ac scriptis inserat, is certe cum recte facti conscientia gaudebit, tum cultae honestatis gloriam consequetur.

NICOLAI ALEMANNI

IN

HISTORIAM ARCANAM

PROCOPII

NOTAE HISTORICAE.

NICOLAI ALEMANNI

IN

HISTORIAM ARCANAM

PROCOPII

NOTAE HISTORICAE.

P. 7. PROCOPII CAESARIENSIS] Doctis fere omnibus nulla Pro- A 1
copium alia notum re video, nisi Commentariis, quibus immor- P 89
tale sibi nomen comparavit. Ex qua vero sit ortus patria, quando V 341
Constantinopolim venerit, ut Iustino ac Iustiniano domi atque militiae navarit operam, in Perside, in Africa, in Italia, quae cum Belisario gesserit, quibus honoribus auctus, qua dignitate Byzantii functus sit, nos diximus cum de hoc libro iudicium tulimus. Multa etiam ad lectorem praefati sumus de eius historiae fide, de libertate dicendi, de genere, formaque scriptionis, de illius librorum ordine, numero, variaque fortuna; reliqua sparsim in his notis, ex occasione. Ad Procopii nomen et patriam in libri titulo Suidas legit *Ἰλλουστρίου*, VIRI ILLUSTRIS, quo primo fuit honore decoratus a Iustiniano imperatore. Evagrius, Agathias et Photius addunt *Ῥήτορος*, CAUSIDICI; neque enim medicinam, ut Blondus et Sabellicus credunt, sed iurisprudentiam professum fuisse Procopium compertum est; ex eoque ordine *Σύμβουλοι*, *Consiliarii*, et *Πάρεδροι*, *Assessores*, exercitus ducibus, summisque magistratibus dabantur; quem locum apud Belisarium tenuisse se Procopius affirmat. Alius est Pro-
copius Sophista Gazaeus, quem eiusdem patriae cum nostro ideo A 2
Photius dixit, quod Gaza et Caesarea, quam olim Stratonis Turrim appellarunt, in Palaestina sint. Uterque sub Iustiniano floruit. Alius est Procopius Sophista, cuius extant epistolae, sed declamationes adhuc ineditae sunt.

ARCANA HISTORIA] Sic modo velim accipias *Ἀνέκδοτα*, sive *ἀνέκδοτος ἱστορία*, quam scilicet in abditissimo loco Procopius
recondidit, neque ut reliquos libros *ἐξέδωκεν*, *evulgavit*. *Ἀνέκ*- P 90

δοτα consueverant Autores praenotare schedis librorum, de quibus aetatem suam celare volebant. Romanam historiam, quam Cicero lucubrabat, et Q. Fufius Calenus apud Dionem libro 46 deridet in senatu Ἀνέκδοτα saepe ipse nominat, lib. 2 epist. 6 et lib. 14 epist. 17 ad Atticum: quod eam (in qua Senatorum, Nobiliumve aequalium res gestas, mores, vitamque carperet) non aliis, sed sibi, Pomponioque suo, et posteritàti scribebat. *Itaque*, ait, *ἀνέκδοτα a nobis, quae tibi uni legamus, Theopompino genere, aut etiam asperiore multo, pangentur.* Nam Theopompus Chius homo πολυπράγμων, *nimium alienarum rerum curiosus*, multorum aequalium vitam in historia sugillavit, quam ut edidit, aliorum invidiam collegit, et Ptolemaei Aegyptiorum regis, a quo prope fuit, ut interiret; sicuti Photius èst autor. In fronte huius libri Ἀνέκδοτα praescripsimus ex Suida, et ita praenotatum codicem Ioannis Vincentii Pinelli, qui viderunt Petrus Pitheus, et Guidus Pancirolus, affirmant; nam uterque codex Vaticanus et scriptoris, et operis titulo omnino destitutus erat; quam notam olim, eodem teste Suida, praetulisse hanc historiam credimus, ab ipso fortasse Procopio inditam, ut suae Tullius eandem indiderat, quandiu scilicet clam alios erat et in arca recondita; nam alioqui historiarum Procopii liber nonus hic inscribendus est, quippe qui illos ordine sequatur, ut ex primis statim verbis liquet. Nicephorus Callisti l. 17 c. 10. Ἀντίῤῥησιν hoc opus appellat, *quasi retractatio sit earum*, ut ait, *orationum, quas apud Iustinianum laudibus eum vehens habuit, et quaedam palinodia, seu recantatio minus recte ab eo dictorum.* Nimirum indicat, hunc se minime librum vidisse Nicephorus, ut in iudicio de hoc opere lectorem praemonuimus.

P. 14, 1. *Adolescens nomine Theodosius*] Ad ea quae de Theodosio minute narrat Procopius, adde; ab Epiphanio patriarcha Constantinopolitano sacro statim ablutum lavacro (cuius hic mentio est) iussum conscendere praetorianam Belisarii navem, ut fausto omine Byzantio solveret classis, quam ille ducebat in Africam. Procop. l. 1 bell. Vand. Ἐνταῦθα Ἐπιφάνιος ὁ τῆς πόλεως ἀρχιερεὺς ἀφικόμενος, εὐξάμενός τε ὅσα εἰκὸς ἦν τῶν τινὰ στρατιωτῶν ἄρτι βεβαπτισμένον, καὶ τοῦ χριστιανῶν ὀνόματος μεταλαχόντα εἰς τὴν ναῦν εἰσεβίβασε. *Huc Epiphanius urbis antistes venit, fusisque, ut par erat, ad deum precibus, mili-*
A 3 *tem, qui nuper in baptismo nomen Christo dederat, in navem immisit.* Idem Theodosius domus Belisarii magister alibi a Procopio vocatur, cuius industria cum in Africa, tum in Italia usus est Belisarius, ut ad Vitigem pro rebus gravissimis mitteret; et, ἄλλους καὶ Θεοδόσιον τὸν τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ ἐφεστῶτα, *alios et Theodosium suae domus praefectum.* Procop. l. 2 bell. Gotth.

P. 14, 4. *Quo Christiani more consueverunt filios adsciscere*] Hoc est inter sacras Baptismi ceremonias. Sanctus Nicephorus

in histor. Σκήπτεται δὲ Ἡράκλειος τῷ θείῳ λουτρῷ τὸν υἱὸν καθαγνίζειν, υἱοθετεῖσθαι δὲ αὐτὸν ὑπὸ Κρίσπου. *Heraclius cum filium suum divino lavacro abluere, et Crispo adoptandum dare velle se simulasset.* Leonis imperatoris tempore hic adoptandorum ritus filiorum obsoleverat, quare novella 24 liberorum adoptiones factas ἄνευ τελετῆς καὶ ἱερῶν ὠδίνων, *sine ceremoniis, et sacrae regenerationis ritu* reprehendit, et omnino prohibet.

P. 14, 5. *Antonina*] Fuit imperatricis Theodorae Ζωστή, *a veste*, dignitate patricia; ex viro, cui ante Belisarium nupserat, plures susceperat liberos; in his Photium, de quo infra dicetur; et filiam, quam Ildigeri tradidit in matrimonium. Ex Belisario unam habuit Ioanninam Anastasio Theodorae Augustae nepoti desponsam. Mulier solertissima, et ut Procopius loquitur, ἱκανωτάτη ἀνθρώπων ἁπάντων μηχανᾶσθαι τὰ ἀμήχανα, *ad impli-* P 91
cata negotia explicanda, expediendaque omnium mortalium aptissima. Belisarii coniugis ad quodcumque bellum proficiscentis semper lateri adhaesit. Eidem in Italia rem male gerenti auxilia maiora ab Caesare impetratura Byzantium venit. Ioanni Cappadoci exconsuli, praetoriique praefecto in gratiam Theodorae callide struxit insidias. In Africana navigatione, aquam, quae Romanae classi computruerat, vitreis amphoris arena contectis sola integram servavit. Belisario coniugi superfuit ad Iustinum secundum imperatorem; iamque exacta aetate, suasu Vigilantiae Iustiniani Augusti sororis, templum sancti Procopii post conflagrationem, Byzantii restauravit. Ἀντωνίνα Βελισαρίου τοῦ πατρικίου γυνή, ἥτις ζωστὴ ἦν Θεοδώρας τῆς γυναικὸς Ἰουστινιανοῦ τοῦ μεγάλου, μετὰ τὸ χηρεῦσαι αὐτὴν κατῴκει μετὰ Βιγλαντίας καὶ συναινέσει αὐτῆς ἀνήγειρε τὸν ναὸν τοῦ ἁγίου Προκοπίου τὸν V 342
καλούμενον τὰ Βιγλάντια. Autor de origine urbis Byzantii: *Antonina Belisarii patricii uxor a veste Theodorae uxoris Iustiniani magni iam vidua una cum Vigilantia habitavit, cuius suasione refecit templum sancti Procopii de Vigilantiae nomine dictum.* Quaedam de Antonina Procopius in initio statim huius libri narravit, quae tamen in mutilo Vaticano codice non extant, ex iis haec accipe ex Suida in voce, Ἐγγυήσασθαι. Ἥδε ἐγγυητὴ ὕστερον Βελισαρίῳ γυνὴ γέγονεν ἤδη παίδων μήτηρ γεγενημένη πολλῶν, εὐθὺς οὖν ἠξίου μοιχεύτρια τὸ ἐξῆς εἶναι. *Haec deinde multorum iam liberorum mater, Belisarii coniux fuit, statimque adulterio infamis.*

Pag. 15, 16. *Constantinus*] Alibi *Constantianus.* Erat is imperatorii stabuli magister, vir domi et militiae clarus. Res ab A 4
eo in Dalmatia, et Liburnia, Ravennae, Salonisque praeclare gestas, fuse in aliis libris narrat Procopius; historiam vero de Sicis, et praesidio, quam statim innuit, prosequitur l. 2 de bell. Gotth. In Campania occidi a Belisario iussus est, ut habet autor appendicis ad chronicon Marcellini.

P. 16, 8. *Contra Silverium*] Editio Procopii Augustana habet *Λιβέριον*, *Liberium*; Vaticani codices, Latinique scriptores, *Silverium*. Hinc videre licet Silverii necem iniuria adscribi Vigilio pontifici. Liberatus Carthaginensis c. 22. *Vigilius*, inquit, *ne sede pelleretur, Belisario mandavit. Trade mihi Silverium, alioqui non possum facere quod a me exigis; ita Silverius traditus est duobus Vigilii defensoribus, et servis eius; qui in Palmariam insulam adductus, sub eorum custodia defecit inedia.* Procopius hic et Sicarium nominat Eugenium Antoninae satellitem, et Silverium non inedia enectum, sed ferro, aut alia sanguinarii hominis arte; cuiusmodi scelera iisdem, quibus hic verbis, *ἐργάζεσθαι μίασμα*, *piaculum patrare*, ubique Procopius describere solet. l. 2 bell. Vand. de Uliare, qui iaculo Ioannem occiderat, *μηδεμίαν ἐς αὐτὸν γενέσθαι τίσιν, ἅτε οὐκ ἐκ προνοίας τὸ μίασμα εἰργασμένον. nullam de illo poenam sumendam esse, qui non data opera piaculum patrasset.* Et l. 1 bell. Gotth. de nece Amalasunthae, *Θευδάτος πείθειν ἤθελεν ὡς αὐτοῦ οὐδαμῇ ἐπαινοῦντος, ἀλλ' ὡς μάλιστα ἀκουσίου ἐργασθείη τὸ μίασμα. Theodatus persuadere studebat, haudquaquam se approbante, sed plane invito a Gotthis id scelus commissum fuisse.* Illa de Vigilio Liberatus narravit, animo in eundem non ita benevolo; nam Africani ob confirmatam a Vigilio quintam Constantinopolitanam Synodum, de tribus capitibus, non solum scriptis eum lacessiverunt, ut Facundus Hermianensis; sed et epistolam sub eius nomine ab haereticis confictam ipsi vulgarunt, et ad posteros transmiserunt, nempe Liberatus in breviario, et Victor Tunnenensis in chronico; ac denique anathemate illum impetere ausi sunt. Postremo Liberatus de nece Silverii scripsit quae ab aliis acceperat: Procopius vero horum testis fuit oculatus, Romae tunc degens et apud Antoninam tanti sceleris artificem.

P. 16, 17. *Nisi Photius*] Theophani est *Photinus*, de quo infra ad pag. 15 lin. 34 ed. nostrae, Belisarii privignus, Antoninae filius ex priore marito. In Persidem secutus est Belisarium ducem; sub quo in Italia prima stipendia fecerat, *νέος ὢν ἔτι καὶ*
P 92 *πρῶτον ὑπηνήτης, ξυνετώτατός τε καὶ φύσεως ἰσχὺν ὑπὲρ τὴν ἡλικίαν δηλώσας. adhuc primae lanuginis adolescens, prudentia praestantiaque naturae pollens, supra quam aetas ferre posset.* Procop. l. 1 de bell. Gotth. Dum Romae agebat, atque Antonina mater Theodorae imperatrici gratum factura Silverio pontifici tendebat insidias, ad pontificem venit in Basilica B. Mariae Sabinae latitantem, quem, data fide, inde in palatium evocavit. Liberatus Carthag. c. 22.

A 5 P. 17, 4. *Decem millia pondo auri*] Graece est *ἑκατὸν κεντηνάρια.* Hanc numerandi rationem passim hic et in reliqua historia usurpat Procopius, et l. 1 de bell. Pers. ita reducit ad calculum. *ἕλκει λίτρας τὸ κεντηνάριον ἑκατὸν, ἀφ' οὗ δὴ καὶ*

ὠνόμασται. Centum *γὰρ τὰ ἑκατὸν καλοῦσι Ῥωμαῖοι.* *Centenarium ex eo nomen sumpsit, quod centum libras contineat, ut Romanum ipsum nomen declarat;* idem habet Isidorus l. 16. Originum c. 24. Constantinus magnus Turrim Byzantii a se exaedificatam *centenarium* ab impensa nominavit. De variis *centenariorum* impensis lege Olympiodorum apud Photium.

P. 17, 16. *Comaque, sicut fieri consuevit, detonsa*] Nempe seculari cultu et luxurie. Apud Procopium, aliosque veteres scriptores vel una illa voce *ἀποκαρεὶς, ἀποθριξάμενος, detonsus,* monachico initiatus ordine significatur. Theodorus Studita epist. 27 inter alia incommoda monachorum, qui in custodiis continebantur, numerat *τὴν τῆς κόμης ἄκαρσιν, intonsam promissamque comam.* Et ad Procopium monachum, quam illum coma dedeceret, et aliunde probat, et quod eremitis conveniat is habitus, quem *ἐρημικοειδὲς πολίτευμα* vocat. Sanctus Nicephorus Constantinopolitanus in histor. de monachis transfugis, *τὸ σεμνὸν μεταμφιεννύμενοι στόλισμα κομῆται ἀντὶ κεκαρμένων διεδείκνυντο καὶ εἰς λαϊκῶν σχῆμα εὐθὺς μεθηρμόζοντο. Religioso cultu deposito, ex attonsis in comatos mutati sunt, atque ad laicorum speciem traducti.* Quales hodie orientales monachi comati videri possunt.

P. 18, 12. *Belisarius adversus Chosroëm*] De Belisario tota Procopii historia est. Accipe de eius tyrocinio, et patria haec summatim. Primum sub Iustiniano Romani exercitus duce meruit, eiusque fuit *δορυφόρος*, a quo deinde cum Sitta, aliquot cohortibus praeficitur adversus Persas pro Iberis pugnaturus. Tum tribunus militum Darae factus, denique per orientem Romani exercitus imperator designatur; inde in Africam, ac tum in Italiam evocatur. Eius laudes praecipue prosequitur Procopius l. 3 bell. Gotth. initio. De eius patria l. 1 bell. Vand. *ὥρμητο δὲ Βελισάριος ἐκ Γερμανίας, ἣ Θρᾳκῶν τε καὶ Ἰλλυριῶν μεταξὺ κεῖται. Ducebat Belisarius originem ex Germania, quae inter Thraces et Illyrios sita est.* Hubertus Giphanius in commentario de Iustiniano imperatore, cui adstipulatur Marcus Velserus l. 4 rerum Augustanarum, sic eum locum accepit, ut Belisarium Germanum crediderit: rationes quibus id astruere conatur, ingeniosae sunt, non verae. Nam Germania, quae inter Thraciam et Illyrium iacet, non sunt *Quadi in Austria,* sed urbs Thraciae et alibi nota, et in sanctionibus orientalium Antistitum; eaque metropolis est. Plura de Belisario infra, ad p. 17. 22. 80 ed. nostrae et alibi.

P. 19, 14. *Ad consularem te dignitatem evexi*] Nec tamen in fastis consularibus Photium reperias: Seneca de se, *consulem me fecit, sed non ordinarium. Codicillares* hi, et *honorarii* consules vocabantur. l. 3 bell. Gotth. *ὕπατος καλούμενος μόνον, consul nomine tenus.* Ausonius de patre utriusque Romae senatore:

A 6 *Curia me duplex, et uterque senatus habebat*
Muneris exortem, nomine participem.

Iustinianus novell. 70. *Novimus enim quia antiquitus erat quaedam praefecturae figura, quam honorariam vocabant, codicillis*
P 93 *ab imperio super ea re collatis; hanc autem sic appellabant, ut nihil aliud nisi purum honorem iis quibus praebebatur, conferret.* Hi vocabantur ὕπατοι, sed frequentius ἀπὸ ὑπάτων, *ex consulibus*, quasi ex ordine, et numero consulum. Ex his erat Ioannes Cappadox, qui ubi demum consulem ordinarium gessit, sic in epigrapha notatur novell. 71 et 72. *Ioanni gloriosissimo per orientem iterum praefecto, exconsuli, consuli ordinario et patricio.* Evagrius qui ecclesiasticam conscripsit historiam, erat ἀπὸ ὑπάρχων, ut eius operis titulus habet, quod perperam vertit Christophorsonus, *ex praefectis oriundus*; nam ipse de se historia extrema sic ait: Μαυρικίου δὲ Τιβερίου δέλτους ὑπάρχων στείλαντος. *Mauricius Tiberius nobis praefecti codicillos misit*, id est, *codicillarem praefectum* fecit, quem locum interpres omnino pervertit. Illud animadvertendum; hisce dicendi formis, *ex praefectis*, *ex consulibus*, modo notari praefectos, consulesque codicillares, modo ordinarios, qui iamdudum iis dignitatibus abierint. Id colligere licet ex una illa Narsetis Eunuchi inscriptione ad pontem Salarium. NARSES. VIR. GLORIOSISSIMUS. EX PRAEPOSITO. SACRI PALATII. EX CONS. ATQUE PATRICIUS. Nam palatii quidem Eunuchis praefuit, eoque functus ipse officio est; consul vero nonnisi codicillaris fuit, cum ordinarius esse lege prohiberetur; et omnium eunuchorum primum postremum-
V 343 que consulem fuisse Eutropium Marcellinus scribat: qui tum id scripsit, cum primum consules esse desierunt.

P. 21, 4. *De Ioanne Cappadoce narrata sunt*] Integram bes historiam ad calcem libri primi de bell. Pers. Homo fuit sceleratissimus, Iustiniano unice carus, et omnium licet litterarum expers, utpote qui apud ludimagistrum nihil aliud didicerit, nisi γράμματα καὶ ταῦτα κακῶς γράψαι, *inelegantes litterarum apices vitiose scribere*, tamen summus iudiciorum arbiter fuit; ad quem extant Iustiniani centum et amplius constitutiones, hoc titulo, Ἰωάννῃ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τῶν ἱερῶν τῆς ἕω πραιτωρίων, τὸ δεύτερον ἀπὸ ὑπάτων. καὶ πατρικίῳ. *Ioanni gloriosissimo sacrorum per orientem praetoriorum praefecto, iterum exconsuli, et patricio.* Editio Schringeriana sic interpungenda, et interpres emendandus est; *per orientem praetoriorum iterum praefecto, exconsuli, et patricio*; nam quomodo iterum exconsul, qui semel tantum consul fuit? contra vero praefecturam praetorii bis gessit; semel ante victoriatorum excitatam seditionem, atque iterum ab anno Iustiniani septimo, et deinceps, ut infra ad pag. 92 in tabella praefectorum praetorio repraesentabo. Deinde codicillares consules, qualis tum erat Ioannes, neque

iterum, neque tertio consules dicebantur, cum illorum nomina A 7
neque in fastis inscriberentur, neque iis anni supputatio ordinaretur. de Ioanne Cappadoce infra ex occasione. Interim falso centuriatores narrant, hunc ex praefecto praetorii fuisse Constantinopolitanum antistitem: mitto alias rationes, quas infra ad pag. 80 lin. 21 dicam. Procopius sic habet. *ἱερεὺς γενόμενος ἀκουσίως Πέτρον ἑαυτὸν μετωνόμασεν, οὐκ ἐπίσκοπος μὲν, ἀλλ' ὅνπερ καλεῖν πρεσβύτερον νενομίκασιν, ὁ δὲ ἱερουργεῖν ὡς ἥκιστα ἤθελεν, ὡς μήποτε αὐτῷ ἐμπόδιον εἴη ἐς τὰς ἀρχὰς αὖθις ἰέναι. Factus invite sacerdos, Petrus dici voluit. Neque vero episcopus fuit, sed ex iis, quos presbyteros vocare solemus. Verum sacrificiis abstinuit in primis, ne sibi ad dignitates via praecluderetur;* hunc nonnulli sub Anastasio consulatum gessisse putarunt; sed ille Ioannes Gibbus fuit, quem Procopius et Theodorus Lector *κυρτὸν* appellant.

P. 21, 13. *Alia in exercitu causa fuit*] Morbus; de quo l. 2 bell. Pers. pag. 74, editionis Augustanae.

P. 22, 6. *Quare Aretam iubet*] Is Gabalae Saracenorum regis filius plurimis cohortibus a Iustiniano praefectus, et imperatoris nomine donatus fuit. Rem plerumque male gessit, an hostibus de industria cedens, an adversa belli fortuna, ipse Procopius in medio reliquit.

P. 25, 11. *In templum Ioannis apostoli*] Quod ob id *ἀποστολεῖον*, *apostolium*, in concilio Ephesino vocatur, sub urbe ipsa P 94
Epheso situm est, olim perexiguum a Iustiniano dirutum, ac rursus amplissime aedificatum. Procop. de aedif. Iust. l. 5 initio.

P. 25, 13. *Andreas urbis antistes*] A Sancto Timotheo, quem apostolus Paulus Ephesiorum ecclesiae primum dedit antistitem, usque ad imperium Marciani septem et viginti Ephesi fuerunt episcopi, ut Leontius Magnesianus refert. Ex his vigesimusquartus Memnon, vigesimusquintus Basilius, cui Basianus successit ac Stephanus, qui cum eodem Leontio Chalcedonensi concilio interfuit. Post hos qui fuerit in mentem modo non venit. Verum sub Iustiniano Hypatius eam rexit ecclesiam, Romamque legatus venit. Hypatio Andreas sic succedit, qui interfuit quintae synodo Constantinopolitanae, et cum aliis episcopis ad evocandum Vigilium summum pontificem missus est collatione secunda.

P. 28, 12. *In deiparae templo*] Templum dei matris, quod Byzantii sanctissimum fuit, erat ad ipsa urbis moenia, et ostia Euxini maris in Blacherniano; quod ibi summa religione servaretur Mariae virginis *ὠμόφορον*, *pallium*, sive *lacerna*. Apud omnes fere Graecos scriptores ecclesiasticos, et in concilio Nicaeno secundo mentio est templi in *Blachernis*; de quo nomine inter Graecos minime convenit: alii dictum crediderunt a *Blacherno Scytha* ibi interfecto: alii quasi *Βλάχου κέρμα*, *Blachi*

caedes: alii quod ibi *lacunae* aliquando fuerint. A *lacerna*
A 8 Beatae virginis, de qua modo dicebam, loco nomen fuisse alii crediderunt; verum *Blachemiani* vocem reperimus apud Dionysium Byzantium longe antiquiorem Pulcheria Augusta, quae templum illud excitavit: a Iustino seniore deinde instauratum est, licet Iustiniano id Procopius tribuat, reddatque rationem l. 1 aedif. quae in Augustana editione desideratur. De hoc templo etiam infra Procop. p. 109.

P. 28, 14. *Sophiae templi emissarium*] In Graeco est δεξαμενή. Suidas qui hunc locum descripsit, sic eam vocem exposuit, *τουτέστιν ἡ τράπεζα ἡ τὰ θεῖα δεχομένη*, *mensa, quae sacra mysteria recipit.* Graecis patribus *Κολυμβήθρα* et *βαπτιστήριον* est divini lavacri locus; δεξαμενὴ vero conceptaculum aquarum, quae sacris perficiendis inservissent. Ab aliis dicitur *ὑπόνομος*: Gregorius magnus hom. 17 in evang. *cloacam* appellavit. Hic Photius delituit.

P. 28, 17. *Vim omnibus inferre sacris*] Haec in asylum Theodorae impietas, quae et infra saepe ab autore notatur, tam insignis fuit, ut illa eius sit vox imperantis Anthemio. *Exceptis omnibus, in basilica sancti Petri parce: nam si in Lateranis, aut in palatio, aut in qualibet ecclesia inveneris Vigilium mox impositum in navim perduc eum usque ad nos; nam perviventem in secula excoriari te faciam.* Anast. in Vigilio. Abstractus est Vigilius e templo sanctae Caeciliae Romae, iterum e templo sanctae Euphemiae Chalcedone; Sylverius ex ecclesia sanctae Mariae Sabinae; aliunde alii.

P. 29, 3. *Zacharias propheta*] Post inventum effossumque huius prophetae corpus omnino integrum, ac pene vivum, ut Sozomenus scribit l. 9 extremo, et Constantinopolim translatum Theodosii iunioris tempore, a civibus deinde cultum est religione singulari.

P. 29, 6. *Monachorum habitu*] Tum Photius, instituto maiorum, seculi vocabulum deposuit, Photinusque appellatus, Hierosolymitano deinde monasterio moderatus est. Theophanes, *Ἰουστῖνος ἀπέστειλε τὸν ἀββὰν Φωτεινὸν τὸν πρόγονον Βελισαρίου τοῦ πατρικίου δοὺς αὐτῷ ἐξουσίαν κατὰ παντὸς προσώπου καὶ πράγματος τοῦ εἰρηνεῦσαι τὰς ἐκκλησίας Αἰγύπτου καὶ Ἀλεξανδρείας. Iustinus imperator misit abbatem Photinum Beli-*
P 95 *sarii patricii privignum plena in omnes autoritate illi tradita, ut ecclesias Aegypti et Alexandriae ad pacem reduceret.* Idem ex Theophane Anastasius, et Paulus Diaconus l. 16. Et Gregorius Turonensis l. 1 de gloria Mart. cap. 6 ubi corrupte nomen Photini legitur. *Quando*, inquit, *Hierosolymam abii, Futen abbatem reperi, qui magnam cum Sophia Augusta gratiam habuit: huic enim omnem orientem quasi praefecto commisit.* Pro Futen, lege, Photinum.

P. 30, 3. *Morbo difficillimo laborabat*] *τῶν αἰδοίων αὐτῷ*
πονήρως ἐχόντων, καὶ τῆς κύστεως ἕλκει χαλεπῷ κακωθείσης.
Nempe pudendis vitio affectis, et graviter ulcerata vesica: ita
Metaphrastes in vita sancti Sampsonis patricii Romani, a quo
adhuc vivo mirifice Iustinianus sanatus est. Longe antiquio-
rem Iustiniano Sampsonem credit cardinalis Baronius in notis
ad martyr. et vacillare fidem illius historiae putat, quae ha-
beat Nosocomium Sampsonis eodem rogante, a Iustiniano ere-
ctum; cum Procopius dicat restauratum, quod iam antea idem
Sampson exaedificasset. Verum adeo exiguum fuit primum
illud Sampsonis aedificium, tam illustre vero, tamque magni-
ficum ab Iustiniano factum, ut qui integram constructionem A 9
Iustiniano adscribit Metaphrastes nihil veritati detraxisse vi-
deri possit. Quod addit de conflagratione eius Nosocomii,
quam tum contigisse arbitratur, cum sub Anastasio sanctae
Sophiae templum exustum fuit, clarum est in historiis non
semel illud templum incendiis obnoxium fuisse; Iustiniani
vero anno quinto illud Nosocomium incensum esse, idem Pro-
copius refert l. 1 aedif. et 1 bell. Pers. et Theophanes ad
annum quintum Iustiniani. Fortasse maioris momenti sit in
hac re, quod Procopius de Sampsonis aetate ait: *ἀνήρ τις*
θεοσεβὴς ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις Σαμψὼν ὄνομα. Vir quidam
pius, qui superioribus annis floruit. At hoc etiam nihil est;
nam Procopius librum illum de aedificiis ubi hoc habet, ex-
tremo Iustiniani imperio scripsit, nempe sex et triginta, atque
amplius annos post mortem Sampsonis. Vigebat tamen adeo
eius memoria, ut Iustinianus novella 59 et 131 ubi de Sam-
psone loquitur, *ὁ τῆς ὁσίας μνήμης Σαμψὼν* dicat, *sanctae*
memoriae Sampson. Quod (obiter) cum in antiquis manuscri-
ptis, litteris singularibus *S. M.* notatum esset, male in Latinis
editionibus novell. 131 exceptum, *sanctae Mariae Sanso.* Quod
autem in Metaphraste corrigendum plane censeo, est ratio tem- V 344
poris vitae Sampsonis, et annorum imperii Iustiniani: nam
Antistite Mena, Sampsonem superfuisse, haud bene Metaphra-
stes narrat, cum ante consulatum Belisarii obiisse, ex novell.
59 perspicue constet. Porro eiusdem novellae publicatio, at-
que electio Menae, fere in idem tempus incidunt; nempe circa
annum Iustiniani undecimum: at vero ante annum eius quin-
tum, mortuum Sampsonem fuisse, nemo dubitet. Ad hunc
calculum revocanda sunt, quae de incendio Nosocomii a Meta-
phraste narrantur. De aliis Iustiniani morbis infra ad pag. 43.

P. 30, 9. *Petrus et Ioannes Heluo*] Ambo in exercitu Ro-
mano clari duces; de quibus passim Procopius in prioribus
libris. *Heluo* Graece est *φαγάς, φάγων* apud Vopiscum.
Huiusmodi cognominum significationes dare Latine praestat,
quam sonum Graecae vocis referre. Marcellinus in chronico

Ioannem *Gibbum* nominat, quem infra Procopius et Theodorus Lector *Cyrtum*; quisque pro suae linguae proprietate. Sic Iustinianus a suis gentilibus Upravda, hoc est, recta iustitia dictus est: *Venetos* Graeci *Κυανέους* vocarunt: *Biglenizam* Iustiniani sororem, *Vigilantiam* Latini vocis similitudinem secuti dixerunt. Ad usum ergo illius aetatis nos *Heluonem* vertimus, et infra *cucurbitinum*, *forficulum*, et si quos alios. φαγὸς, barbara vocis forma vulgo etiam ante Iustiniani tempora usurpata; Basilius ad Amphilochium, *τὸν δὲ φαγὰν παροξυτονοῦμεν*, *nos acuta voce pronunciamus φαγόν.*

P. 30, 10. *Haec ab iis de se dici*] Nam cum Theodora liberos imperii successores non haberet, omnes sibi persuadebant, feminam solertissimam, et imperandi cupidam ita rem acturam,
A 10 ut Iustiniano defuncto, ne prorsus dominatione deturbaretur,
paratum haberet hominem benevolum, cui imperium assereret,
P 96 vel etiam matrimonio sociaretur: quod Sophia Iustini Iustiniani nepotis uxor, ac Theodorae neptis summa diligentia curavit; quamquam res illi demum sinistre cecidit cum Tiberio Constantino imperatore.

P. 30, 12. *Buzen repente accersit*] Hic in Thracia natus, belloque clarus a Iustiniano in Armenos mittitur; deinde collega imperii per orientem datur Belisario; demum totam unus ipse administrationem habuit, quandiu Belisarius in Italia adversus Gotthos pugnavit: reliqua de eodem hic legis.

P. 31, 10. *Imperator exautoravit*] Autor appendicis ad chronicon Marcellini; *Belisarius de oriente evocatus in offensam periculumque incurrens grave, et invidiae subiacens, rursus remittitur ad Italiam.* Hoc loco veram et integram de Belisarii exauthoratione atque restitutione videmus historiam. Nam effossis oculis in trivio mendicasse obolos Belisarium narrant alii, quibus Petrus Crinitus l. 15 de honesta disciplina, et Raphaël Volaterranus l. 23 Anthropol. fidem habent. Id etiamsi Ioannes Tzetzes Chiliade 3 commemoravit; tamen illud magis consentaneum huic Procopii narrationi subdidit.

ἄλλοι φασὶ τῶν χρονικῶν μὴ τυφλωθῆναι τοῦτον,
ἐξ ἐντίμων δ' ἄτιμον ἐσχάτως γεγονέναι,
καὶ πάλιν εἰς ἀνάκλησιν δόξης ἐλθεῖν προτέρας.

Alii chronologi tradunt, non excaecatum illum fuisse, sed dignitate, et omnibus pene honoribus spoliatum, iterum ad pristinam gloriam revocatum fuisse. De Ioanne Cappadoce viro patricio exconsule, et praetorii praefecto, non de Belisario, narrat Procopius l. 1 bell. Pers. extremo, cum in exilium apud Aegyptum iret, a satellitibus coactum *ἄρτον ἢ ὀβολὸν ἐκ τῶν προσπιπτόντων αἰτεῖσθαι*, *panem vel obolum ab obviis petere.* Sed de Belisario tyrannidis insimulato, eiusque obitu, infra, ad pag. 80.

P. 31, 12. *Belisarii satellitium*] Milites aere suo conscribebat Belisarius longe plures, ut ait Procopius, quam unquam alii imperatores: nam ex sua familia ἑπτακισχιλίους ἱππέας, *septies mille equites dabat.* l. 3 bell. Gotth. init. Aimoinus l. 2, c. 6 de gest. Francor. *Sunt nobis duodecim millia puerorum, quos propriis alimus stipendiis, et decem et octo millia militum.* Fides sit apud autorem: verisimilia narrat Procopius.

P. 35, 1. *Ex filia nepoti*] Hanc Iustiniano duntaxat filiam peperit Theodora; quare Cyrilli Scythopolitani Procopii aequalis locum, in quo Theodora de prole suscipienda Sabam virum sanctum rogavit; de liberis maribus accipias imperii successoribus; quod Sabas omnino se facturum negavit, ut dicam infra ad p. 121. Perperam Constantinus Manasses, *οὐκ ἦν θυγάτηρ, οὐχ υἱός, οὐ διαδόχων γένος. Non erant Iustiniano filiae, vel filii, nec successorum genus.* Theophanes Byzantius historicus apud Photium meminit *Theodori* cognomento *Ziri* Iustiniani A 11
imperatoris filii, quem fortasse post Theodorae obitum habuit. Falluntur Adolphus Occo, Octavius a Rosberg, Raphaël Volaterranus, et Onophrius Panvinius; quorum ille Iustinum iuniorem Iustiniani nepotem ex filio; hi vero ex filia putarunt; nam fuit nepos ex sorore Vigilantia, ut Corippus, et Victor Tunnensis illorum temporum scriptores affirmant. *Iustinus iunior Vigilantiae sororis Iustiniani Augusti filius patre dulcissimo natus.* Haec Anastasii et Ioanninae sponsalia quem exitum habuerint, infra narratur, p. 24.

Pag. 36, 5. *Sane res mortalium*] Idem αὐτολεξεὶ Procopius pronuntiavit l. 4 bell. Gotth. Postrema illa verba, *verum quisque ut libet, de his ita sentiat*, nihil animum offendent, si eum his conferas, quae de fortuna in eamdem sententiam scribit infra p. 47.

P. 36, 11. *Turpissime inde reducitur*] Incredibilis est Procopii libertas, haec eadem acerbius l. 3 bell. Gotth. quem etiamnum superstite Belisario cum reliqua historia vulgaverat. Integrum P 97
locum ex manuscripto Vaticano emendatum tibi damus, ad quem nostram interpretationem maluimus conformare, cum in ἀνεκδότοις haec corruptissime legantur. *Βελισάριος μὲν τὴν ἐπὶ τὸ Βυζάντιον οὐδενὶ κόσμῳ ᾔει, γῆς μὲν τῆς Ἰταλῶν πεντάετες οὐδαμῆ ἐπιβὰς, οὐδέ πῃ ὁδῷ ἰέναι ἐνταῦθα ἰσχύσας, ἀλλὰ φυγῇ κεκρυμμένῃ ἐχόμενος πάντα τοῦτον τὸν χρόνον ἔκ τε ὀχυρώματος ἐπιθαλασσίου τινὸς ἐς ἄλλο ἐπὶ τῆς παραλίας ὀχύρωμα διηνεκὲς ναυτιλλόμενος, καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἀδεέστερον τοὺς πολεμίους τετύχηκε Ῥώμην τε αὐτὴν ἀνδραποδίσαι, καὶ τ' ἄλλα ὡς εἰπεῖν ἅπαντα. τότε δὲ καὶ Περυσίαν πόλιν, ἣ πρώτη ἐν Τούσκοις οὖσα τετύχηκε πικρότατα πολιορκουμένην κατέλιπεν, ἥπερ αὐτοῦ ἔτι ὁδῷ ἰόντος κατάκρας ἑάλω. Belisarius turpiter Byzantium discessit, cum quinque totos annos nunquam in Italia pedem*

figere potuerit, neque certis itineribus progredi, sed toto hoc tempore clanculum fugitans, ab uno maritimo praesidio ad aliud classe deveheretur, unde tanto securius hostes Romam et caetera omnia subiugarunt. Perusiam vero primariam Tusciae civitatem dira obsidione cinctam reliquit, quae illo Byzantium contendente, capta fuit. Haec infra Procopius, p. 23 et 24.

P. 37, 7. *Vitae cogitationum poenas exegit*] His fere verbis Herodiano Belisarius minatus est, ut habetur l. 3 bell. Gotth. ubi et eiusdem Herodiani ad Totilam defectio, deditioque Spoleti narratur.

P. 37, 12. *Ioannes Vitaliani*] De Vitaliano infra ad p. 30 lin. 25 Ioannis bellicam virtutem passim in reliquis historiae libris Procopius commendat. Anno belli Gotthici undecimo a Belisario Constantinopolim ad Iustinianum ablegatur, auxilia petiturus· tum vero haec, quae de coniugio Procopius hic narrat, acciderunt; ac licet eas nuptias adornatas potius, quam confectas dicere hoc loco videatur: tamen alibi Ioannem vocat Germani κηδεστὴν, et γαμβρὸν, *generum.* Duxit autem Iustinam, de qua hic mentio.

A 12 P. 37, 14. *Fratris filio*] Arnoldus Uvion de Aniciana familia grad. 21 et Antonius Bonfinius rer. Hung. decad. 1 perperam Iustiniani fratrem fecerunt hunc Germanum. Uvion falso etiam credit, a Procopio modo fratris Iustiniani, modo sororis filium eumdem appellatum: interpretum lapsus ille est; nam Procopius, non solum hic, sed etiam l. 2 bell. Pers. et 2 Vand. et 3 Gotth. vocat Germanum Iustiniani ἀνεψιὸν, in cuius vocis ambiguitate vacillarunt interpretes; Raphaël Volaterranus *fratris filium,* Christophorus Persona *ex sorore nepotem;* Leonardus Aretinus *Patruelem* verterunt. Nos Latinos eius aetatis historicos consuluimus, ut Graeca sublata dubietate, veritatem interpretando certo statueremus, atque ex Iornande convertimus *fratris filium,* quem ipse *fratruelem* scribit, et iterum ac tertio repetit lib. de reb. Getic. Nam errorem librarii corrigas ad calcem eiusdem libri, ne autor a se et a Procopio discrepet, reponasque pro *fratri suo, fratrueli suo.* Caeterum Procopio ἀνεψιὸς est *fratris filius; sororis* vero ἀδελφιδοῦς, sic Iustinianum vocat, qui erat sororis Iustini senioris filius, et
V 345 Proiectam Vigilantiae Iustiniani sororis filiam; idque perpetuo religiose servat: posteriores Graeci scriptores aliquando variant.

P. 37, 15. *Connubia iungere*] Germanus ipse prima coniuge orbatus, curante Iustiniano captivam duxit, licet ex Amala familia Gotthorum nobilissima Mathasuntam reginae Amalasunthae filiam, et Vitigis regis quondam uxorem, quod Iornandes lib. de reb. Get. iterum ac tertio repetit. Ex ea filium habuit Germanum posthumum; ex prima vero nomine Passara Iusti-

num, Iustinam, et Iustinianum suscepit. Ex hoc Procopii loco erroris arguitur Onophrius Panvinius, qui Iustino Germani filio matrimonio iungit Vigilantiam; quam et Iustiniani filiam falso credit; sed de his infra.

P. 39, 9. *Nuptias Anastasio nepoti perficere maturabat*] Nam graviter aegrotans Theodora, paucis post mensibus obiit; haec enim incidunt in annum Iustiniani vigesimum secundum, P 98 quando et Theodorae obitum, et Antoninae ex Italia profectionem, et Belisarii ob rem male gestam, reditum in orientem narrat Procopius l. 3 bell. Gotth.

P. 40, 5. *Extincta imperatrice*] Mense Iunio, indictione prima, ut habet Theophanes, anno imperii Iustiniani vigesimo secundo, nempe exactis in imperio annis uno et viginti, tribusque mensibus: Procopius l. 3 bell. Gotth. Ex his corrige Octavium a Rosberg. *Theodora*, inquit, *mulier sapientissima, marito ob senectutem delirante, rempublicam maxime gubernavit.* Nam Iustinianus mentis compos complures annos superfuit. Obiisse Theodoram scribit Victor Tunnensis, *canceris plaga corpore toto perfusam.* Num moriens resipuerit, silent historici. Solus Theophanes brevem illam vocem addit, εὐσεβῶς ἐκοιμήθη. *Pie moritur;* si tamen ad poenitentiam male A 13 a Theodora factorum comprobandam eruditis viris satis hoc esse potest, quod ex consueta imperii ac principum reverentia solet usurpari. Nam de Anastasio imperatore Haeretico, qui divinitus fulmine ictus interiit, Iustinianus novella quinquagesima nona, et alibi saepe ait, Ἀναστάσιος ὁ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως. *Anastasius qui pie mortuus est.* Et vir sanctissimus Sabas cum eodem Haeretico imperatore loquens venisse se ait εἰς τὸ προσκυνῆσαι τὰ ἴχνη τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας, *ad adoranda vestigia vestrae pietatis*, apud Cyrillum Scythopolitanum. Et quidquid erat imperatorum ea venerationis forma nominabatur, ut *pium imperium*, *pium caput*, *pia vestigia, ac pedes*, εὐσεβῆ ἴχνη, in ep. episcoporum ad Iustinianum. Et Marcellinus eundem Anastasium DIVUM appellat. Lege has notas ad pag. 61 lin. 3.

P. 41, 3. *Sergius Bacchi filius*] Tres Bacchi filii in Africana expeditione fuerunt, Cyrus, Sergius et Solomon iunior; nam senior horum avunculus erat, qui post Belisarium rem praeclare gessit contra Mauritanos, quos et omnino delevit. De utroque Solomone, deque Sergii moribus fusius atque liberius scribit Procopius l. 2 bell. Vand. ibidemque de Ioanne Sisinioli, quae multam lucem afferunt huic loco. Meminit Solomonis senioris eiusque patriae Solachonis Theophylactus Simocatta l. 2 c. 3.

P. 41, 10. *Areobynthi*] Legitur et *Areobyndi*; alius est, quem sub Anastasio populus imperatorem consalutavit, ut scribit Mar-

cellinus. Hic senator fuit illustri loco natus, coniux Preiectae, seu Proiectae Vigilantiae Iustiniani sororis filiae, quae, occiso in Africa Areobyndo, cum Ioanne Pompei Anastasii nepotis filio matrimonium contraxit. Praeterea gessit Areobyndus utramque praefecturam, urbanam et praetorianam.

P. 43, 1. *In Illyria nati*] Hoc idem Theodorus Lector, et Theophanes, Victor etiam Tunnensis Procopii aequalis, *Illyricianum* Iustinum dicit in Chronico; sed Zacharias apud Evagrium l. 4 c. 1, et Basilius Cilix apud Photium in Biblioth. et qui post Procopium scripserunt historici, *Thracem* Iustinum vocant. Bene est; nam Bederina, quae, ut statim ait Procopius, Iustino patria fuit, in limitaneis Illyriae, Thraciaeque agris sita erat. Porro saepissime fit, ut quae urbes duarum provinciarum, vel fines terminant, vel circa fines sunt, in ambarum partes aliquando ab autoribus nullo discrimine admittantur; praesertim cum provinciarum partitiones non eaedem apud omnes geographos et historicos sint. Etiam Agathias l. 5 Bederinam in Illyria collocat: Iustinianus novella 11 in secunda Pannonia; verum haec nihil discrepant, ut statim dicemus lin. 18.

P. 43, 1. *Exercendisque agris assueti*] Addit Zonaras Iustinum fuisse βουκόλον καὶ συφορβόν, *armentarium et subulcum*, a quo Pomponius Laetus in Iustino, Andreas Alciatus dispunct. 4 c. 7 et alii acceperunt. Nihil fuisset magis ab re, quam si Iustinum loco non humili solum, sed etiam sordido natum hic siluisset Procopius. Secus alii, *Anicium* fecerunt, nempe fa-
A 14 miliae, Romanorum omnium, qui Christo nomina dederunt, ut
P 99 Prudentius ait l. 1 contra Symmachum, antiquitate et nobilitate praestantissimae. Parum refert, quod in antiquis nummis vel fastorum laterculis Iustinus, *Anicius* habeatur; nam illum, ut ex milite gregario palatii curam accepit, et quemadmodum Theodorus Lector ait, patricii honorem consecutus, et in albo senatorum conscriptus fuit, vero simile est ab Anicianis in familiam fuisse cooptatum, vel tandem sibi id nominis adscivisse, cum imperator est appellatus; sicut etiam in iisdem nummis *Flavium* se inscribit, et Lupicinam coniugem ex serva *Flaviam* nuncupat. Quod ex imperatoribus Christianis factitasse Constantinum, eiusque patrem Constantium, deinde alios, notum est. Sic etiam accipias locum Iornandis lib. rer. Get. extremo, ubi Germanum Iustiniani fratris filium inter *Anicios* refert. Sed emendanda omnino est editio Parisiensis Cassiodori l. 8. Var. epist. prima. *Non vos maiorum purpuratus tantum ordo clarificat, etc. quantum longe lateque potens gratia vestra nobilitat.* Lego, *non nos*, nam Athalarici pater Eutharicus consulatum gessit cum Iustino, Theodoricus Avus cum Venantio, Theodemirus proavus et avus ipse Gotthorum reges

fuere. Iustinus vero, ad quem ea epistola est (ut infra probabo) quibus maioribus natus sit, hinc liquet.

P. 43, 2. *Zimarchus, Ditybistus, et Iustinus*] Ubi Iustinus cum imperio fuit, socios et commilitones suos dignitatibus et honoribus auxit. Horum alter Zimarchus adhuc sub Iustiniano vivebat, comes orientis; de quo haec Theophanes, *συνέβαλον κατ' ἀλλήλων οἱ ὀρθόδοξοι, καὶ οἱ Σευηριανοὶ, καὶ πολλοὶ φόνοι γεγόνασι, καὶ ἀποστείλας ὁ βασιλεὺς Ζίμαρχον τὸν Κόμητα τῆς ἀνατολῆς ἐκώλυσε τοὺς ἀτακτοῦντας, καὶ πολλοὺς ἐξώρισε καὶ ἐδήμευσε. Insurrexerunt in orthodoxos Severiani, et multorum secutae sunt caedes. Quare imperator Zimarchum orientis comitem misit, qui seditiosos cohibuit, eorumque alios exilio, alios capite punivit.* Fuit is etiam curator domus Placidiae, ut infra, ad p. 116 lin. 28.

P. 43, 3. *Bederiana patria fuit*] Agathiae *Bederina*. Iustini patriam nominat etiam autor chronici Alexandrini, *Ἰουστῖνος ὁ βενδαρίτης ὁ Θρᾷξ*, lege *Βεδερίτης*. Corruptus codex fraudi fuit docto interpreti, qui vertit, *Iustinus tribunus*, seu *vexillifer*, annotavitque *βενδαρίτης videri Vendrich.* Etiam Iustiniani patriam fuisse Bederinam, affirmat Agathias l. 5. Sed aut eum allucinatum putat Svalembergius, aut Procopium, qui l. 4 de aedif. Tauresium, vel Taurisium scribit. Ortelius ut hos autores conciliet, unam urbem dicit Bederinam, et Tauresium; sed utrumque in errorem induxit mutilus Procopii liber, quo nihilo sanior est editio Augustana: codex Vaticanus emendatissimus sic habet. *Ἐν Δαρδάνοις που τοῖς Εὐρωπαίοις, οἳ δὴ μετὰ τοὺς Ἐπιδαμνίων ὅρους ᾤκηνται, τοῦ φρουρίου ἄγχιστα, ὅπερ Βεδεριάνα ἐπικαλεῖται, χωρίον Ταυρήσιον ὄνομα ἦν.
ἔνθεν Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς ὁ τῆς οἰκουμένης οἰκιστὴς ὥρμη- A 15
ται. τοῦτο μὲν οὖν τὸ χωρίον ἐν βραχεῖ τειχισάμενος κατὰ τὸ τετράγωνον σχῆμα, καὶ γωνίᾳ ἑκάστῃ πύργον ἐνθέμενος Τετραπυργίαν εἶναί τε καὶ καλεῖσθαι πεποίηκε. παρ' αὐτῷ δὲ μάλιστα τῷ χωρίῳ πόλιν ἐπιφανεστάτην ἐδείματο, ἥνπερ Ἰουστινιανὴν ὀνόμασε πρίμαν, ταῦτα τῇ θρεψαμένῃ τὰ τροφεῖα ἐκτίνων. Apud Dardanos Europaeos, qui post Epidamniorum terminos habitant ad praesidium, quod Bederiana vocatur, oppidum est Tauresium nomine; hinc Iustinianus princeps orbis reparator ortus est; eum locum muro circundans quadrangula figura singulis angulis turrim imposuit, effecitque, ut esset, et vocaretur quadriturrita. Iuxta eundem locum urbem nobilissimam condidit, quam Iustinianam primam appellavit, atque nutricationis officium altrici patriae rependit.* De qua
Agathias nihil a Procopio discrepans, haec habet. *Πατρὶς ἦν* V 346
αὐτῷ πόλις Ἰλλυρικὴ Βεδερίνη μὲν ἐκ παλαιοῦ ὀνομαζομένη, ὕστερον δὲ πρώτη Ἰουστινιανὴ μετακληθεῖσα. Ἰουστινιανὸς γὰρ ἅτε δὴ κατ' αὐτὴν εἰς φῶς προηγμένος ἐκόσμησεν εἰκότως τὴν

πατρίδα. *Patria illi erat Illyrica civitas Bederina vetusto nomine dicta, deinde prima Iustiniana denominata. Iustinianus namque quia ibi primum editus in lucem est, mirifice patriam ornavit.* Procopius accuratius distinxit locum Iustiniani natalem, qui fuit Tauresium, nam ait, ἔνθεν ὥρμηται, *inde prodiit:* et locum in quo altus et educatus est, quae fuit
P 100 Bederina, cui τὰ τροφεῖα ἐξέτινεν, *altrici debitum persolvit.* A Procopio et Agathia nihil discrepat novella undecima de prima Iustiniana: nam provinciarum partitiones et nomina aliis alia sunt. Id saepe legis apud Strabonem, aliosque geographos.

P. 43, 6. *Numeris militaribus inscripti*] Theodorus Lector, ἀπὸ στρατιωτῶν ἀρξάμενος καὶ μέχρι τῆς συγκλήτου προκόψας, *ex militum ordinibus ad senatum pervenit.* Quare in diversis antiquis monumentis *Ταξιδάρην*, *ordinarium* vocatum Iustinum invenimus; quemadmodum et alios imperatores Iulianum, Iovinianum, Valentinianum, Valentem, Theodosium, qui militari deposito sago purpuram induerunt.

P. 43, 10. *Criminis reum*] Cuius? Neque ipse dicit, neque alii scriptores, qui satis ieiune de Iustini rebus egerunt. At vero ne calumnia Procopii silentio subesse videatur, unum de Iustini flagitiis, cum adhuc erat in castris, referam. Ὁ μιαρὸς ἐκεῖνος μεταβολεὺς καὶ παλιγκάπηλος Ἰωάννης, ἦν εἷς τῶν ὑπὸ Ἰουστῖνον τὸν στρατηγὸν τεταγμένων, ὃς αἰτήσας αὐτὸν ὀλίγον χρυσίον ὑπέσχετο τοὺς ἑπομένους τῷ στρατηγῷ τρέφειν, καὶ ἀποδοῦναι πάλιν τὸ χρυσίον ἐκεῖνο. περιϊὼν οὖν ἀνὰ τὰς κώμας ἔνθα βοῶν οὐδὲ ὄνομα ἠκούετο, ὧδε τούτων χάριν ὠνήσεως ἔλεγεν ἀφικέσθαι, ἐνέκειτό τε ἀπαιτῶν, καὶ χρυσίον προτεινόμενος ἔστ' ἂν οἱ δείλαιοι ἐκεῖνοι συναγαγόντες χρυσίον μόλις αὐτὸν ἔπειθον λαβόντα τοῦτο ἀπαλλαγῆναι. ἔπειτα οὕτω περιερχόμενος ἔνθα Κάμηλοι οὐκ ἦσαν, τούτων ἕνεκα ἥκειν ἔφασκε, καὶ οὕτως ἠργυρολόγει τοὺς ἀνθρώπους καὶ ἀπὸ τῶν ἀδικημά-
A 16 των κατήσθιεν. ἥδετο δὲ αὐτῷ Ἰουστῖνος ἀπριάτην εὐωχούμενος. *Scelestus ille negotiator, et propola Ioannes, erat ex militibus qui Iustinum ducem sequebantur. Is ut paucas sibi pecunias concederet, Iustinum rogabat, pollicens non solum pecuniam se illam redditurum; sed etiam annonam comitatui ministraturum. Ergo per pagos circumiens, in quibus Boum ne nomen quidem notum esset, emendi boves causa illuc venisse se dictitabat, eosque petebat identidem, instabatque, et ostentabat pecuniam. Quare miseri Pagani collatitio aere illi oblato, vel sic ab eo vix obtinebant, ut inde discederet. Tum eo pergebat, ubi Cameli non essent, et ad hos ipsos coëmendos se advenisse affirmabat. Porro his artibus pecunias ab omnibus corradebat, victumque sibi parabat iniuste. Quin et Iustinus acceptum illum habuit, quod nullis expensis laute convivaretur.* Ex veterum historicorum collectaneis cod. Vat. 96.

P. 43, 11. *Dux ille narrare solebat*] Mirificam Iustini liberationem alii quoque scripserunt, Ioannes Zonaras, Cedrenus, et Ephraemius in chronico; verum alia plane ab hac est, quam Procopius contigisse affirmat in Isauros copias ducente Ioanne Gibbo, sub cuius potestate tum agebat Iustinus, nempe initio principatus Anastasii; nam extremo eiusdem imperio Iustinus erat patricius, senator, et comes praetorianorum; idque magis ac magis confirmat, quod Iustinianus Iustini nepos, cum Gibbus ductabat exercitum, plane puer erat, neque versabatur in castris, ut criminis aut carceris avunculi, quae historici narrant, socius esse posset: nam *candidata militia*, quemadmodum ait Victor Tunnensis, functus est sub initium imperii Iustini. Ergo secundo Iustinus in carcerem ab Anastasio coniicitur cum Iustiniano nepote tunc trigenario maiore perduellionis insimulatus. Eripitur vero non ea hominis specie apparente (ut Zonaras et alii scribunt) quam hic Gibbo militiae magistro apparuisse Procopius refert; sed visis per quietem Anastasio imperatori Sergio et Baccho martyribus, quorum summa erat apud Dardanos et Illyrienses veneratio, et apud hos ipsos contribules atque gentiles Iustinum et Iustinianum, a quibus paulo post superbissimum templum ad urbem Scodram Barbenamque fluvium iisdem Sergio et Baccho martyribus excitatum fuit, ut pluribus narravit Theophilus Iustiniani praeceptor. Prima illa Ioannis Gibbi, et secunda haec Anastasii imperatoris visio in ea voce plane conveniunt, quod Iustinus eiusque propinqui futuri essent, ut Cedreni verbis utar, *σκεύη χωρητικὰ τῆς τοῦ θεοῦ βουλῆς τε καὶ προνοίας, καὶ μέλλουσιν ὑπουργῆσαι τῷ θεῷ ἕκαστος ἐν τοῖς καιροῖς αὐτοῦ, vasa consilio providentiae divinae exequendo apta, et uterque suo tempore deo esset operam navaturus.*

P. 44, 6. *Praetorianis militibus praefectus*] Horum plu- P 101
res ordines, scholarii, domestici, protectores, silentiarii, de quibus Procop. infra p. 108 et deinceps. Ex his alii in atrio et vestibulo regiae versabantur, alii pro cubiculis desidebant; hi *σωματοφύλακες*, *corporis custodes*, Latine vero *excubitores*, ut est apud Evagrium l. 4 c. 1 et 2. Illi *φύλακες τοῦ παλατίου*, A 17
custodes palatii, *praetorii milites*, seu *praetoriani*, *aulae* vel *aulici milites*, ut Evagr. ibid. praefectum his ordinibus *comitem praetorianorum*, seu *excubitorum* appellat Iornandes, *ἄρχοντα τῶν φυλάκων τοῦ παλατίου*, *principem custodum palatii*, Procopius. Corippus *curam palatii* l. 2.

Dispositorque novus sacrae Badoarius aulae
Successor soceri factus mox cura palati est.

Graeci *Κουροπαλάτην*, deinde *πρωτοκουροπαλάτην*, nimirum cum imperatores eo nomine alios donare honoris ergo coeperunt. Male interpretatur Octavius a Rosberg *procuratorem palatii.*

Glossarium Graecobarbarum confundit cum alio *cura palatii*, de quo Cassiodorus l. 7, Var. epist. 5, qui fabricae palatii praepositus erat. Et errorem auget, cum illius magnam fuisse dignitatem credit: quod ante regem Theodoricum auream virgam gestans primus incederet. At Cassiodorus, *primus*, inquit, *inter obsequia numerosa*, hoc est, non inter singulares et primarios viros patricios, senatores et consulares. Aurea vero virga est quam Codinus δικανίκιον appellat, inferioribus etiam ordinibus honoris ergo concessa; idque ex eodem Cassiodori loco colligere est. Quod foediore lapsu comprobare nititur ex Corippo:

Par extans curis, solo diademate dispar.

Sed hoc de alio est *cura palatii*, ordinum militarium. *Par*, autem inquit, et *dispar* non autoritate, nam is erat praefectus praetorio, ut dicam ad p. 91 sed mutuam Iustiniani imperatoris benevolentiam, et Iustini iunioris ex sorore nepotis fide, atque etiam dignitate. Nam subdit Corippus:

——— *Dispositu nam Caesar eras.*

Denique abusu, qui posteaquam Iustinus senior ex eo gradu ad imperium ascendit, primum coepit inolere, ut officium *curopalatae* gradus proximus esset ad imperii fastigium perveniendi; quamquam Caesares prius creabantur, ut de Tiberio Corippus ait l. 4 et S. Nicephorus de Mauritio. Quis Iustino in ea dignitate successerit non liquet; sed Iustiniani tempore curopalatae fuerunt eiusdem nepotes Marcellus, Marcianus, Iustinus, de quibus infra in genealogia Iustiniani; post Iustinum Baduarius, Tiberius, et Mauritius. Video eruditos viros confundere *praefectum praetorianorum*, qui est *cura palatii*, ac *praefectum praetoriorum.* Sed de hoc infra p. 91.

P. 44, 8. *Senex capularis*] Annos natus octo, et sexaginta. Theodorus Lector, ἄνδρα πρεσβύτατον, *homo qui ad summam senectutem vixerit*, infra Procopius, ἐσχατόγερων, reliqua ad p. 45.

P. 44, 9. *Analphabetus*] Anni excurrunt centum et viginti, nec amplius, ex quo Iustinianus dicitur, et vulgo habetur *analphabetus*: nempe post impressum Mediolani Suidam,
A 18 quem Demetrius Chalcondyles de Graecis litteris benemeritus emendavit. Desinant eruditi iurisconsulti Andreas Alciatus, Gulielmus Budaeus, aliique Iustinianum suum scribere indoctum ac plane rudem; et mendosum Suidae locum, qui occasionem illis fecit errandi, ex hoc Procopii corrigant, unde illa verba Suidas describit, ἀμάθητος γραμμάτων ἁπάντων καὶ τὸ δὴ λεγόμενον ἀναλφάβητος, quae de Iustino Procopius dixit, non de Iustiniano. Quem *fidem suam chirographo scriptam proprio ad sedem apostolicam misisse* testantur historiae, et Anastius in Ioanne secundo. Recte habent omnes Suidae co-

dices Vaticani *Ἰουστῖνος*. Verum ex eadem illa Chalcondyliana
editione iam diu poterat illud mendum tolli, si quis animum
attendisset; nam in voce *ἀμάθητος*, haec eadem Procopii sen-
tentia profertur integro Iustini nomine. At frequens sane est
librariorum lapsus in his duobus Iustini ac Iustiniani vocabu- P 102
lis, cum in hac historia, ut infra, et in *notis censoriis* mone-
bimus, tum alibi apud Evagrium, aliosque scriptores, ita ut
viri gravissimi eam ob rem longe a veritate historiae aberra- V 347
rint. Nam Athalarici Gotthorum regis legatio de pace quae
habetur l. 8, variar. Cassiodori epist. 1 ad Iustinum est, quem-
admodum legimus in Vaticano codice; non ad Iustinianum,
ut titulus editionis Parisiensis prae se fert, et vir doctus Ba-
ronius credere non dubitavit. Siquidem ait Athalaricus: *pri-
mordia itaque nostra, solatia mereantur principis longaevi
habere.* Atqui Iustinianus *κομιδῇ νέος*, *admodum adolescens*
erat (ut statim subdit Procopius) cum Athalaricus eam lega-
tionem adornabat. Ait praeterea; *vos genitorem meum in Ita-
lia palmatae claritate decorastis.* Sed genitor Athalarici Eu-
tharicus ante novem annos quam Iustinianus Caesar esset, et
ab eo consul creari posset, palmatam induerat in Italia, nec
diu post, diem obierat. Ait demum; *desiderio quoque concor-
diae factus est per arma filius, quamvis vobis pene videbatur
aequaevus.* Ergo Iustinianus qui non solum plena pubertate
EuthEuthancum non praecedebat, sed *κομιδῇ νέος*, *plane adolescens*
erat, senem adoptavit, a quo multis annorum decuriis supera-
batur. Lege Iornandum lib. rer. Getic. extremo. Haec obi-
ter, sed necessario monuimus; plura infra ad p. 45 lin. 15,
135 lin. 16. Et in Notis censoriis ad. p. 27 lin. 36.

P. 44, 12. *Proclus*] Alius est Proclus insignis mathematicus, qui hoc tempore florebat, et Anastasii imperatoris mortem coniecit, et Vitaliani classem miro artificio combussit, ut Marcellinus et Evagrius narrant. Hic vero fuit Pauli Byzantii filius iuris consultissimus, *ἀνὴρ δίκαιος καὶ χρημάτων ἀδωρότατος*, *homo iustus, nullisque largitionibus corrumpendus*, qui Iustinum imperatorem paratissimum ad Chosroëm Cabadae Persarum regis filium sibi adoptandum, a sententia deterruit, ne ad Persas, inquiens, Romanorum imperium veniret. Quod imperante Iustino universa Romana respublica ab huius ore, ut ait Procopius, penderet, sub eius signo aeneo scriptum id erat Constantinopoli.

Πρόκλος ἐγὼ Βυζάντιος, ὃν περὶ δῶμα
τηλεθάοντα δίκης βασιλήϊος ἥρπασεν αὐλή,
ὄφρ' εἴην στόμα πιστὸν ἐρισθενέος βασιλῆος. A 19
ἀγγέλλει δ' ὅδε χαλκὸς ὅσον γέρας ἐστὶν ἀέθλων.
καὶ τὰ μὲν εἴκελα πάντα καὶ υἱέϊ καὶ γενετῆρι,
ἐν δ' ὑπάτων ῥάβδοισι πάϊς νίκησε τοκῆα.

Hoc epigrmma, quod Ioannes Brodaeus parum intellexit, ex hoc Procopii loco illustratur. Quod ait de consulatu, de honorario intelligas necesse est.

P. 44, 14. *A magistratu, qui id muneris habet*] Habebat id munus primarius a secretis, quem posteriores orientis imperatores *Κανικλείωνα*, sive *τὸν ἀπὸ Κανικλίου* nominarunt. Frequens est eius mentio apud Gregentium episcopum Taphrensem, Codinum, Nicetam, et recentiores historiae Graecae scriptores. Huius magistratus officium, ac nominis rationem statim explicabimus.

P. 44, 15. *Quae legi Latine possent*] Etiamnum videmus ad calcem Graecarum constitutionum subscriptiones imperatorum, notasque consulum Latinas, sed non ita multo post obsoleverunt. Lege 74. novellam Iustiniani, et has notas ad p. 63 lin. 28.

P. 44, 15. *Formam quatuor litterarum*] Audieram in archivo Cassinensi haberi Iustini diplomata eiusdem manu consignata: ex quibus formam illarum quatuor litterarum excipere, earumque longitudinem latitudinemque, et apicum ipsorum ingenium summa qua fieri potuisset industria adamussim exprimere, tibique Lector proponere constitueram. Sed perfertur ad me ibi Iustini nomen integrum esse. Quare diplomata quae aliis etiam de causis suspectae fidei olim Baronio visa sunt, ex hoc Procopii loco imposturae iam quisque facile convincat. Caeterum Proclus quaestor quatuor illas tantum litteras tabellae incidendo non commoditati modo Iustini consuluit, sed etiam priscum Romanorum usum utcumque reti-
P 103 nuit; qui, autore Plutarcho, praenomina integra non scribebant, sed una litera, ut M. T. L. duabus, ut CN. tribus, ut SEX. SER. Ausonius,

Lucius una quidem, geminis sed dissita punctis
Littera praenomen sic nota sola facit.

Verum haec consuetudo paulo post intermissa est: nam orientis imperatores integrum nomen arcanis quibusdam nodis, et implicationibus litterarum scribere coeperunt, ut in antiquis eorum diplomatibus apparet; et mentio est in sexta synodo, actione 12 *μονογράμμου* imperatoris Constantini Pogonati, quod continebat has voces, *Κωνσταντίνου δεσπότου*. Et in capitulis Caroli Calvi. *Ut in denariis novae nostrae monetae ex una parte nomen nostrum habeatur in gyro, et in medio nostri nominis monogramma.* Verum unica littera I. suum notare Iustinianum consuevisse nomen Corippus indicare videtur libro primo extremo, quamobrem et iota Iustinianum apicem vocat.

Sic decus imperii sanctum, sic Iota resurgens
Exortum est de fine suo seniumque reponens

Nominis et recti Iustino in principe vivit A 20
Iustinianus apex domini. ——

P. 45, 1. *Colore imbutus, quo scribere mos est imperatoribus*] Gregorius secundus ad Leonem Isaurum imperatorem. *Litterae tuae, et non alienae sigillis imperatoriis obsignatae diligenter essent, et accuratae intus subscriptiones per cinnabarin propria manu tua, ut mos est imperatoribus, subscribere. Cinnabarin* vocavit ob coloris similitudinem; sed imperatorium *encaustum* purpureum erat ex murice. *Sacri affatus quoscumque nostrae mansuetudinis in quacumque paginarum scripserit autoritas, non alio vultu penitus, aut colore, nisi purpurea tantummodo inscriptione lustrentur: scilicet ut cocti muricis, et triti conchylii ardore signentur. Hanc autem sacri encausti confectionem nulli sit licitum, aut concessum habere.* l. 6 c. de divers. rescript. *encaustum* hodie in Italia dicimus *enchiostro; encausta*, et *encaustaria* legendum ad l. 9 c. de agric. liquor ille purpureus, quem hic non atramentum, sed purpuramentum vocare liceat, servabatur in atramentario, nisi dicere etiam malis, purpuramentario; quod cum caniculi formam effigiemque prae se ferret (quales atramentariorum formas hodieque usurpamus) ob id CANICULUS est appellatum. Et a CANICULO erat, qui Caesari eiusmodi purpuramentarium ministrabat. Anastasius Bibliothecarius ad octavam synodum act. 10. *Praepositus caniculi est, qui curam et custodiam gerit caniculi, id est, atramentarii, ex quo imperator* PHOENICEAS *litteras scribit in chartis.* Ad nomen si quid praeterea Caesari subscribendum erat, id praepositus caniculi manu sua exarabat, quod in calce eiusdem synodi Christophorum Basilii imperatoris a caniculo fecisse liquet. Praeficiebantur caniculo primarii a secretis, quorum magna dignitas et autoritas fuit, utpote quae solis tandem imperatoris sanguine propinquis concederetur. Quae Iunius de hoc officio apud Codinum, nugae sunt.

P. 45, 5. *Lupicinae*] Sanctus Nicephorus in chronico *Euphemiam* appellat. Uterque bene; illud vocabulum natalitium fuit, hoc nomine a Iustino, populoque Constantinopolitano Augusta consalutata est, ut habent Graeci scriptores quos infra ad p. 45 lin. 2 laudabimus. Victor Tunnensis in chronico. *Iustini coniux Lupicina nomine dicebatur, quam Constantinopolitani Euphemiam postea vocaverunt.*

P. 45, 8. *Insignis homo stoliditatis*] Idem, sed modestius l. 1 bell. Vand. *οὔπω μὲν ἥκοντι ἐς βασιλείαν, διοικουμένῳ δὲ αὐτὴν κατ' ἐξουσίαν, ἐπεὶ οἱ ὁ θεῖος Ἰουστῖνος ὑπέργηρώς τε ὢν ἐβασίλευε, καὶ τῶν κατὰ τὴν πολιτείαν πραγμάτων οὐ παντελῶς ἔμπειρος. Nondum ad imperii administrationem accesserat Iustinianus, eam tamen summa exercebat autoritate,*

quod Iustinus avunculus imperator exacta iam esset aetate, et reipublicae gerendae haud omnino peritus. Vide infra ad p. 45 lin. 5.

P. 45, 9. *Iustinianus sororis filius*] In Graeco est *ἀδελφιδοῦς*, sic etiam Evagrius, et Cyrillus Scythopolitanus Procopii aequales; Theophanes vero, et alii posteriores *ἀνεψιόν*,
P 104 Anastasius Bibliothecarius vertit *nepotem*, Graecae vocis ambi-
A 21 guitatem secutus, quae tum ex fratre, tum ex sorore filium significat. Vide quae supra notavimus ad p. 22 lin. 38. Latini eius temporis historici explicatius, Marcellinus in chronico *ex sorore nepotem* dixit: sic etiam Iornandes, qui anno Iustiniani vigesimo quarto scribebat, et *Avunculum* Iustinum appellavit, nempe matris Iustiniani fratrem. Andreas Alciatus l. 4, dispunct. c. 7, et Hubertus Goltius in fastis, Iustiniani parentem Iustinum fecerunt. Fortasse quia sic eum in constitutionibus saepe Iustinianus nominavit; sed adoptatus est a Iustino, non genitus.

P. 45, 10. *Aetate iunior*] Graece est *κομιδῇ νέος*, *plane adolescens.* Quoto aetatis anno ad rempublicam accesserit Iustinianus, inter antiquos scriptores non convenit, minus inter recentiores. Hubertus Giphanius in comm. de Iustin. sub Zenone imperatore consule Fausto natum, ex Marcellino refert; verum id in Marcellino nusquam legimus; Theophilus Iustiniani praeceptor licet sub Zenone et Acacio patriarcha dicat,
V 348 consulatum tamen reticet. Panvinius l. 3 fastorum, anno aetatis quarto et quadragesimo imperium cepisse, nullo autore, narrat; fortasse accepit a Zonara, qui quintum et quadragesimum notat annum. Pugnare tamen secum Zonaras videtur, ubi narrat Iustinum avunculum recusasse Iustinianum imperii socium habere, atque id urgentibus principibus dixisse; *vobis optandum est ne hanc purpuram iunior aliquis induat:* nam non est iunior qui quinque et quadraginta annorum est. A Zonara parum discrepat Nicephorus, qui anno aetatis octogesimo secundo Iustinianum obiisse scribit. Scholium ab erudito viro descriptum olim offendi in manuscripto Vaticano. *Κωνσταντίνα ἡ γαμετὴ Μαυρικίου ἐγέννησεν υἱόν, ὃν ὁ Μαυρίκιος ἐπωνόμαζε Θεοδόσιον. τῶν οὖν Βενέτων κραζόντων Ἰουστινιανὸν καλεῖσθαι, οἱ Πράσινοι ἔκραζον Θεοδόσιον, διὰ τὸ Θεοδόσιον τὸν βασιλέα ὀρθόδοξον γενέσθαι, καὶ πολλὰ ἔτη ζῆσαι. ἤρξαντο οὖν οἱ Βένετοι λέγειν, τὰ δωρηθέντα ἔτη τῷ Ἰουστινιανῷ ὁ Κύριος παράσχοι σοι ἐν εἰρήνῃ, ὅτι εἰσὶ λ' ἔτη καὶ πλείω. ἡ γὰρ ζωὴ τοῦ βασιλέως Θεοδοσίου ἐγένετο ἔτη ν'. Constantina Mauritii coniux filium genuit, quem Mauritius Theodosium nominavit; at Veneti Iustinianum appellandum contendebant: contra Prasini Theodosium, quod ille orthodoxus fuerit, diuque vixerit. Tum Veneti acclamarunt, Iusti-*

niani tibi deus annos cum pace concedat; nam illius nonaginta et amplius anni fuerunt, Theodosii vero quinquaginta. Pro nota ϟ' repono non dissimilem, eidemque proximam in ordine numerorum π, ut sint anni octoginta; vereor enim ne in eo scholio mendum sit, vel in Venetorum acclamatione adulatio. Nam ut nonaginta Iustiniani vitae annos computemus, addendi sunt ad novem atque triginta eius imperii, unum et quinquaginta: atqui virum unius et quinquaginta annorum *aetate iuniorem* Procopius minime dixisset. Quamquam, ut plane liquet, non tum *aetate iuniorem* fuisse dicit Iustinianum Procopius, cum Caesar declaratus est; sed cum in ipso Iustini principatus exordio per licentiam, vel avunculo permittente A 22
sibi administrationem imperii sumebat. Quando κραταιῶς ἀντείχετο τῆς πολιτείας, *cum potestate rempublicam gerebat*, ut Cyrillus Scythopolitanus loquitur. Tunc vero quantum coniectura assequi possumus, tertium et trigesimum aetatis annum Iustinianus agebat. Nam sub finem Anastasii dominatus Byzantium venisse Iustinianum trigenario maiorem Theophilus eius praeceptor affirmat. In obscuro quidem est annus, et consulatus; dies vero Iustiniani natalitius fuit quinto Idus Maii, ludosque ea die celebratos, apud Theophanem notatos habes ad annum vigesimum primum, et vigesimum octavum. Ridiculum est commentum interpretis ad ea verba Suidae in voce *Τυμβογέρων*. *Πρὸ κδ'. ὁ δὲ Ἰουστινιανὸς ὁ βασιλεὺς τυμβογέρων ἦν ἤδη. Non constat*, inquit, *quid sibi velint haec πρὸ κδ'. id est, ante viginti quatuor:* fortasse legendum, ὁ δὲ βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς πρὸ κδ'. ἐτῶν ἦν τυμβογέρων, *hoc est, Iustinianus autem imperator ante vigesimum quartum aetatis annum erat iam ut senex decrepitus.* Nugae; Suidas citat huius historiae verba ad p. 29. Deinde de Iustino loquitur, P 105
non de Iustiniano. Tertio, dictio compendiaria, quam iste numerariam notam interpretatur, Procopii nominis (cuius verba citantur) compendium est; ita *Προκõ*.

P. 45, 10. *Qui summam moderabatur imperii*] Id constat ex loco, quem paulo ante laudavi l. 1 de bell. Vand. et ex alio l. 1 de aedif. ubi restaurationem templi Blacherniani a Iustino factam Iustiniano nepoti tribuens Procopius, sic rem excusat, quod in impressis non habetur. *αὐτῷ γὰρ λογιστέον καὶ τὰ Ἰουστίνῳ εἰργασμένα τῷ θείῳ, ἐπεὶ καὶ αὐτοῦ τὴν βασιλείαν κατ' ἐξουσίαν αὐτὸς διῳκεῖτο. Nam Iustiniano*, inquit, *adscribenda sunt Iustini avunculi gesta, cum huius imperium ille summa autoritate administraret.* Et Cyrillus Scythopolitanus ait Iustinianum antequam Caesar renunciaretur, fuisse *πατρίκιον, ὕπατον, στρατηγὸν, καὶ τῶν τῆς πολιτείας πραγμάτων κραταιῶς ἀντεχόμενον, patricium, consulem, ducem exercitus, et cum potestate rempublicam rexisse.*

P. 46, 11. *Amantium eunuchorum aulae principem*] Marcellinus *palatii praepositum* nominat; Evagrius *imperatoris cubiculi praefectum*. Erat is eunuchus, eaque re cum sibi quaerere imperium non posset, id optabat Theocrito familiari suo; unde perduellionis suspicionem incurrens, a Iustino necatur: addit Marcellinus causam haeresis Manichaeorum, quare *ἀντάρτης τῆς τριάδος*, *rebellis trinitatis* a Tyriis vocatus est, et a Byzantiis *Zummas* ab insigni Manichaeo eiusdem nominis: Procopius iniuriam illatam Ioanni patriarchae; fortassis occasio necis captata hinc est. Huius Amantii domus erat, quae deinde sancti Thomae ecclesia fuit Constantinopoli, ut est apud autorem originum CP. et Zonaras confirmat. Antiqua tamen inscriptio Pauli Silentiarii ad domum suam templum aedificasse Amantium testatur.

Τόνδε θεῷ κάμες οἶκον Ἀμάντις μεσσόθι πόντου
Τοῖς πολυδινήτοις κύμασι μαρνάμενον.
Οὐ νότος, οὐ βορέης ἱερὸν σέο δῶμα τινάξει,
Νηῷ θεσπεσίῳ τῷδε φυλασσόμενον.
Ζώοις ἤματα πολλά· σὺ γὰρ νεοθηλέα Ῥώμην
Πόντῳ ἐπαΐξας θήκαο φαιδροτέρην.

P. 46, 13. *In Ioannem urbis antistitem*] Quem quod plurimum Iustinianus, ut hic vides, amabat, *oecumenici* nomen
A 23 tunc primum sibi arrogantem non compescuit, ut in praefatione diximus. Cum hic fuerit Cappadox, a nonnullis confunditur cum alio eiusdem cognomine et concive; sed hic presbyter fuit Constantinopolitanus, ut Theophanes narrat, et Timothei patriarchae Syncellus, et anno Iustiniani tertio moritur; alter vero Ioannes Cappadox praetorii praefecturam cepit primum sub Iustiniano; nam sub Iustino eam gessit Marinus, dein Appion patricius, et alii, quos vide infra ad p. 92.

P. 46, 15. *Vitalianum Tyrannum*] Numeratur a Procopio l. 1 bell. Pers. inter duces exercitus Anastasii imperatoris, adversus quem deinde arma sumpsit. Extincto Anastasio ad rempublicam revocatur a Iustino, *septimoque receptionis suae die*, ut Marcellinus ait, *magister militiae ordinatur*, *deinde consul*. Tantae fuit apud Iustinum autoritatis, ut eo instante Severum et Iulianum Haereticos iusserit exulare; et sanctus Hormisda papa ad eum scripserit de gravioribus ecclesiae rebus, ut est in epistola Iustiniani ad eundem Hormisdam: in qua cum *fratrem* eum Iustinianus appellet, Arnoldus Urion sic accepit, quasi de Germano fratre dixerit; sed perperam. Nam Vitaliani, et Iustiniani nepotes, nempe *Ioannem* et *Germanum*, non modo consanguineos fuisse negat Procopius, sed familiae dignitate longe inter se distasse etiam affirmat supra p. 23. Praeterea fuit Vitalianus genere *Scytha*, ut Marcellinus habet, *Patricioli filius*, ut Procopius narrat l. 1 de bell. Pers.

Iustinianus vero *Illyriensis* ex patre *Sabbatio*, ut infra p. 67 narratur. In ea vero epistola *frater* Iustiniani dicitur, non sanguine, sed ἀδελφοποιστίᾳ quam Graeci vocant, *iurata fraternitate*. Nam Vitalianus ob affectatam sub Anastasio tyrannidem sibi timens, publicam postulavit fidem, quam Iustinianus nomine Caesaris non solum dedit, sed etiam super sacram mensam, ritu Christianis consueto, ἀδελφοποιστίᾳ, i. e. *iurata mutuo fraterna fide*, Vitalianum sibi devinxit; quod curiose Procopius illis verbis observavit, ᾧ δὴ τὰ πιστὰ πρότερον ὑπὲρ τῆς ἀσφαλείας παρέσχετο διαλαχὼν αὐτῷ τῶν ἐν Χριστιανοῖς μυστηρίων: *impunitate promissa, fide publica, una susceptis Christianorum mysteriis*. Sic et Strategium aerarii praefectum Iustiniani *fratrem* appellatum video in historia de templo sanctae Sophiae, quem ibidem infra ἀδελφοποιητὸν autor nominat: nam Strategio Appius Aegyptius pater fuit, ut Innocentius Maronianus scribit in epist. ad Thematem. Hos etiam ἀγαπητοὺς nominare Christiani consueverant; quare Felix papa quartus cum adhuc laïcus fraternam fidem Iustiniano iurasset, exinde dictus est Ἰουστινιανοῦ ἀγαπητὸς, ut in Romanorum pontificum serie Graece conscripta observavi. Hac eadem ratione et fide Iustiniani frater fuit Theodoricus Gotthorum rex, ut Theophilus Iustiniani praeceptor explicat. Ritum hunc ἀδελφοποιστίας, antiquissimi patres hausto Christi poculo sacrum fecerunt, quibus curae fuit evertere illas humani cruoris potiones, quas adhibuerunt non solum barbari, et orientis populi, ut refert Lucianus in lib. de amicitia, cui titulus est Τόξαρις, sed etiam Romani ad amicitias, foedera et coniurationes stabiliendas. P 106 A 24

P. 46, 16. *Dato offensioni loco*] Haec acerbius Zacharias apud Evagrium l. 4 c. 3. Emendandus est Theophanes, qui populo Constantinopolitano Vitaliani caedem adscribit, διὰ τὸ πολλοὺς ἀνῃρηκέναι τῷ καιρῷ τῆς ἐπαναστάσεως αὐτοῦ κατ' Ἀναστασίου, *quod*, inquit, *multos deleverit quo tempore in Anastasium arma sumpserat*. Sed Vitalianus quam fuerit populis acceptus, publicae illae acclamationes declarant. *Vitaliani patricii multi sint anni. Vitaliani orthodoxi multi sint anni*; quas Epiphanius Tyrius in epist. refert.

P. 46, 17. *Eum in aula impie contrucidavit*] Victor Tunnensis eorum temporum aequalis. *Vitalianus Constantinopoli intra palatium, loco quem Delphicum Graeco vocabulo dicunt, Iustiniani patricii factione dicitur interfectus fuisse.* Extincto Vitaliano, qui erat magister militiae, Iustinianus designatus est dux Romanarum legionum. Ita Zonaras; Constantinus Porphyrogenitus l. 1 Them. 12. Ὁ μέγας ἐκεῖνος καὶ περιβόητος βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς (ὅτε τῶν σκήπτρων ἐκράτει τῆς Ῥωμαϊκῆς βασιλείας ὁ τούτου θεῖος Ἰουστῖνος) μονοστράτηγος τῶν Ῥωμαϊκῶν ταγμάτων Καῖσαρ ὢν ἐχρημάτιζε. V 349

Magnus ille ac celebris imperator Iustinianus (imperante Iustino avunculo) solus Romanarum legionum dux, cum iam Caesar esset, appellabatur. Στρατηγὸν eum appellat in senatu Proclus quaestor apud Procopium l. 1 bell. Pers. Sed corrigendus est Constantinus; nam Procopius ibidem diu post Iustinianum consalutatum fuisse Caesarem affirmat. *Σίττας καὶ Βελισάριος νεανία μὲν καὶ πρώτω ὑπηνήτα ἤστην, Ἰουστινιανοῦ δὲ στρατηγοῦ δορυφόρω, ὃς χρόνῳ ὕστερον ξὺν Ἰουστίνῳ τῷ θείῳ τὴν βασιλείαν ἔσχεν. Sittas et Belisarius primae lanuginis adolescentes satellites erant Iustiniani militiae magistri, qui diu post cum Iustino avunculo habuit imperium.* Clarius Cyrillus Scythopolitanus Procopii aequalis, *Ἰουστῖνος Ἰουστινιανὸν ἀνθ' αὐτοῦ τὸν ἀδελφιδοῦν αὐτοκράτορα κατέστησε πατρίκιον, καὶ ὕπατον ὄντα καὶ στρατηγόν. Iustinus Iustinianum ex sorore nepotem suo loco imperatorem constituit, qui iam erat patricius, consul et magister militiae.*

P. 47, 1. *Duae populi factiones*] Duae, quae seditiones agitarent; nam alioqui quaternae Circensium Aurigarum priscae factiones erant: adde *Prasinis* et *Venetis Albatos*, et *Russatos*, de quibus omnibus extant epigrammata in l. 5 Anthologiae. Domitianus τοῖς ἁρματηλάταις δύο γένη ἕτερα, τὸ μὲν χρυσοῦν, τὸ δὲ ἀργυροῦν ὀνομάσας προσκατέστησε. *Ad numerum Aurigarum*, inquit Dio, *duos alios ordines adiecit, quorum alterum Auratorum, alterum Argentatorum vocavit.* Sunt qui efferant *Prasianos*, et *Venetianos*: ita Antoninus imperator in vita sua; et antiquus lapis.

P 107 VICTORIA

VENETIANORUM

SEMPER

FELICITER.

A 25 Prasinos qui viridi colore utebantur, nonnunquam Marcellinus *cereales* dixit. Dio l. 59 illorum vestem βατραχίδα, *ranuncularem* a ranarum viridate vocat. Veneti a Graecis dicti *Κυάνεοι*, hoc est, *caerulei*, confirmatque Vegetius; quod Christophorsonus ad c. 31 l. 4 Evagrii parum animadvertit. *Τὸ Βένετον ἀπὸ Βενετίας ὀνόμασται, ἐν ᾗ γίνεται κυανᾶ χρώματα. Venetus color a Venetiis dicitur, ubi caerulei colores fiunt.* Male, nam ante conditas Venetias id nomen fuit; Venetae namque factionis meminit Suetonius in Vitellio c. 14. Prasinae, Dio l. 59. De origine Venetorum, ac Prasinorum sic in antiquis historiarum collectaneis cod. Vat. 96 legebam. *Οἰνόμαος πρῶτος ἐφεῦρε τὰ τοῦ ἱπποδρόμου χρώματα, ἀγωνιζομένης γῆς καὶ θαλάσσης. ἐβάλλοντο κλῆροι, καὶ ὃν ἔλαχεν ὑπὲρ τῆς γῆς ἀγωνίζεσθαι ἐφόρει χλοανὸν, ὃς δὲ ὑπὲρ τῆς θαλάσσης κυάνεον, καὶ ἐποίει τὸν ἀγῶνα μαρτίου εἰκοστῇ τετάρτῃ. Καὶ εἰ μὲν τὸ χλοανὸν ἐνίκα, τῆς γῆς εὐφορίαν ἤλπιζον· εἰ δὲ τὸ*

κυάνεον, τῆς θαλάσσης εὔπλοιαν. Καὶ ηὔχοντο οἱ μὲν γεωργοὶ τὸν χλοανὸν νικᾷν, οἱ δὲ αὖ πάλιν ναυτίλοι τῷ κυανέῳ ἐβούλοντο τὴν νίκην. Oenomaus primus adinvenit Circensium colores, quibus terras ac maris quasi certamen repraesentavit. Mittebantur sortes; quem vero contigisset terrae vicem agere certando, ille vestem viridem induebat; caeruleam autem qui partes maris agebat. Hoc certamen vigesima quarta die Martii Oenomaus constituit. Quod si color viridis vicisset, terrae fertilitatem omnes sperabant; si caeruleus, tranquillam maris navigationem. Quare agricolae optabant victoriam viridi colori: nautae, caeruleo. Praeter haec quae Procopius narrat de Venetorum, Prasinorumque seditionibus, lege l. 1 de bell. Pers. Evagrium ibidem, Marcellinum in chronico, Theophanem, et Zonaram in Iustiniano. Vide has notas infra ad p. 43 lin. 13 et 83 lin. 30.

P. 48, 4. *Ut Massagetae solent, quare hunc habitum Hunnicum appellant*] Non Hunnorum, non Massagetarum, sed Saracenorum proprium alii hunc habitum fuisse narrant; Gentilibus passim omnibus hoc tribuit Hieremias c. 10 *super omnem attonsum circa faciem suam. Οἱ Σαρακηνοὶ* (ad eum locum ait Theodorus Mopsuestenus) *τὴν κόμην κατὰ τὸ ὄπισθεν μέρος ἐῶντες μόνον ἀποκείρονται τὸ μέρος τὸ ἐπὶ τὸ μέτωπον, οἵ εἰσιν οἱ νῦν λεγόμενοι γεντίλιοι. Comam ad occipitium promittentes Saraceni, partem solummodo tondent, quae fronti imminet; hos hodie Gentiles appellamus.*

P. 48, 9. *Intenta manu, etc. alios incitarent*] Haec studia faventium in circo festive Caesarius describit dialogo primo initio; sed hic ea tantum delibo quae ad *χειρονομίαν* pertinent. *Τὴν χεῖρα*, inquit, *κατ' αὐτῶν παρατείνοντες καὶ τῷ λιχανῷ δακτύλῳ τοὺς ἐχομένους παίοντες, καὶ τὴν παρειὰν παρακνώμενοι, καὶ αὔτανδροι ἐπὶ τοὺς σταδιοδρομοῦντας διανιστάμενοι χειρονομοῦσιν αὐτοῖς τὰ δοκοῦντα πρὸς τὸ ἔκαθλον.*

P. 49, 2. *Antehac armati fere omnes*] Haec de Venetorum Prasinorumque facinoribus narratio quaedam veluti tabula est, in qua contemplari licet, quid sceleratorum in urbibus li- A 26
centia possit, quando principum favore studiisque foveatur. Neque ad haec Procopii confirmanda operaepretium est aliorum testimonia scriptorum in medium adducere. Satis sit haec Iustiniani tempora ex modestiore aetate, et imperio Theodosii magni coniicere, quod licet hisce factionibus blanditum non sit, earum tamen gravissime damnum sensit, ut Gregorius Nazianzenus iambis declaravit ad Seleucum.

——— *θέαμα πωλικῶν ἱπποδρόμων*
πόλεις διασπᾷ, δῆμον εἰς στάσιν φέρει,
μάχας διδάσκει, λοίδορον θήγει στόμα,
τέμνει πολιτῶν φίλτρα, συγκρούει γένη, P 108

καταισχύνει γέροντας, ἐκμαίνει νέους,
ἔχθρας ἀνάπτει φιλτάτων, πατεῖ νόμους,
καὶ πρός γε τούτοις χρημάτων σαφὴς βλάβη.
πόσους μὲν οἴκους ἀθρόους κατέσπασε;
πόσους προσαιτεῖν πλουσίους ἠνάγκασε;
πόσας δὲ τὸ πρὶν εὐνομουμένας πόλεις
ἄρδην καθεῖλεν; ὡς γὰρ ἡβῶσα στάσις
φόνοις δυναστῶν ἔχρανε δήμου χέρας,
χήρωσεν ἀνδρῶν τὰς πόλεις νόμῳ ξίφους,
πῦρ καὶ σίδηρος τὰς πόλεις ἐνείματο,
σφαγαῖς κολάζων τὰς σφαγάς, φόνοις φόνους.

P. 52, 4. *Neque immunes hac violentia nuptae foeminae*] Et statim exemplo id confirmat Procopius. At illa mulier fuit violentia sceleratorum immunis, quae morte stuprum antevertit. Sed plane non deerant historico exempla, quae adamussim narrationi convenirent. Petrus Apamensis homo factionis Venetae, militis cuiusdam cognomento Psephae coniugem constupravit, ἡ μὴ δυνηθεῖσα τὴν ἄτοπον ἐπιθυμίαν τοῦ ἀνδρὸς φυγεῖν εἰς σφαγὴν ἀπεχώρησε τραγῳδοῦσα τάς τε οἰκείας, καὶ τοῦ γεγαμηκότος ἐπονειδίστους ξυμφοράς. *Quae cum scelerati hominis perditam vitare cupiditatem nequivisset, suae et mariti infamiae tragicum plane remedium adhibens in suam caedem prorupit.* Episcopi secundae Syriae in epist. ad Conc. sub Iustiniano.

P. 53, 5. *Iisque magnas elargiretur opes*, etc.] Evagr. l. 4 c. 31. ὥστε καὶ μιαιφονίας αὐτοὺς ἐν μέσῃ ἡμέρᾳ, καὶ ἐν μέσῃ τῇ πόλει ἐργάζεσθαι τῶν ἀπεναντίας, καὶ μὴ μόνον ποινὰς μὴ δεδιέναι, ἀλλὰ καὶ ἀξιοῦσθαι γερῶν. *Ut impune possent ipsa meridie in media civitate adversarios trucidare, et non modo non poenas metuerent, verum etiam dignarentur praemiis.*

P. 53, 11. *Cum neque eorum sensum aliquem acciperet quae se spectante in circo fierent*] Non solum hoc ait de factiosorum caedibus, sed etiam de conviciis et contumeliis in principes, in Theodoram Augustam, et in Iustinianum a vilissima plebe iactis. Chron. Alexandr. πολλῶν ὕβρεων γινομένων
A 28 μεταξὺ τῶν μερῶν Βενέτων τε καὶ πρασίνων, καὶ πολλὰ λοιδορήσαντες τὸν βασιλέα κατῆλθον οἱ πράσινοι ἐάσαντες τὸν βασιλέα καὶ τοὺς Βενέτους θεωροῦντας. *Inde multis inter geminas factiones Venetorum et Prasinorum iactis conviciis, et in ipsum imperatorem, Prasini ex circo descenderunt relictis imperatore et Venetis in spectaculo.* Haec in eo chronico diminuta, apud Theophanem vero cum integra habeantur, infra ad pag. 56 opportuno loco tibi dabimus cum nostra interpretatione.

P. 53, 12. *Nam mire stolidus fuit*] At in rebus agendis

Iustiniani peracre ingenium in hoc libro saepe Procopius laudat. Ibi florentis aetatis fervorem, hic senescentis languorem stuporemque notat. Menander Iustiniani protector, οὐ γὰρ ἰσφρίγα οἱ τὸ σῶμα, οὐδὲ ἤκμαζεν ἡ ἀλκὴ, ἀλλ' ἤδη γηραλέος τε ἦν, καὶ τὸ ἀνδρεῖον ἐκεῖνο φρόνημα μετεβέβλητο εἰς τὸ ῥᾳθυμότερον. *Neque enim amplius vegeto erat corpore, viribusque florentibus; sed iam senuerat, et fortis ille animus in segnitiem vecordiamque degeneraverat.* Agathias l. 5. ταῦτα Ἰουστινιανῷ νεάζοντι ἔτι καὶ ἐῤῥωμένῳ ἐξείργαστο, ἀμφὶ δὲ τὴν ἐσχάτην τοῦ βίου πορείαν ἀπειρηκέναι τοῖς πόνοις ἐδόκει. *Haec praeclare acta sunt Iustiniano adhuc iuniori, ac aetate vigenti; verum is postremo vitae decursu a curis abhorruisse visus est.* Ut vero languori desidiaeque se dederit Iustinianus, et quanto cum reipublicae damno, lege quae statim fuse scribit Agathias. De Iustiniani pene stolida senectute vide notas has ad pag. 137 ex quibus intelligas, quam frigide Corippus eam stoliditatem in sanctimoniam accipiat ac interpretetur. V 350

Plurima sunt vivo nimium neglecta parenti; P 109
Nulla fuit iam cura senis, iam frigidus omnis
Alterius vitae solo fervebat amore,
In coelum mens omnis erat, iam corporis huius
Immemor hanc mundi faciem transisse putabat.

P. 53, 12. *Simillimus asino*] Statimque subdit aures Iustiniano agitari solitas; quamobrem publice in theatro Prasini cum illi conviciarentur, *asinum* appellabant. Fasti Siculi. ἄλλοι δὲ ἔκραζον, ἐπίορκεῖς Σγαύδαρι. *Alii clamitarunt, peieras, Sgaudari,* lege Γαῦδαρε, sive Γαϋδάρη. Matthaeus Raderus, *nescio,* inquit, *quid hoc vocis; videtur convicium.* Lingua Graecorum vernacula γαῦδαρος, est *asinus.*

P. 53, 16. *Hunnos qui saepius ad se adventarent*] Lege quae infra notamus ad p. 49 lin. 27. 35. 37, et p. 50 lin. 12, et p. 87 lin. 11.

P. 54, 5. *Marinis substructionum molibus*] Quas excitavit in Heraeo suburbano; eas in fine primi aedificiorum libri describit Procopius, ibique more suo per speciem commendationis tacitam parat vituperationem, quam aperte in hoc libro erat exaggeraturus. Ἀλλ' ἀποχρήσει ταῦτα εἰπεῖν βασίλειά τε εἶναι καὶ πρὸς Ἰουστινιανοῦ γεγονέναι παρόντος τε καὶ ἐπιτεχνωμένου, καὶ οὐδενὸς ἀπεριόπτου, ὅτι μὴ χρημάτων καθισταμένου. *De hoc toto,* inquit, *aedificio illud satis sit dicere, regiam esse constructamque a Iustiniano assiduitate, et arte rem urgente, omniaque praeter impensas, diligentissime curante.* Si quis A 28
animum attendat, hac solet ambiguitate Procopius, vel etiam ex aliorum opinione, Iustiniani gesta laudare, quae in ἀνεκδότοις erat vituperaturus. Vide has notas ad p. 50.

P. 54, 16. *Huius hominis formae ducere lineamenta*]

Cedrenus, *οὗτος τὴν τοῦ σώματος ἀναδρομὴν εἶχε βραχὺ μείζονα τοῦ μέσου, ἐρυθρὸς τὴν χροιὰν χαροπὸν καὶ εὐπερίστροφον βλέπων, καὶ τὴν κεφαλὴν πρὸς κόμης κάλλος μικρὸν ἐψιλωμένην. Fuit statura corporis aliquantulum mediocrem excedente, colore rubro, aspectu hilari et versatili, capite ad comae pulchritudinem nonnihil glabro.* Omnia respondent Procopianae descriptioni; quod vero addit Cedrenus de coma, et capillitio perpendemus accuratius ad p. 63. Fasti Alexandrini: *ἦν δὲ ἡ ἰδέα Ἰουστινιανοῦ τοῦ βασιλέως κωνοειδὴς, εὔστηθος, λευκὸς, ὀλιγόθριξ, ἀναφαλὰς, στρογγύλοψ, εὔμορφος, ἀνθηροπρόσωπος, ὑπογελῶν, μιξοπόλιος τὴν κάραν, τὸ γένειον κείρων ὡς οἱ Ῥωμαῖοι, εὔρινος, ὑπόλευκος. Fuit Iustinianus rotunda facie, pectorosus, candidus, raro capillo, recalvaster, rotundis ocellis, formosus, florido aspectu, subridens, subcanus, mento rasus ritu Romanorum, naso iusto, subalbus.* Sed haec tumultuarie ex diversis autoribus hinc inde decerpta videntur. Quod ait *mento rasus ritu Romanorum*; ita Gentiles omnes imperatores ante Adrianum, qui teste Dione primus barbam nutrire coepit; post Constantinum Iulianus Apostata, qui eam ob rem in Antiochenos *μισοπώγωνα* scripsit. Post Iustinianum passim Graeci imperatores barbati. Porro calvitium in Iustiniano, nummi, extremo eius imperio cusi minime ostendunt. Eius haec imago est, Ravennae secundo et vigesimo imperii anno musivo opere expressa. [Vid. fig. 1.]

A 29 P. 55, 6. *Ne Domitiani nomen, vel statua ulla extaret*]
P 110 Suetonius; *senatus adeo laetatus est, ut et scalas inferri, clypeosque, et imagines eius coram detrahi, et ibidem loco affligi iuberet, novissime eradendos ubique titulos, abolendamque omnem memoriam decerneret.* Idem uberius Plin. in Panegyrico.

P. 55, 10. *Erat Domitiano*] Haec unus omnium historicorum Procopius refert: nam necis Domitiani consciam Domitiam coniugem fuisse scribunt Dio Cassius, Philostratus, Sextus Aurelius, Georgius Syncellus, et alii Graeci, Latinique autores. De eius funere narrat haec Suetonius, *cadaver eius populari sandapila per vespilones exportatum Phyllis nutrix in suburbano suo Latina via funeravit.* Haec tamen fidem Procopianae narrationi non minuunt, cum ei contra nihil dicant; et Domitiani aeneam imaginem autor ad sua tempora in clivo Capitolino extasse affirmet, hoc ipsum quod narrat,
V 351 repraesentantem, non solum forma, sed etiam inscripto titulo: nam fuit Procopius homo Romanae antiquitatis curiosissimus, ut passim in libris de bello Gotth. singulari diligentia descripserit urbis moenia, portas, cloacas, vias, aedificia, suburbia; nullusque illo exactius prosequatur viam Appiam, Aeneae navigium, mausoleum Adriani, bovis Myroniani signum in foro

pacis; quae, compluraque alia, et haec ipsa de Domitiano uni Procopio debemus.

P. 56, 13. *Ipse nihilominus fraudibus passim omnium expositus*] Hanc Procopius *μωρείαν* appellat, Eustathius Presbyter honestiore vocabulo *ἁπλότητα*, quam tamen exemplis quae narrat plusquam *μωρείαν* fuisse probat.

P. 57, 5. *Mendaciis fallebat*] Ita ut in theatro per contumeliam ab irata plebe id illi obiiceretur. Fasti Alexandrini: *ἄλλοι δὲ ἔκραζον, ἐπιορκεῖς Γαῦδαρε. Alii vero clamitarunt, peieras Asine.* Cum tamen ad Evangelia pro tribunali iurasset. Idem infra repetit p. 62 *factarum saepenumero sponsionum, et sacramento vel tabulis confirmatarum statim oblivionem simulavit.* Non tamen earum, si Paulo Silentiario credimus, quas iurans Theodorae nomen fecisset.

Ἣν ζῶσαν εἶχες εὐσεβῆ συνεργάτιν,
Ἐπεὶ δὲ μετῆλθε παρέσχες τοῖς ὑπηκόοις
Ὅρκον βοηθὸν, ὅρκον ἀῤῥαγέστατον,
Ὃν οὐ παρῆλθες, οὐδ' ἑκὼν παραδράμοις.

P. 57, 10. *Aurum ardentissime sitivit*] Evagrius l. 4 c. 29 *ὁ δὲ Ἰουστινιανὸς ἦν μὲν χρημάτων ἄπληστος, καὶ τῶν ἀλλοτρίων οὕτως ἐκτόπως ἐραστὴς, ὡς καὶ τὸ ὑπήκοον ἅπαν χρυσίου πιπράσκειν. In Iustiniano tam inexplebilis fuit pecuniae cupiditas, et tam turpis rerum alienarum appetitio, ut subditos omnes pecunia venderet*, etc. Eadem scribit Zonaras, quorum integras pericopas habes initio huius libri argumenti loco. Iuliana Anicia intelligens *hoc imperatoris ingenium*, ut loquitur Gregorius Tunnensis de glor. martyr. c. 183 magnam auri copiam, quam ab ea Iustinianus petierat, artificibus tradit; *ite*, inquit, *et factis iuxta mensuram tignorum tabulis, ex hoc B. Polyeucti martyris cameram exornate, ne haec avari imperatoris manus attingat.*

P. 57, 10. *Sitivit et sanguinem*] Hoc etiam Prasini, populusque Constantinopolitanus publice Iustiniano inclamabant, eratque eis vox illa solemnis, quam Theophanes refert, *εἴθε Σαββάτιος μὴ ἐγεννήθη, ἵνα μὴ ἔχῃ υἱὸν φονέα. Utinam in lucem Sabbatius non venisset, certe filium te non habuisset sanguinarium.* Fuit Sabbatius Iustiniani pater, ut infra dicemus. Huc etiam illa S. Agapeti pontificis vox pertinet; *ego ad Iustinianum imperatorem venire desideravi, sed Diocletia-* A 30
num inveni. Anastasius et historia miscell. l. 16. Et Vigilius; *ut video, non me fecerunt venire ad se Iustinianus et Theodora piissimi principes; sed hodie scio, quod Diocletianum et Eleutheriam inveni.* Anastasius in Vigilio.

P. 58, 8. *Insana munificentia*] Iustiniani prodigentiam notant Evagrius et Zonaras, quos paulo ante laudavi. Marcellinus de largitionibus Iustiniani in primo consulatu. *Fa-*

nosissimum hunc consulatum Iustinianus consul omnium orientalium consulum profecto munificentius his liberalitatibus edidit. Nam CCLXXXVIII. *millia solidorum in populum, inque spectacula, sive in spectaculorum machinam distributa,* XX. *leones,* XXX. *pardos, exceptis aliis feris, in amphitheatro simul exhibuit. Numerosos praeterea phaleratosque in circo caballos iam donatis quoque impertivit aurigis, una duntaxat, ultimaque mappa insanienti populo denegata.* Theophanes vero de secundo consulatu. Ἔδωκεν ὁ βασιλεὺς ὑπατείαν, καὶ τοσαῦτα ἔδωκε χρήματα ὅσα οὐδεὶς βασιλεὺς ὑπατεύσας. *Dedit populo imperator congiarium, idque tam munificum, ut nullus imperatorum, qui consulatum suscepit.* Quod subdit, *nullaque ratione barbaris effundebat,* vide infra pag. 87 lin. 11.

P. 58, 16. *Acacius quidam erat Byzantii*] Ex hoc loco colligere Theodorae patriam licet. Nam video Nicephorum, Zonaram, nonnullosque alios, inter hos est Cuiacius ad novellam II. quibus huius historiae copia non fuit, asserere Theodoram in ea Cypri urbe natam, quae ob id secunda Iustiniana vocata deinde sit. At secunda Iustiniana est in Epiro, ut infra dicemus. Et ob natale solum Theodorae, ut aliae, sic ista *Theodorias* nuncupanda fuisset. Vide has notas ad pag. 49 lin. 19.

P. 58, 17. *Ad venationes*] Addidimus *amphitheatrales;* nam de his intelligit l. 3 bell. Gotth. τὸ τῆς πόλεως κυνηγέσιον, ὅπερ καλεῖν ἀμφιθέατρον νενομίκασι. *Urbanarum venationum locus, quem amphitheatrum nominare consueverunt.* Dio Cassius l. 43. Θέατρον κυνηγετικὸν ἰκριώσας, ὃ καὶ ἀμφιθέατρον, ἐκ τοῦ πέριξ ἕδρας ἄνευ σκηνῆς ἔχειν προσεῤῥήθη. *Theatrum ad venationes circumsepsit; id et amphitheatrum vocatur, quod, nulla in medio scena, circumcirca habeat subsellia.*

P. 58, 17. *Quem vocant ursarium*] In Graeco est ἀρκοτρόφον, *ursorum altorem.* Leontius quidam fuit ἀπὸ ἀρκοτρόφου, qui *ex ursorum altore* monachus evasit, hunc antiquus interpres concilii Chalcedonensis *ursarium* appellavit.

P. 58, 18. *Comitona*] Hanc Iustinianus anno primo imperii tradit in matrimonium Sittae patricio Armeniae duci designato. Theophanes; προεβάλλετο δὲ ὁ βασιλεὺς στρατηλάτην Ἀρμενίας Σίτταν ἄνδρα πολεμικὸν, καὶ ἱκανώτατον, ᾧ ἔζευξε γυναῖκα Κομιτὼ τὴν ἀδελφὴν Θεοδώρας τῆς Αὐγούστης. *Creavit autem imperator exercitus Armeniae imperatorem Sittam virum bellicosum ac strenuum, cui dedit uxorem Theodorae*
A 31 *Augustae sororem, nomine Comitonam.* An huius Comitonae, an vero Anastasiae filia fuerit Sophia Augusta Iustini iunioris uxor, quam Victor Tunnensis in chron. *Theodorae neptem*

appellat, obscurum est. Neque etiam liquet utrius illarum P 112 liberi sint Ioannes consul codicillaris, et Georgius Xenodochii marinae curator, quos Theophanes *συγγενεῖς* vocat Theodorae imperatricis. En illos de quibus liquet in hoc diagrammate.



Ex his corrige Pseudogordiani epistolas quae habentur in calce chronici Cassinensis. Is Theodoram non solum ex Aniciorum familia, sed etiam Tertulli primarii Romani patricii *cognatam*, et sanctum Placidum martyrem Theodorae *nepotem* mentitur; sed de hoc infra ad p. 57 lin. 6 et 83 lin. 12.

P. 59, 8. *Impositis puellarum capitibus, manibusque coronis*] Ad maiorem conciliandam commiserationem aspectu trium puellarum virginum, quae infulatis olim coronis dignoscebantur; quas vel revinctas in capite, vel solutas prae manibus, pendentibus infulis vestales virgines in antiquis lapidibus gestantes videmus, et alias etiam quascumque puellas inter sacrificia, et religiones. In Christianarum virginum antiquis tumulis, atque urnis sepulcralibus harum coronarum symbola Romae saepe memini animadvertisse me.

P. 59, 15. *Humerisque subsellium detulit*] Quod ut commodius huc atque illuc portaretur plicatile fuit. Hoc sedium genus hodieque durat: sed circumferendi usus non item; fortasse paulo post Procopii tempora desiit. Vocant Graeci *θρόνους ὀκλαδίας*, ut notat Hesychius: et addit. *οὓς οἱ ἀκόλουθοι φέρονται τοῖς ἐς τὰς ἀγορὰς ἐξιοῦσι πλουσίοις*, *quos divitibus in forum prodeuntibus servi deferunt.* Athen. lib. 12. *Ὀκλαδίας τε αὐτοῖς δίφρους ἔφερον οἱ παῖδες, ἵνα μὴ καθίζοιεν ὡς ἔτυχε. Complicatiles sedes eis pueri ferebant, ne indecore temereque sederent.* Synes de regno. *τῶν ἀκολούθων οἱ τοὺς χθαμαλοὺς σκιμποδίσκους ὀκλαδίας ἐπὶ τῶν ὤμων ἀνατιθέμενοι, ἐφ' ᾧ τοῖς ἐωνημένοις ἐν ταῖς ἀγυιαῖς εἶναι καθίζεσθαι, Σκύθαι* V 352 *εἰσί. Pedisequi, qui sellulas humiles atque plicatiles humeris imponunt, ut iis domini in foris insideant, Scythae sunt.* In hoc Synesii loco pro *ἀγυιαῖς*, lego *ἀγοραῖς* ex Hesychio, ex A 32 quo et ex Procopii hoc loco tam perspicuus iam ille est, ut doctus interpres Synesii haerere non possit.

P. 60, 5. *Inter prostibulas habetur*] Aimoinus l. 2 de Gest. Franc. c. 5 Theodorae meretricium refert; at id ipsum, atque totam de Iustiniano, Belisario, eorumque coniugibus historiam tam prodigiose narrat, ut potius ex aliorum sermone, ac levi tenuique fama rem accepisse videatur, quam ex commendata litteris historia. *Iustinianus*, inquit, *et Belisarius quadam die cum coaequaevis sibi lupanar ingressi conspiciunt duas mulierculas ex gente Amazonum sorte captivitatis abductas inibi esse prostitutas; eas illi rapiunt, atque ad proprias domos deducunt. Uni eorum nomen Theodora, alia vocabatur Antonina. Et Theodoram quidem Iustinianus, Antoninam vero Belisarius accepit.*

P. 60, 8. *Mimis in theatro*] In eorum spectacula saepe patres invehuntur; acrius Ioannes Chrysostomus: ea tamen Iustiniani temporibus maxime vigebant. Nam ex septem muneribus, quae a consulibus populo quotannis exhibebantur, quintum hoc erat, *Pornae*, vocatum, de quo novella 105. *Quintum quoque faciet processum, quod ad theatrum ducit, quem Pornas vocant: ubi in scena ridiculorum est locus tragoedis, et Thymelicis choris, et spectaculis universis, et audibilibus apertum est theatrum.*

P. 60, 13. *Inflictas alapas tumentibus genis excipiens*] Hoc spectaculi genus carmine Gregorius Nazianzenus exposuit *ἐν τῷ Νικοβούλου πρὸς τὸν πατέρα.*

——————— ὕβρεσιν ἄλλοι
ἀνδρῶν, θηλυτέρων, πολυκαμπέα τέρψιν ἔχοντες,
καὶ μίμων σκιεροῖσι ῥαπίσμασιν, οἷς ὕπο κόῤῥη
γυμνοῦται ψοφέουσα γελοΐϊον ἀντὶ γόοιο.
Nunc in foemineis, nunc in probrisque virorum
Dum varios animi lusus, et gaudia quaerunt
Prospiciunt avidi colaphismata; queis sibi malas
Dum retegunt illi, sonitus crepitusque cietur,
Ex quo pro lacrymis oritur gemituque cachinnus.

Et ad Seleucum, *μῖμοι γελοίων κονδύλοις εἰθισμένοι. Scurrae, quibus feriri mos pugnorum ictibus.* Tertull. lib. de spectat. *Contumeliis alaparum sic obiicit, quasi de praecepto domini ludat.*

P. 63, 4. *In mulierculas eiusdem theatri*] Ex Byzantiis meretricibus duas tantum habuit amicas Theodora, Chrysomallam et Indaram; quas post acceptum imperium in regia apud apud se continuit, et socias habuit consiliorum. Suidas, *Χρυσομαλλὼ ὄνομα ὀρχηστρίδος, εἶτα ἑταίρας. ἤκμαζεν ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ καὶ Θεοδώρας. Chrysomalla, nomen est saltatriculae, ac postmodum meretricis, quae celebris fuit Iustiniani et Theodorae temporibus.* Innuit huius historiae locum infra p. 78.

P. 63, 5. *Pentapolis praefecto*] Eam intelligit, quae est

in Aegypto, et ab Alexandria decem dierum itinere distat. A 33
Vide infra ubi de reditu Theodorae ab Hecebolo expulsae.

P. 63, 10. *Oriente toto peragrato Byzantium reducitur*]
Orientis provincia, ex qua ultima Byzantium discessit, fuit
Paphlagonia. *Τὸν ἅγιον παντελεήμονα Θεοδώρα ἡ γυνὴ τοῦ
μεγάλου Ἰουστινιανοῦ ἀνήγειρε, διότι ὅτε ἦλθεν ἀπὸ Παφλαγο-
νίας ἐκεῖσε ἐν τῷ ἐμβόλῳ κατῴκει πένης οὖσα, καὶ ἔρια νή-
θουσα, ἐξ ὧν εἶχε καὶ τὴν διατροφὴν, μετὰ δὲ τὸ βασιλεῦσαι
ἔκτισε τὴν πενιχρὰν ἐκείνην οἰκίαν εἰς ναόν. Theodora uxor
magni Iustiniani post reditum ex Paphlagonia in embolo ha-
bitavit, ubi propter egestatem lanam nebat, ex quo opificio
vitam sustentavit; ubi vero ad imperium pervenit in abiecta
illa domo, templum construxit S. Pantaleonis.* Autor de an-
tiquitate urbis Constantinopolitanae. In *embolo* Theodora com-
morabatur, ubi scilicet abiectissimae meretrices corpora pro-
stituebant. Hinc apud Plinium EMBOLARIA, de qua tot criti-
corum eruditissimae nugae. *ΕΜΒΟΛΟΙ* (praeter alias eius
vocis acceptiones) sunt *porticus*. Hesychius Milesius in *πα-
τρίοις* Constantinum muros Byzantii protulisse narrat usque ad
Τρωαδικοὺς ἐμβόλους, porticus Troadenses vocat autor antiquis-
simus descriptionis urbis Constantinopolis. Quemadmodum
ergo a porticuum fornicibus *fornicariae* mulieres dictae sunt;
sic a porticibus ipsis, hoc est, *embolis*, EMBOLARIAS alii voca-
runt. *Porticibusne tibi monstratur femina voto digna tuo?*
Iuvenalis Satyr. 6.

P. 64, 6. *Uterque Venetae factionis*] Acacius Theodorae
parens Prasinam secutus est; verum Theodora ad Venetos
transivit, ubi post Acacii obitum cum matre, sororibusque mu-
nus alendi bestias ab illis accepit. De Iustiniano miror Chri-
stophorsonum ignorasse, qui ad c. 31 l. 4 Evagrii, ita inter-
pretatus est. *Placuit Iustiniano in alteram factionem eorum,
qui Prasini dicuntur, animo propendere.* In Graeco est *Κυα-
νέων*, *Caeruleorum:* hi sunt Veneti. Chosroës Iustiniano in-
fensissimus Apameae cum esset, *ἐπεὶ ἠκηκόει πολλῷ πρότερον
Ἰουστινιανὸν βασιλέα χρώματος τοῦ Βενέτου (ὃ δὴ κυάνεόν ἐστιν)
ἐκτόπως ἐρᾷν, ἀπεναντίας κἀνταῦθα αὐτῷ ἰέναι βουλόμενος,
ἤθελε τῷ Πρασίνῳ τὴν νίκην ἁρμόσαι, audissetque Iustinia-
num imperatorem colori Veneto (qui caeruleus est) insane
favere; ipse contrariis in hoc etiam studiis, Prasino colori
victoriam concedi volebat.* Vide has notas infra. Studuit fa- P 114
ctioni Venetae Aulus Vitellius, qui, ut ait Suetonius, *quosdam
de plebe ob id ipsum, quod Venetae factioni clare maledixe-
rant, interemit; contemptu sui, et nova spe id ausos opinatus.*
Prasinis favit C. Caligula. Dio l. 59 *ἰσχυρῶς γὰρ τῷ τὴν βα-
τραχίδα ἐνδύνοντι, καὶ διὰ τοῦτο ἀπὸ τοῦ χρώματος καλουμένῳ
Πρασίνῳ προσέκειτο. Vehementer propensus erat animo in eos*

qui ranunculare vestem induerent, qui et Prasini a colore nuncupati.

P. 64, 9. *Morbo Iustinianus urgebatur*] Cruris affectione gravissime laboravit; omni abiecta spe salutis. De hac Pro-
A 34 copium intelligere certum est ex iis quae subdit, *miro casu* imperatorem *convaluisse*, nempe adhibitis sanctorum martyrum reliquiis, quas effodi contigit, dum sanctae Irenae templum instaurabatur. Rem totam ipse luculenter prosequitur l. 1 aedif. Haec Iustiniani aegrotatio incidit in annum circiter vigesimum tertium, vel quartum eius imperii; nam anno quinto et vigesimo, mense Septembre, indictione decima quinta illud sanctae Irenae templum dedicatum fuit, ut Theophanes notat. Theodora suum iam diem obierat; quare alia plane Iustiniani haec est valetudo ab ea, de qua supra Procopius p. 16. Atque alia etiam fortassis est a qua liberatus fuit ope sanctorum Cosmae et Damiani, quibus et templum ex voto excitavit, ut eodem libro aedif. primo narrat. Alia itidem illa *δυσουρία*, difficultas urinae, quam removit aqua *τῆς ζωηφόρου πηγῆς*, ut vocant Byzantii, *vivifici fontis:* ad quem deiparae liberatrici aedem dedicavit, ut Nicephorus Callisti refert in officio ecclesiastico feriae quintae *τῆς διακαινησίμου*. Quintum Iustinianus aegrotavit post reditum e Thracia, quo ad restaurationem murorum, quos *longos* appellant, perrexerat: nempe anno imperii trigesimo quarto, nonis Septembris, indictione nona. Ex frequentibus morbis divino praesidio Iustinianum convaluisse Paulus Silentiarius in libro de sanctae Sophiae templo indicat:

ὅθεν νόσους μὲν διαδιδράσκεις εὐκόλως.

Vide Theophanem, et has notas ad p. 16.

P. 64, 14. *Absentis Caesaris*] Secesserat Iustinianus vel in suburbanum Heraeum, de quo infra p. 70, ad cruris vitium curandum, vel in Sycanum, ubi tum sanctae Irenae templum construebatur, ibidemque fortasse veneratus est reliquias, de quibus modo dicebam. Saepe venit Calchedonem, et anno primo et secundo diutius ibi commoratus est, ut ex plerisque eius constitutionibus patet; longius autem ab urbe Byzantio ad orientem raro discessit, semel anno trigesimo secundo, cum in Selymbriam ad excitandos muros *longos* terrae motu collapsos, et abigendos barbaros, qui inde in Thraciam invaserant. Atque iterum anno trigesimo septimo, mense Octobre, indictione duodecima, ad Myriangelos (perperam *Myrangelos* in historia miscella) hoc est, Germios in Galatia religionis et orationis causa; Theophanes. In Italiam venisse, cives Ravennates haud probare possunt; etsi dedicationi ecclesiae S. Vitalis Iustinianum cum Theodora credant interfuisse, nempe anno post consulatum Basilii sexto, indictione decima, ut refert Hieronymus Rubeus l. 3. Nam Theodora eodem illo anno,

iisdemque diebus Byzantii graviter aegrotans, suaeque vitae timens, in Italiam Belisario scribebat de Ioanninae illius filiae et Anastasii nepotis sui coniugio maturando, et tandem quarto nonas Iulias diem clausit extremum. Vide Procopium lib. 3 bell. Gotth. et hic p. 24. Theophanem ad annum primum et vigesimum Iustiniani, et has notas ad p. 24. Venit quidem Ravennam Iustinianus plane adolescens, eoque missus est obses ad Theodoricum Gotthorum regem a Iustino avunculo exercitus duce, ut Theophilus Iustiniani praeceptor exponit. Theodora quando Byzantio digressa sit, dicemus ad p. 70.

P. 64, 16. *Praefecto urbis Theodoto Cucurbitino*] De
quo mentio fit in historia de templo sanctae Sophiae, quam
in Vaticana bibliotheca vidimus. Huic Theodoto in exilium, A 35
ut statim ait Procopius, abeunti succedit *Ioannes Coccorobius.*
Plures legimus in antiquis monumentis, qui sub Iustiniano ur-
bis Byzantii praefecturam gesserunt: insigniores sunt, *patricius*
post consulatum Belisarii, ad quem rescriptum fuit de secun-
dis nuptiis. *Areobindus* Iustiniani neptis Proiectae maritus.
Tribonianus, qui ob id expraefectus vocatur, ad quem extat
edictum Iustiniani nonum. *Tryphon* in seditione victoriatorum.
Theodori frater, qui pridem eumdem magistratum habuerat: P 115
chron. Alexandr. *Longinus*, cuius praefecturae infra meminit V 355
Procopius. *Domnicus*, qui Apione consule, cum potestate fuit.
Musonius, ad quem scripsit Iustinianus novellam 134. *Geor-
gius* falso coniurationis in imperatorem accusatus, ut prodit
Theophanes. *Procopius* noster, qui successorem habuit *An-
dream* anno Iustiniani trigesimo sexto; post quem Victor Tun-
nensis ponit *Iulianum* trigesimo nono anno Iustiniani.

P. 65, 2. *Miro sane casu convaluit*] Testem huiusce mirifici casus ipsam imperatoris purpuram fuisse, narrat Procopius l. 1 aedif. quae in regia servabatur eo imbuta liquore, qui ex martyrum reliquiis, vitiato cruri admotis abunde redundarat.

P. 65, 4. *Quosdam ex familiaribus dire caesos impellit ad falsas illius accusationes*] Quis non credat, cum ecclesiasticos etiam his technis Iustinianus circumvenerit? narrat id Eustathius Presbyter in vita S. Eutychii. *οἱ τοῦ ἀγρίου θηρὸς ὑπουργοὶ συλλαμβάνουσι σύροντες τοὺς ἐπὶ τὴν ὑπηρεσίαν τοῦ ἁγίου ἀνδρὸς ὀφείλοντας αὐτοῦ καταμαρτυρῆσαι, ἵνα δείξωσι δῆθεν μετ' εὐλόγου προφάσεως αὐτὸν τῆς ἐπισκοπῆς ἐξεοῦν. Immanis belluae ministri comprehendendos trahunt sancti viri famulos, ut adversus eum testimonium dicant. Ne sine iusta causa ille ex episcopatu pulsus videatur.* Sed cum re ipsa pulsus sit a Iustiniano Eutychius, et de eo sit institutum iudicium, quemadmodum hic in Theodoti causa narrat Procopius, *τὶ περιεῖχον οἱ λίβελλοι ἀναγκαῖον ἀκοῦσαι, καὶ γελάσαι*

τρανῶς. ὅτι συκοτόκυλα ὀρνιθίων ἔφαγε. καὶ ὅτι πολλὰς ὥρας γονυκλισίας ποιῶν ηὔχετο, καὶ ἄλλα τούτων καταγελαστότερα: guid libelli continerent operaepretium est audire, ac tum effuse ridere. Eutychium gallinarum hepar, et intestina comedisse, multasque horas de geniculis orando consumpsisse; haec in illum, et his similia risu digniora. Et mariti aemula Theodora iisdem artibus in Sylverium usa est, nam *misit iussiones ad Belisarium ita continentes; vide aliquas occasiones in Sylverium papam, et depone illum ab episcopatu, aut certe festinus transmitte ad nos.* Anast. in Sylverio.

P. 66, 4. *In hoc enim illa plane repugnabat*] Non solum Euphemia; sed etiam Iustiniani mater Bigleniza, quod cum evinoere illa nequivisset, ut Theophilus in vita Iustiniani affirmat, moerore contabuit.

P. 66, 8. *Cum suo nomine sane ignominioso*] Id est, *Lupicinae*, sive *Lupiciae*: nam vilissima scorta Latine *Lupas*
A 36 dicimus. Theodorus Lector: *σύμβιον εἶχεν ὀνόματι Λουπικίαν, ἣν γενομένην Αὐγούσταν Εὐφημίαν οἱ δημόται ὠνόμασαν. Coniugem habuit nomine Lupiciam, quam creatam Augustam populus Euphemiam vocavit.* In publicis acclamationibus; IUSTINE. AUG. TV. VINCAS. EUPHEMIA. AUG. TV. VINCAS. et in antiqua inscriptione. DOMINI. TOTIUS. ORBIS. IUSTINUS. ET. EUPHEMIA. PP. AUGG. Pia foemina venerata est martyrem Euphemiam non solum nominis tessera, sed etiam templo Constantinopoli magnifice constructo, in quo sibi statuam posuit. *Εὐφημίας τῆς γυναικὸς Ἰουστίνου τοῦ Θρᾳκὸς στήλη ἵστατο ἐν τῇ ἁγίᾳ Εὐφημίᾳ τῇ ὑπὸ αὐτῆς κτισθείσῃ. Euphemiae uxoris Iustini Thracis statua est in templo sanctae Euphemiae ab eadem aedificato.* Suidas.

P. 66, 9. *Haec non ita multo post excedit e vita*] Non dubito quin ante annum imperii sextum, quo Cedrenus, ut mox dicam, Euphemiae obitum perperam notat. Nam falsum omnino illud etiam est, quod de secunda Iustini coniuge affirmat. *ἔστεψε δὲ καὶ Θεοδώραν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ Αὐγούσταν τῆς Εὐφημίας τελευτησάσης. Coronavit quoque Theodoram uxorem suam Augustam, iam mortua Euphemia.* Ex hoc fonte Octavius a Rosberg, et multi nostri temporis scriptores id hauserunt. Verum enimvero ut ingenium Iustini Procopius declararet, nihił ad rem magis fecisset, quam hominis confecti summa senectute, ao pedis vulnere, ut statim dicemus, gravissime laborantis choreas, nuptiales faces, tibiasque narrare. Sed, in illis Cedreni verbis duo sunt animadvertenda: alterum est, Graecis *ἔστεψε* matrimoniis celebritatem denotare, quod alibi passim, et in matrimonialibus iuris Graeco Romani quaestionibus observes. Etenim Graeci solemnes nuptiarum ritus prolatis coronis absolvunt, quas sponsis imponunt, estque *στέ-*

φουσι, quo perfectum stabilitumque connubium explicant. Al-
terum, quod supra etiam monebam, viris gravissimis frau-
dem fecisse illam Iustini ac Iustiniani nominum compendio-
sam, vel mendosam scriptionem librariorum; nam erat for-
tassis apud autores, quos Cedrenus compilavit, *Iustinianum* P 116
(non *Iustinum*) *matrimoniali corona Theodoram uxorem suam
et dein Augustam ornasse, iam mortua Euphemia*; quod aptis-
sime convenit cum hac Procopii historia, qui Euphemiam Iu-
stiniano ait repugnasse in matrimonio, quod cum Theodora
moliretur: idque demum illum confecisse, ubi naturae cessit
Euphemia. Ne quid vero dissimulemus, Theophanes ad an-
num Iustini sextum, sic habet; *ἔστεψε δὲ καὶ τὴν ἑαυτοῦ γυ-
ναῖκα Θεοδώραν Αὐγούσταν ἅμα τῷ βασιλεῦσαι αὐτόν. Coro-
navit autem Augustam uxorem suam Theodoram simulatque
cepit imperium.* Hinc, ut vides, suam Cedrenus ipsis verbis
rhapsodiam decerpsit ac depravavit: nam Euphemiae mortis
nulla mentio est, scilicet ad hunc annum sextum, id ex suo
ille addidit: et quod minime debuit, extrema praetermisit
Theophanis verba, *ἅμα τῷ βασιλεῦσαι αὐτόν, simulatque cepit
imperium;* quibus nodus huius difficultatis explicatur. Nam
ex iis plane intelligimus Theophanem eo loco non agere de
Iustini uxore. Qui enim potuit Theodoram Iustinus coronare
simulatque cepit imperium, cum sextus ille esset annus eius
imperii? At simulatque cepit imperium, Euphemiam Iustinus
coronavit, ut sub ipso statim limine anni primi narrat ipse
Theophanes; *σύμβιον δὲ ἔχων ὀνόματι Λουπικίαν ἔστεψε Αὐ-
γούσταν, ἣν οἱ δῆμοι ἐκάλεσαν Εὐφημίαν εἰς τὸ στέψαι αὐτήν.* A 37
*Coniugem vero habens nomine Lupiciam coronavit Augustam,
eamque populus dum coronaretur, Euphemiam appellavit.*
Quare cum tota illa pars historiae Theophanis luxata sit, ita
hunc locum puto restituendum. *Ἔστεψε δὲ καὶ τὴν* (non *ἑαυ-
τοῦ*, sed) *Ἰουστινιανοῦ γυναῖκα Θεοδώραν Αὐγούσταν ἅμα τῷ
βασιλεῦσαι αὐτόν. Coronavit Augustam uxorem Iustiniani
Theodoram simulatque cepit ille* (hoc est Iustinianus) *impe-
rium.* Sed haec a Theophane per anticipationem narrata sunt
ad annum sextum, quae anno Iustini nono contigisse cla-
rum est.

P. 66, 10. *Iustinus summa senectute confectus*] Simeon
Metaphrastes in S. Sabae vita. *ὁ βασιλεὺς Ἰουστῖνος βαθύτατα
ἤδη γηράσκων, ἄλλως τε δὲ καὶ νόσῳ τινὶ τοῦ σώματος βαρυ-
νόμενος, καὶ οὐχ ἱκανὸς ὢν ἔτι πρὸς τὴν τῶν κοινῶν ἐξαρκεῖν
προστασίαν, τὴν ἀρχὴν ἀποτίθεται Ἰουστινιανὸν ἀνθ᾽ αὐτοῦ τὸν
ἀδελφιδοῦν αὐτοκράτορα καταστήσας πατρίκιον, καὶ ὕπατον ὄντα,
καὶ στρατηγόν, καὶ κραταιῶς ἤδη τῶν τοῦ κοινοῦ πραγμάτων
ἐπειλημμένον. Iustinus imperator provecta cum esset senectute,
et corporis morbo gravatus, neque amplius ad rempublicam*

gerendam aptus, deponit imperium, Iustiniano sororis filio Augusto constituto, qui tum erat patricius, exconsul, militiaeque magister, et serio iam publicam ceperat rerum administrationem. Vide quae notavimus ad p. 29 lin. 16.

P. 66, 14. *Nam cum viris senatoriis (quod prisca lege cautum est) uxorem ducere meretricem non liceat*] Constantini rescripto ad Gregorium l. 1. Senat. c. de nat. lib. et Valentiniani ac Martiani ad Palladium. l. 7 c. de incest. et inutil. nupt. *Senatores seu praefectos, vel quos in civitatibus duumvirilitas, vel sacerdotii, id est, Phoeniciarchiae vel Syriarchiae ornamenta condecorant, placet maculam subire infamiae, et alienos a Romanis legibus fieri, si ex ancilla, vel ancillae filia, vel liberta, vel libertae filia, vel scenica, vel scenicae filia, vel tabernaria, vel tabernariae filia, vel humili, vel abiecta persona, vel Lenonis, aut Arenarii filia, vel quae mercimoniis publice praefuit, susceptos filios in numero legitimorum habere voluerint, aut proprio iudicio, aut nostri praerogativa rescripti.* Hanc legem Iustinus antiquavit.

P. 66, 15. *Principem adigit ad legem nova constitutione evertendam*] Innuit Procopius Iustini legem 23 c. de nupt. Verum quod hic repetere saepe cogor, quatuor illae litterae IUST. quibus nomen Iustinus senior notabat suum, quemadmodum supra pag. 28 Procopius narravit; quaeve illi praefixae Constitutioni in antiquis manuscriptis libris erant, et nos in Vaticano observavimus, doctis viris imposuerunt, qui eius notae ambiguitatem ad Iustiniani, quam ad Iustini nomen interpretari maluerunt, eidemque constitutionem adscribere: et Hubertus Giphanius eam Theodorae suasu in commodum mulierum editam a Iustiniano etiam credidit. Sed Iustini omnino est: nam in codicem non semel irrepserunt falsae legum in-
P 117 scriptiones, atque etiam subscriptiones. Dicam tantum in re praesenti exploratissimas quasque. l. 6 restituendae. C. de advoc. fisc. et l. 7 per hanc legem, et l. 8 nemo, tum in
A 88 epigrapha, tum in nota consulum ad calcem mendose est nomen Iustiniani; nam ex tribus illis constitutionibus, prima sancita est anno Iustini primo; secunda et tertia, anno sexto; notandique sunt duo Iustini Augusti consulatus, alter collega Eutharico, alter Opilione; ut recte est l. 23 consulta. C. de testib. nam Iustinianus cum Valerio primum consulatum gessit anno Iustini avunculi tertio. Ad hanc normam emendandae et aliae sunt, et l. 7 legem. C. de nat. lib. Praeterea legem illam de scenicis mulieribus Iustini esse prorsus evincit alia de iisdem scenicis Iustiniani constitutio, ab illa Iustini plane diversa, quippe quae non solum plura capita, sed etiam antinomiam contineat, ut statim exponam. Ea licet hodie non extet, summam tamen eius habemus in rescripto Iustiniani

ad episcopos in eandem sententiam dato, ut mox declarabo. Quamquam vero Iustini constitutio, cuius hic meminit Procopius, nota consulis careat non solum in impressis libris, sed etiam in antiquo codice Vaticano; tamen ex inscripto Demosthenis nomine, promulgatam eam non dubitamus post annum Iustini tertium, vel duobus sequentibus, quando praetorii praefecturam Demosthenes administravit, ut ex praetorum serie V 354
ad consulum tempus a nobis revocata videre licet infra ad p. 92. Ipsam Iustini constitutionem, quod ad illustrandam partem huius historiae praecipuam pertineat, hic integram damus. In qua duo velim animadvertas. Post legem Iuliam, Constantinianam, et Martianam de senatorum matrimoniis, primum sub Iustino et Iustiniano auditam esse in orbe Romano sanctionem de senatorum nuptiis cum abiectis personis. Deinde licet in Constantiana lege per hanc antiquata nominatim notentur *ancillae*, *libertae*, *scenicae*, *tabernariae*, *lenonum et arenariorum filiae*, *quaeque mercimoniis publice praefuerint*; tamen ut plane intelligeremus pro Theodora sancitam hanc legem fuisse, Iustinum solas hic nominare mulieres *scenicas*, ex qua nimirum faece Theodora fuerat.

IMP. IUST. AUGUSTUS

DEMOSTHENI PRAEFECTO PRAETORIO.

Imperialis benevolentiae proprium hoc esse iudicantes, ut omni tempore subiectorum commoda tam investigare, quam eis mederi procuremus: lapsus quoque mulierum, per quos indignam honore conversationem imbecillitate sexus elegerint, competenti moderatione sublevandos esse censemus: minimeque eis spem melioris conditionis adimere, ut ad eam respicientes, improvidam et minus honestam electionem facilius derelinquant. Nam ita credimus dei benevolentiam, et circa genus humanum nimiam clementiam, quantum nostrae naturae A 39
possibile est, imitari, qui cotidianis hominum peccatis semper ignoscere dignatur, et poenitentiam suscipere nostram, et ad meliorem eam statum deducere. Quod si circa nostros subiectos imperio nos etiam facere differamus, nulla venia digni esse videbimur. Itaque cum iniustum sit, servos quidem libertate donatos, posse per divinam indulgentiam natalibus suis restitui, postquam huiusmodi principale beneficium ita degere, P 118
quasi nunquam servissent, sed ingenui nati essent: mulieres autem, quae scenicis quidem lupis sese ante immiscuerunt, postea vero spreta mala conditione ad meliorem migravere sententiam, et inhonestam professionem effugerunt, nullam spem principalis habere beneficii, quod eas ad illum statum reduceret, in quo si nihil inhonesti peccatum esset, commorari

potuerunt. Praesenti sanctione clementissima principale beneficium eis sub ea lege condonamus, ut si derelicta mala et inhonesta conversatione, commodiorem vitam amplexae fuerint, honestatique sese dederint; liceat eis nostro supplicare numini, ut divinos affatus sine dubio mereantur, ad matrimonium eas venire permittentes legitimum: iis, qui eis coniungendi sunt, nullo timore tenendis, ne scitis praeteritarum legum infirmum esse videatur tale coniugium, sed ita validum huiusmodi permanere matrimonium confidentibus, quasi nulla praecedente inhonesta vita uxores eas duxerint: sive dignitate praediti sint, sive alio modo scenicas in matrimonium ducere prohibeantur; dum tamen dotalibus omnimodo instrumentis non sine scriptis tale probetur coniugium. Nam omni macula penitus direpta, et quasi suis natalibus huiusmodi mulieribus redditis, neque vocabulum inhonestum eis inhaerere de caetero volumus; neque differentiam aliquam eas habere cum iis, quae nihil simile peccaverunt. Sed et liberos ex tali matrimonio procreandos, suos et legitimos patri esse: licet alios ex priore matrimonio legitimos habeat: ut bona eius tam ab intestato, quam ex testamento, isti quoque sine ullo impedimento percipere possint. Sed et si tales mulieres post divinum rescriptum ad preces earum datum, ad matrimonium venire distulerint, salvam eis nihilominus existimationem servari praecipimus tam in aliis omnibus, quam ad transmittendam quibus voluerint suam substantiam, et suscipiendam competentem sibi legibus ab aliis relictam, vel ab intestato delatam haereditatem. Similes vero tale merentibus ab imperatore beneficium mulieribus, illas etiam esse volumus, quae dignitatem aliquam habeant, et si non serenissimo principi supplicaverint, ultroneam tamen donationem ante matrimonium meruerint, ex qua dignitate, et aliam etiam omnem maculam, per quam certis hominibus legitime coniungi mulieres prohibentur, aboleri penitus oportet. His illud adiungimus, ut et filiae huiusmodi mulierum, siqui-
A 40 dem post expurgationem prioris vitae matri suae natae sint, non videantur scenicarum esse filiae, nec subiacere legibus, quae prohibuerunt filias scenicarum certos homines in matrimonium ducere. Si vero ante procreatae sint, liceat eis preces offerentibus invictissimo principi sacrum sine obstaculo ullo mereri rescriptum, per quod eis ita nubere permittatur, quasi non sint scenicae matris filiae: nec iam prohibeantur illis copulari, quibus scenicae filias, vel dignitatis, vel alterius causae gratia uxores ducere interdicitur: ut tamen omnimodo dotalia inter eos etiam instrumenta conficiantur. Sed et si a scenica matre procreata, quae usque ad mortem suam in eadem professione duraverit, post eius obitum preces imperatoriae clementiae obtulerit, et divinam indulgentiam meruerit, liberatio-

nem maternae iniuriae, et nubendi licentia sibi condonantem: istam quoque posse sine metu priorum legum in matrimonio illis copulari, qui dudum scenicae filiam uxorem ducere prohibeantur. Imo etiam illud removendum esse censemus, quod in priscis legibus (licet obscurius) constitutum est, ut matrimonia inter impares honestate personas contrahenda, non aliter quidem valeant, nisi dotalia instrumenta confecta fuerint. His vero etiam non intercedentibus, omnimodo firma sint sine aliqua distinctione personarum; si modo liberae sint et ingegenuae mulieres, nullaque nefariarum, vel incestarum coniunctionum suberit suspicio: nam nefarios et incestos coïtus omnibus modis amputamus, sicut et illos qui praeteritarum legum sanctione specialiter vetiti sunt: exceptis videlicet iis, quos praesenti lege permittimus, legitimique matrimonii iure muniri praecipimus. His itaque per hanc generalem legem ita constitutis, et de caetero conservandis, praeteritas etiam huiusmodi coniunctiones ex subiecto tempore factas secundum praedictam dispositionem iudicari praecipimus, ut si quis talem uxorem ab initio nostri imperii (prout dictum est) iam duxerit, et liberos ab ea procreaverit; iustos eos et legitimos, et tam ab intestato quam ex testamento successores habeat, et legitima P 119
in posterum nihilominus ea uxore permanente, procreati quoque liberi legitimi sint.

Hanc legem Iustinianus saepius deinde confirmavit novell. 89 c. 15 et novell. 117 c. 6. Sed in primis celebri illa constitutione, quae, ut idem affirmat, olim erat in quinto libro codicis; sed plane ab hac Iustini diversa; nam illa rescripta fuit πρὸς τὰς πολιτικὰς ἀρχὰς, *ad civiles magistratus;* haec vero Iustini ad Demosthenem praefectum praetorio. Deinde ad matrimonia scenicarum mulierum dotalia quidem instrumenta requisivit in illa Iustinianus, non autem imperatoris rescriptum: in hac vero contra Iustinus sancivit. Haec explicatius habes in Iustiniani rescripto ad omnes episcopos, quod Graece tibi damus ex Vaticana bibliotheca.

Βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς τοῖς ἁπανταχοῦ γῆς θεοφιλεστάτοις Ἐπισκόποις. A 41

Θείαν ἐποιήσαμεν διάταξιν οὐδενὶ συγχωροῦντες ἄκουσαν γυναῖκα δούλην, ἢ ἐλευθέραν εἰς σκηνὴν, ἢ εἰς ὀρχήστραν καθέλκειν, οὐδὲ ἀπαλλαγῆναι βουλομένην κωλύειν τοὺς ἐγγυητὰς τοὺς αὐτῆς, ὡς ὑπὲρ αὐτοῦ τούτου χρυσίον ῥητὸν ὁμολογήσαντας ἀπαιτεῖν. ἀλλ' εἴ τι τοιοῦτο γένηται, κωλύεσθαι ταῦτα παρά τε τῶν λαμπροτάτων τῶν ἐπαρχιῶν ἀρχόντων, καὶ παρὰ τῶν ἐν ταῖς πόλεσι θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων διεταξάμεθα, δόντες ἄδειαν τοῖς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις, ἅμα τῷ λαμπροτάτῳ τῆς

ἐπαρχίας ἄρχοντι, καὶ ἄκοντας ἄγειν πρὸς ἑαυτοὺς τοὺς βιασαμένους, ἢ τοὺς ἀπαλλάττεσθαι τῆς ἐργασίας κωλύοντας, καὶ δημοσίαν μὲν αὐτῶν ποιεῖν τὴν οὐσίαν, ἐκείνους δὲ τῆς πόλεως ἐξελαύνειν. εἰ δὲ ὁ τὴν ἐπαρχίαν ἰθύνων αὐτὸς ὁ βιαζό-
V 855 μενος εἴη, ἢ τὴν ἐκ τῆς εἰρημένης ἐργασίας ἀπαλλαγὴν κωλύων, διδοῦσαν ἄδειαν καὶ μόνοις τοῖς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις προσιέναι τὴν ταῦτα παρασχοῦσαν, ἢ τὸν αὐτῆς ἐγγυητήν. τὸν δὲ ἐναντιοῦσθαι τῷ τὴν ἀρχὴν ἔχοντι, καὶ μὴ συγχωρεῖν ἀδικεῖν, ἢ εἰμὴ γένοιντο πρὸς τοῦτο ἱκανοί, μηνύειν εἰς τὴν βασιλείαν, ὥστε ἐξ ἡμῶν τὴν προσήκουσαν ἐξενεχθῆναι ποινήν, τῶν ἐγγυῶν καθάπαξ λυομένων, καὶ τῶν ἐγγυητῶν ἀζημίων φυλαττομένων. ἄδειαν διδόντες ταῖς ἀπαλλαττομέναις τοιαύταις γυναιξὶν, ἐλευθέραις καὶ εὐγενέσιν οὔσαις πρὸς γάμον χωρεῖν νόμιμον, καὶ εἰ τυγχάνοιεν ταῖς σεμνοτάταις ἀξίαις οἱ ταύτας λαμβάνοντες κεκοσμημένοι, μηκέτι δεομέναις βασιλικῆς ἀντιγραφῆς, ἀλλὰ κατ' ἐξουσίαν τὸν γάμον πραττούσαις, γαμικῶν μέντοι συμβολαίων ἐκ τρόπου παντὸς μεταξὺ αὐτῶν γινομένων. τὰ αὐτὰ καὶ περὶ τῶν θυγατέρων τῶν σκηνικῶν διαταξάμενοι, τὴν μὲν εἰρημένην διάταξιν καὶ ἐν τῷ ἑτέρῳ βιβλίῳ τῷ πασῶν διατάξεων, τούτου δὴ τοῦ τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας ἐπωνύμου βιβλίου πρὸς τὰς πολιτικὰς ἀρχὰς ἀντιγεγραμμένην τεθείκαμεν. ἐπειδὴ δὲ ἐχρῆν διὰ τῆς παρούσης νομοθεσίας καὶ ὑμῖν τοῖς πανταχοῦ γῆς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις ταῦτα ποιῆσαι φανερὰ, διὰ τοῦτο συνελόντες τὰ κατ' ἐκείνην ἀφηγήσει πλατυτέρᾳ νομοθετηθέντα τήνδε τὴν θείαν διάταξιν ποιούμεθα καὶ πρὸς ὑμᾶς, ὅπως τὴν ἱερατικὴν διασώζοντες σεμνότητα, καὶ σωφροσύνης ἀντεχόμενοι ταῦτα φυλάττοιτε, τότε ἐκ τοῦ μεγάλου θεοῦ δέος, καὶ βασιλικὴν ἀγανάκτησιν, εἴτι τούτων παραβαίνοιτε, λογιζόμενοι. D. K. NON. CP. DN. Iustin. PP. A. IV. et Paulino Coss.

P. 67, 1. *Cum Avunculo Romanorum Caesar consalutatur*] Vir doctissimus Iustinianum tum Caesarem consalutatum putat, cum *nobilissimus* est appellatus, ex eo loco Marcellini. *Anno regiae urbis conditae* CXCVII. *Iustinus imperator Iustinianum ex sorore sua nepotem iam dudum a se nobilis-
A 42 simum designatum, participem quoque regni sui, successoremque creavit.* Neque vidit *Caesaris* et *nobilissimi* dignitates etiam tempore hic a Marcellino distinctas. Valentinianus iunior, ut refert Olympiodorus Thebanus apud Photium, adhuc in cunabulis ab Honorio imperatore *nobilissimus* dictus est, quinto vero post anno a Theodosio per Helium officiorum magistrum Thessalonicae *Caesar* pronunciatus fuit. Vide Marcellinum ad consulatum Maximi, et Plintae, atque Victoris et
P 120 Castini. Sanctus Nicephorus in histor. *Τῶν υἱῶν αὐτοῦ τοὺς μὲν δύο Χριστοφόρον καὶ Νικηφόρον Καίσαρας, Νικήταν δὲ νοβελλίσσιμον. Duos e liberis suis Christophorum et Nicephorum Caesares, Nicetam vero nobilissimum creat.* Sane multos

legimus *nobilissimos*, qui nunquam *Caesares* fuerunt; Eumathius, qui Hysminii et Hysminiae descripsit amores, *protonobilissimus* erat. Ergo Iustinianus *nobilissimus* appellatus est, cum a Iustino est adoptatus sub initium imperii, ut clare Procopius significat l. 1 bell. Pers. *Caesar* autem pronunciatus fuit anno nono, ut est apud Evagr. l. 4 c. 9. *Τούτῳ τῷ Ἰουστίνῳ ὄγδοον ἔτος τῆς βασιλείας ἄγοντι ἐννέα τε μῆνας πρὸς τρισὶν ἡμέραις Ἰουστινιανὸς ἀδελφιδοῦς συμβασιλεύει ἀναῤῥηθεὶς τῇ πρώτῃ τοῦ ξανθικοῦ. Cum Iustinus octo annos, menses novem, et dies tres regnasset, Iustinianum sororis filium sibi in societatem imperii gerendi ascivit; qui Caesar declaratus fuit prima die mensis Xanthici, id est, calendis Aprilis.* Idem comprobat antiquum nomisma a viro humanissimo Dionysio Octaviano Sada nobis traditum, in cuius aversa parte est *ἐπίσημον* ς Graecum cum tribus Latinis notulis III. quibus colligitur summa novem annorum. [Vid. fig. 2.]

P. 67, 2. *Metu ac minis S. P. Q. perterritus in eam impellitur sententiam*] Contrarium narrat Victor Tunnensis; *Iustinus Augustus Iustinianum nepotem suum ad senatorum supplicationem invitus Caesarem facit.* Cyrillus Scythopolitanus, *συναινέσει πάσης τῆς συγκλήτου βουλῆς, universo senatu comprobante.* Ita loqui solemus, cum in comitiis vel pauci aperte reclamant, vel multi occulte adversantur. Sane in renunciatione suffragiorum universum senatum et populum in eandem minime ivisse sententiam par est credere; quare subindicare Procopius videtur, cum iis Iustinianum minis egisse A 43 qui refragarentur.

P. 67, 3. *Suscepere dominationem tertio ante festum Paschatis die*] Hoc est, *feria quinta maioris hebdomadis*, ut Cyrillus Scythopolitanus declarat, *τῇ ἁγίᾳ πέμπτῃ*. Theophanes, *τῷ δὲ Ἀπριλλίῳ μηνὶ πρώτῃ τῆς αὐτῆς πέμπτης ἰνδικτιῶνος τῇ ἑορτῇ τοῦ Πάσχα ἀσθενήσας ὁ βασιλεὺς Ἰουστῖνος προεχειρίσατο ἔτι ζῶν εἰς βασιλέα Ἰουστινιανὸν τὸν ἴδιον ἀνεψιὸν, καὶ ἔστεψεν αὐτὸν, καὶ συνεβασίλευσεν αὐτῷ μῆνας τέσσαρας. Die prima (quinta* Cyrillus habet) *mensis Aprilis, indictione quinta, die festo Paschae, imperator Iustinus aegrotans, adhuc vivens ad imperium promovit Iustinianum nepotem, eumque coronavit, et simul imperarunt menses quatuor.* A Procopio Theophanem discrepare non arbitror; nam ante Pascha designatum Caesarem Iustinianum crediderim; ipso vero Paschatis die a populo consalutatum; hoc Theophanes, illud Procopius narrare videtur.

P. 67, 4. *Festum Paschatis*] In Graeco est *τῆς ἑορτῆς*. Nos addidimus *Paschatis*; nam festum Christianis omnium festorum celeberrimum, ita per quandam excellentiam Graeci nominarunt. Hinc *ἑορταστικαὶ* epistolae et homiliae, quibus

futurum Pascha praenunciatur. Iustinianus novella octava,
τὸν παρόντα νόμον ἐγράψαμεν θεῷ τε αὐτὸν ἀνατιθέντες καὶ
ταῖς τῆς μεγάλης καὶ κοινοτάτης ἑορτῆς ἡμέραις. *Hanc legem
scripsimus, quam deo dicavimus, et hisce magni et universa-
lis festi diebus.* Nonnunquam etiam vocatur κατ' ἐξοχὴν *dies*,
ἡμέρα. Ut in synodo Berytensi, ἐπειδὴ τεσσαρακοστὴ ἦν ἐκέ-
λευσε μετὰ τὴν ἡμέραν ἀπαντῆσαι. *Quoniam quadragesima*
P 121 *erat post Pascha iussit nos occurrere.* Et statim addit, διὰ
τὴν ἑορτὴν ἀπέλυσεν αὐτοὺς τῆς ἀκοινωνησίας. *Propter festum
Paschae absolvit eos ab excommunicatione.* Chrysostomus di-
xit Κυρίαν ἡμέραν.

P. 67, 4. *Quando nulli dicere salutem vel pacem fas
est*] In omen infaustum id accipere Procopius videtur, nempe
bellorum, coniurationum, pestium, prodigiorum, terraeque mo-
tuum, quae imperatore Iustiniano contigerunt. Innuit praeterea
veterem ecclesiae ritum, quem consuetum iam olim habuit,
hodieque servat ecclesia Romana. Nam die, quem *coenae
Christi domini* vocamus, nempe tertio ante Paschatis celebri-
tatem, licet inter missarum solemnia pacem de more sacrorum
Antistes a deo petat, qui tamen mysteriis intersunt sacri viri,
ac populus, ob moestitiam Christi passionis, a laeto pacis osculo
et salutatione temperant. *Agnus dei dicitur, sed pax non da-
tur.* Libri rituales. *Dicat, agnus dei, absque osculo.* Ordo
Romanus.

P. 67, 5. *Morbo Iustinus absumptus est*] Recrudescente
vulnere quod olim pugnans acceperat. Chronicon Alexandri-
num; Συνέβη ἀσθενήσαντα τὸν βασιλέα Ἰουστῖνον ἐκ τοῦ ἕλκους,
οὗ εἶχεν ἐν τῷ ποδὶ αὐτοῦ ἐξ ἧς ἔλαβε σαγίτας ἐν τῷ πολέμῳ
τελευτῆσαι μηνὶ λόῳ, κατὰ Ῥωμαίους Αὐγούστου πρώτῃ ἡμέρᾳ
A 44 κατὰ ὥραν τρίτην τῆς παρούσης πέμπτης ἐπινεμήσεως. τελευτᾷ
δὲ ἐτῶν ἑβδομήκοντα ἑπτά. *Accidit, ut imperator Iustinus ex
ulcere pedis, quod ex ictu sagittae in bello contraxit, extin-
gueretur mense Loo, id est, Augusti die primo (secundo,* ut
V 356 habet Cyrillus) *sub horam diei tertiam, indictione hac quinta.
Vixit annos* LXXVII. ὁ θεῖος τοῦ μεγάλου Ἰουστινιανοῦ ἔκτισε
τὰ Προκοπίας σὺν τῇ γυναικὶ αὐτοῦ Εὐφημίᾳ, ἔνθα καὶ θανὼν
ἐτάφη. *Avunculus magni Iustiniani aedificavit ecclesiam vo-
catam Procopiae una cum Euphemia coniuge, ubi post obitum
conditus est.* Ex πατρίοις CP. Nescio, an haec Procopiae
ecclesia, eadem cum illa sit, de qua Cedrenus memorat; ἐτε-
λεύτησεν Ἰουστῖνος, καὶ ἐτέθη τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐν μονῇ τῆς
Αὐγούστης ἐν λάρνακι πρασίνῃ μετὰ τῆς γυναικὸς Εὐφημίας.
*Mortuus est piissimus Iustinus: corpus eius in arca prasina
repositum est in monasterio Augustae iuxta uxorem Euphe-
miam.*

P. 67, 6. *Annis in principatu novem exactis*] Ita illorum

temporum aequales Iornandes et Cyrillus; sed non solum annum nonum exegit, verum etiam excessit. Marcellinus Iustiniani Cancellarius duos praeterea menses addit; Evagrius, et ipse Synchronus tres tantum dies; l. 4 c. 9. Sed in utriusque libris mendum inesse palam est. Eam ait Evagrius Iustinum anno imperii octavo, mense nono (is erat Martius) ac tertio die Iustinianum participem regni fecisse, et cum eo imperasse menses quatuor, id est, a Calendis Aprilis ad Calendas Sextiles. Exegit ergo Iustinus in imperio annos novem, mensem unum, dies tres. Nempe decimum annum attigit, quo magistratus Cyzicenus cudebat hoc nomisma, quod ab humanissimo viro Dionysio Octaviano Sada habuimus [vid. fig. 3]; aliud huic simile a Nicopolitis cusum profert Adolphus Occo.

A † P 122

D. N. IUSTINUS. P. P. AUG. N/N M X

O B

Tertium vidimus in quo eadem annorum summa Graeco erat numero notata. A 45

D. N. IUSTINUS. P. P. AUG. VICTORIA. AUGG. I.

Ad huius vero calculi rationem omnino restituas necesse est cum alios historicos, tum editionem Victoris Tunnensis, quae habet *annos octo, menses novem.* Corrigenda praeterea est editio Graeca de sectis Leontii Scholastici, qui sub Iustiniano floruit; nam ex vocis ἐννέα similitudine, ἕνα habet: Leunclavius male cautus, mendum sua interpretatione confirmavit.

P. 67, 6. *Solusque Iustinianus imperavit cum Theodora*] Dum haec Procopius scribebat, annum in imperio agebat Iustinianus secundum et trigesimum. Quid ergo in mentem venit Pseudogordiano in privilegio Casinensi collegam Iustiniano, inde ab anno eius principatus duodecimo, dare Iustinum iuniorem? Adolphus etiam Occo nescio quem Tiberium Iustiniano nostro socium dedit imperii; nec animadvertit aureum illum nummum, ex quo id elicit, Iustiniani iunioris esse, quocum Tiberius filius regnavit. τοῦ αὐτοῦ κόμματος est alter quem profert cum hac inscriptione. D. N. IUSTINIANUS. ET. EKYCHRISTIUS. Denique frustra viri docti Caesar Baronius, et Iacobus Gretserus ex Iustiniani nomismatis alios eius collegas quaerunt. Illud proferunt, in cuius aversa parte est; VICTORIA. AUGGG. B. Triplice littera G. tria Augustorum nomina denotari volunt; hoc est, cum Iustiniano ac Theodora Iustinum. Quem Iustinum? iuniorem? Reclamat cum Procopio Corippus, qui nonnisi extincto Iustiniano Caesarem et imperatorem creatum Iustinum fuisse refert, solemnesque ritus inau-

gurationis carmine describit. Seniorem? Nonne vident illud nomisma anno Iustiniani. B. secundo cusum fuisse? Imo cum de hac re consulerem illustrissimum Card. Barberinum virum de omni genere litterarum bene meritum, ex ditissimo suo musaeo, in quo certant inter se rerum antiquitas et opulentia, duo protulit aurea nomismata quarto et sexto anno Iustiniani cusa; in quibus ter nihilominus repetita est littera G. Alterum hic accipe: alterum dabimus infra. Incisorum ille abusus est. In alio nummo *ἐκ τοῦ ἐναντίου* peccarunt, ut vides. [Vid. fig. 4.] D. N. IUSTINUS. ET. IUSTINIANUS. P. F. AUG. in quo litteras singulares, et extremam AUG. geminare oportuisset. Verum haec curiosius persequi, non huius est otii.

ἑτοιμοθάνατοι, οὐδὲ τῶν ψυχῶν ὑμῶν φείδεσθε. *ΠΡΑΣ.* ἐπαρθείτω τὸ χρῶμα τοῦτο. καὶ ἡ δίκη οὐ χρηματίζει. ἄνες τὸ φονεύεσθαι. καὶ ἄφες κολαζόμεθα. ἴδε, πηγὴ βρύουσα, καὶ ὅσους θέλεις κόλαζε. ἀληθῶς δύο ταῦτα οὐ φέρει ἀνθρωπίνη

et Samaritas nos appellas? Et nobis propitia deipara est. Mand. Quousque in vestra capita effundetis maledicta? Pras. Quisquis non recte credere Augustum dicat, ut Iudae, sic illi anathema sit. Mand. Si me auditis, in unum omnes baptizaminor. Pras. Tumultuose exclamarunt; sic ut Antlas iussit, in unum baptizor. Mand. Omnino, nisi quieveritis, capite puniemini. Pras. Quisque ambit imperium, ut securus vivat. At nos qui in aerumnis versamur, quidquid loquimur, aequi bonique consulat imperium tuum: nam et divinum numen sic omnes suffert. Quaestionem, imperator, habemus, ideoque omnia hic loquimur. Quandoquidem Auguste maxime, neque curiae, neque reipublicae dignitatem ullam superesse videmus; tum solum prodeo in urbem, cum Burdoni insideo, utinam Auguste maxime, ne tum quidem. Mand. Quisquis liber, quocumque libitum illi est, secure prodire potest. Pras. Mea sane libertate fido, nec tamen mihi in publicum venire permittitur. Quisquis liber cui Prasinae factionis iniecta suspicio sit, statim luce palam punitur. Mand. Destinata cruci capita, itane vestras animas devovetis? Pras. Scilicet de medio tollamur nos hoc insigniti colore. Interim nullus sit iustitiae locus. Tu a caedibus abstine; ac tum malefactorum nos poenas luamus. Ut illae ex fonte saliunt aquae, ita fluat illorum cruor, quos ad supplicium expetieris. Verum duo illa (iniustitiam et crudelitatem) humanum ingenium plane abhorret. Utinam in lu-

φύσις. εἴθε Σαββάτιος μὴ ἐγεννήθη, ἵνα μὴ ἔσχεν υἱὸν φονέα. εἰκοστὸς ἕκτος φόνος ἐστὶν ὁ γενόμενος εἰς τὸ ζεῦγμα. τῇ πρωΐας ἐθεώρει, καὶ τῇ δήλῃ ἐσφάγη, ὦ δέσποτα πάντων. ΒΕΝΕΤ. τοὺς φονεῖς ὅλου τοῦ σταδίου ὑμεῖς μόνοι ἔχετε. ΠΡΑΣ. πότε οὐ σφάζεις, καὶ ἀποδημεῖς; ΒΕΝΕΤ. σὺ δὲ σφάζεις, καὶ διακενῆς. τοὺς φονεῖς γὰρ τοῦ σταδίου ὑμεῖς μόνοι ἔχετε.
A 65 ΠΡΑΣ. δέσποτα Ἰουστινιανὲ αὐτοὶ παρακαλοῦσι, καὶ οὐδεὶς αὐτοὺς φονεύει. Νοήσει ὁ μὴ θέλων. τὸν ξυλοπώλην τὸν εἰς τὸ ζεῦγμα τίς ἐφόνευσεν, αὐτοκράτορ; ΜΑΝΔ. ὑμεῖς αὐτὸν ἐφονεύσατε. ΠΡΑΣ. τὸν υἱὸν τοῦ Ἐπαγάθου τίς ἐφόνευσεν, αὐτοκράτορ; ΜΑΝΔ. καὶ αὐτὸν ὑμεῖς ἐφονεύσατε, καὶ τοὺς Βενέτους πλέκετε. ΠΡΑΣ. ἄρτι Κύριε ἐλέησον. τυραννεῖται ἡ ἀλήθεια. ἤθελον ἀντιβάλαι τοῖς λέγουσιν, ἐκ θεοῦ διοικεῖσθαι τὰ πράγματα. πόθεν αὕτη ἡ δυστυχία; ΜΑΝΔ. ὁ θεὸς κακῶν ἀπείραστος. ΠΡΑΣ. θεὸς κακῶν ἀπείραστος. καὶ τίς ἐστιν ὁ ἀδικῶν με; εἰ φιλόσοφός ἐστιν, ἢ ἐρημήτης τὴν διαίρεσιν εἰπάτω τῶν ἑκατέρων. ΜΑΝΔ. βλάσφημοι, καὶ θεοχόλωτοι, ἕως πότε οὐχ ἡσυχάζετε; ΠΡΑΣ. ἂν θεραπεύεται τὸ κράτος σου, στέγω, καὶ μὴ θέλων τρισαύγουστε. ὅλα, ὅλα οἶδα, ἀλλὰ σιωπῶ. σῶζου δίκη, οὐκέτι χρηματίζεις. μεταβαίνω, καὶ τότε ἰουδαΐζω. μᾶλλον δὲ ἑλληνίσαι συμφέρει, καὶ μὴ βενετίσαι, ὁ

cem Sabbatius non venisset, certe filium te non habuisset sanguinarium. Sexta et vigesima nunc caedes ad Zeugma patrata est. Mane ille in theatro spectabat; sub vesperum, supreme domine, caesus fuit. Veneti. Apud vos duntaxat convenientium in stadio sunt homicidae. Pras. Tu vero sine sanguine, quando hinc abscessisti? Ven. Tu vero nulla etiam de causa in caedes prorumpis. Nam apud vos inquam, duntaxat convenientium in stadio sunt homicidae. Pras. Domine Iustiniane, isti alios irritant, et a nemine trucidantur. Hoc, et qui nolit, intelligit, puto. Fabrum lignarium ad Zeugma quis interfecit, o imperator? Mand. Vos illum occidistis. Pras. Filium Epagathi quis interemit, o imperator? Mand. Et illum vos; in causam vero Venetos trahitis. Pras. Hem modo, propitius sis deus, ut veritas conculcatur. Pene nunc velim cum iis disserere, qui divino nutu res humanas gubernari contendunt. Unde haec infortunia? Mand. Deus intentator malorum est. Pras. Ita sane, deus malorum est intentator. At quis iniuste me opprimit? Age quisquis es philosophus, vel eremita: cedo utriusque distinctionem. Mand. Blasphemi, impii, quando demum quiescetis? Pras. Dum tibi Auguste maxime ita cordi est, vel invitus quiesco. Omnia, singula novi, at obmutesco. Iustitia vale. Nullus iam tibi locus reliquus est. Discedam hinc, ut nomina Iudaeis dem. Omnino praestat et gentilium ritibus initiari, obtestor deum, quam cum Venetis convenire.

θεὸς οἶδε. ΒΕΝΕΤ. τὸ μισῶ, οὐ θέλω βλέπειν, καὶ ὁ φθόνος παρενοχλεῖ μοι. ΠΡΑΣ. ἀνασκαφείτω τὰ ὀστέα τῶν θεωρούντων. καὶ κατῆλθον οὗτοι, καὶ εἴασαν τὸν βασιλέα, καὶ τοὺς Βενέτους θεωροῦντας ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ.

Venet. Tantum scelus non videam. Vestri tamen odium me ut id velim stimulat. Pras. Effodiantur illorum post mortem ossa, qui hoc in spectaculo subsederint. Sic Prasini abierunt, Caesare ac Venetis in circo relictis.

P. 79, 8. *Mihi, et mei ordinis plerisque*] Nempe primariis viris illustribus et ordinis senatorii; nam et urbanam praefecturam gessit Procopius, ut in praefatione dixi. Medicum fuisse somniant Blondus et Sabellicus.

P. 79, 9. *Perniciosi daemones, et funestae hominum pestes*] Hanc fuisse consuetam hominum sui ordinis, hoc est, senatorum vocem, affirmat Procopius. Nam ex quodam usu, et communi consuetudine, qui rempublicam atrocius vexarint principes, id ipsum olim etiam audierunt. Infra p. 84 explicatius. *Alii genio huius hominis comiti adscriberent, pars dictitaret* A 66
iratum mortalibus numen, Romanorumque exosum imperium perniciosis furiis potestatem fecisse tantorum malorum. Et Ioannes Cappadox praefectus praetorio omnium sceleratorum P 137
postremus, id ipsum a senatu, populoque Constantinopolitano audivit, ut idem Procopius indicat lib. 1 bell. Pers. extremo. Synesius epist. 57. *Ἀνδρόνικος δαίμων ἀρήϊος ἄπληστος συμφορῶν. Andronicus Martius daemon calamitatum insatiabilis.* Et rursus, *δαίμοσιν ἑαυτὸν ἄρας προσένειμε. Daemonum se numero aggregavit.* Et epist. 78. *Οὓς ἂν καὶ ὅστις ὠμότατος δαιμόνων ἠλέησεν, ἐξῃρήσθων τοῦ λόγου Θόας τε καὶ Ἀνδρόνικος. Quorum vel crudelissimus quisque daemonum misertus esset, excipio Thoantem, et Andronicum, qui soli daemonum implacabiles.* Denique eius gentis, ex qua fuit Procopius, nempe Syrorum Palaestinorumque, id proprium est, homines notae improbitatis daemoniis comparare. Sicarii 3. Reg. c. 21. Magus act. 13. *filii diaboli* vocantur. Imo Christus dominus si quid non ad gratiam loquitur, statim Iudaeis, apud Ioannem, *Daemoniacus* est, et appellatur. Christus de Iuda parricida. *Et unus ex vobis diabolus est.* Ioannis 6. De Theodora ita Theophilus in vita Iustiniani. *Duxit Iustinianus Theodoram egregiam puellam, licet reclamante matre Biglenisa, quippe quae indolem puellae alioqui scitissimae et eruditissimae, sed levioris et arrogantioris ingenii aliquando obfuturam fortunae et pietati filii pertimesceret, praesertim quia vetula quaedam divinationibus addicta Theodoram futuram Daemonodoram Romano imperio, inflexuramque rectitudinem Iustiniani ex sortium augurio consulenti Biglenizae praedixerat.*

P. 80, 7. *Sabbatii coniugis*] Hic fuit Iustiniani imperatoris pater. Arnoldus Uvion gradu Aniciano vigesimo alium ita comminiscitur: *Anicius Germanus Probus, Anicii Iustiniani Probi filius. V. C. nulla alia re clarus memoratur, nisi quod ex . . . . . . Anicia sorore Anicii Iustini imperatoris, quae ei uxor fuit, filios tulerit Vitalianum, Germanum, et Iustinianum imperatorem, et filiam Biglentiam. Nomen eius in historiis quidem non reperitur; addidimus tamen illud nos, tum filii Germani coniectura, tum etiam quod omnino arbitremur illum Germanum esse, ad quem extat Hormisdae papae epistola 54 tom. 1. Ep. decret. in qua illustrissimus vocatur, hortaturque ad defensionem tam ecclesiae quam aliquot etiam episcoporum. Si quis tamen aliter repererit, contentioni cedo.* Ita sane. Nam et Iustinianus, eiusque parens, et avunculus ex albo Aniciorum delendi. Germanus fratruelis Iustiniani dicendus, ut supra ad p. 23 probavimus. Hormisdae epistola Germano viro consulari reddenda. De Vitaliano sentiendum, ut ad p. 30 diximus. Iustiniani pater non Germanus, sed Sabbatius appellandus. De Biglentia rectius quam Panvinius, qui Iustiniani filiam esse credit: *ἀδελφήν*, *sororem* vocat Procopius l. 2 bell. Vand. licet Graecorum more *Biglantiam* dixerit, quam Latine *Vigilantiam* nominamus; sic apud Mauritium in Strategicis *βίγλα* et *βιγλίζειν*, *vigilia*, *vigilare*. Corippus de Iustino iuniore;

A 67 *Mater consilii placidis Vigilantia vestris*
V 364 *Semper inest oculis; quamquam omni pectore gestas*
Alma Augusta tui consors Sapientia regni.

Nempe alludit ad nomina *Vigilantiae* matris, et *Sophiae* uxoris Iustini iunioris. Quanquam *Vigilantiae* nomen Latine inflexum puto ex Illyrico nomine *Bigleniza*, quod Iustiniani imperatoris matris vocabulum fuit. Huius Vigilantiae maritum facit Arnoldus Dorotheum consulem; bene Victor Tunnensis in chronico, *Iustinus iunior Vigilantiae sororis Iustiniani Augusti filius, patre dulcissimo natus.* Sed ne singulos errores, quos in Iustiniani imperatoris genealogia texenda commiserunt Arnoldus, Panvinius, Trithemius, et alii, singillatim enumeremus, eam tibi ob oculos in diagrammate ponimus, eo sane veriorem, auctioremque quod ex pluribus autoribus, iisque antiquioribus, nempe eiusdem aetatis, illam collegimus.

P 138


1
N . . = N . .
2
Iustinus imp. = Euphemia Aug.
3
4
Eutharicus
5
Athalaricus
6
Biglenitza
7
Sabatius = Biglenitza
8
Iustinianus
9
Theodora = Iustinianus
10
Theodorus Zirus
11
Ioannes Arabs
12
N.... filia
13
Anastasius = Ioannina
14
15
Vigilantia = Dulciss.
16
Dulciss.
17
Iustinus
18
Tiberius = Anastasia
19
Sophia = Iustinus
20
Iustus.
21
Arabia = Baduarius
22
23
Helena
24
Badurius
25
Marcellus
26
Ioannes = Proiecta = Areobindus
27
28
29
N . . = N . .
30
N . . = Boraides
31
32
N . . . filia
33
Iustus
34
Mathasuenta = Germanus = Passara
35
36
Iustinus
37
Iustinianus
38
Iustina = Ioannes
39
40
14
Germanus
Germanus = Charitons
Constantina = Mauritius.

1. N. N. parentes Iustini imperatoris in historia prorsus obscuri.

2. 3. *Iustinus* imperator, *Euphemia* Augusta coniuges. Procopius hic p. 29. Victor Tunnensis in chron. Theodorus Lector.

4. *Eutharicus* Cillica Amalasuntae maritus, filius adoptivus Iustini imperatoris. Cassiodorus l. 8. Var. epist. 1. *Desiderio quoque concordiae factus est per arma filius, quamvis vobis pene videbatur aequaevus.*

5. *Athalaricus* rex Gotthorum. *Tunc mihi dedistis gratiam nepotis, quando meo parenti adoptionis gaudia praestitistis.* Cassiod. ibidem. Nam ea epistola est ad Iustinum, ut probavimus ad p. 28.

6. *Bigleniza* soror Iustini, mater Iustiniani imperatoris, de qua
A 68 hic Procopius nomine dissimulato, Iornandes lib. de success. Marcellinus ad cons. Mavortii. Nomen *Biglenizae* Theophilus in vita Iustiniani prodidit.

7. *Sabatius* Iustiniani pater, cuius nomen bis legimus, semel hic apud Procopium: iterum apud Theophanem, quem paulo ante citavimus. *Istokus* etiam appellatus est ab Illyriensibus. Theophilus in vita Iustiniani.

8. *Iustinianus* imperator Iustini ex sorore Nepos, et filius adoptivus; quare in Novellis patrem saepius eum appellat. *Upravda* a suis gentilibus dictus est. Idem Theophilus.

9. *Theodora* Iustiniani imperatoris uxor. Procopius l. 1 bell. Pers. 1 Vand. 3 Gotth. Evagr. l. 4. Victor Tunn. in chron. Perperam Aimoinus l. 2 de gest. Franc. *Antoniam* vocat.

10. *Theodorus Zirus* Iustiniani filius naturalis, quem extincta Theodora, suscepit; Theophanes Byzantius apud Photium. Vide has notas ad p. 20.

11. *Ioannes* Theodorae filius naturalis ex patre Arabe. Procop. hic p. 76.

12. N. filia Iustiniani, et Theodorae Anonyma. Procop. hic p. 20 et 2 bell. Vand.

13. *Anastasius* Iustiniani et Theodorae ex filia nepos. Procop. hic p. 20.

14. *Ioannina* Belisarii et Antoninae filia Anastasio desponsa, et cum illo clanculum a Theodora coniuncta; deinde ab Antonina post obitum Augustae ab eius amplexu abstracta. Procop. ibidem.

P 139 15. *Vigilantia* soror Iustiniani imperatoris, Iustini secundi mater. Procop. l. 2 bell. Vand. Victor Tunn. in chron. fortasse ex Illyrico nomine *Bigleniza.*

16. *Dulcissimus* Vigilantiae maritus. Victor ibidem.

17. *Iustinus* iunior Augustus Iustiniani imperatoris nepos ex sorore Vigilantia. Victor ibidem. Corippus, Evagr. l. 5.

Ioannes Scholast. Epiphanensis l. 1. Theophylactus Simocatta l. 3 c. 9. Ioachimus Camerarius male vertit apud Nicephorum *fratris filium*. Menander Protector l. 1. Iustinianum Iustini μητράδελφον appellavit, quasi τῆς μητρὸς Iustini ἀδελφόν.

18. *Tiberius* a Iustino est adoptatus. Qui uxorem habuit *Anastasiam*, ex ea duas filias susceperat antequam Caesar renunciaretur, *Charitonam*, quam Germano in matrimonium collocavit; et *Constantinam*, alii *Constantiam* Mauritio desponsam, qui a Tiberio Caesar creatus eidem in imperio successit. Evagr. Theoph. in chron.

19. *Sophia* Theodorae neptis, Iustini secundi imperatoris uxor. Victor Tunn. Corippus.

20. *Iustus* Iustini filius ex Sophia, antequam imperium parentes cepissent, natus ac mortuus. Theoph.

21 et 22. *Arraba* seu *Arabia* filia Iustini iunioris, et Sophiae, cuius maritus *Baduarius* Curopalates. Corippus l. 2 sed nomen quidem ipse reticet; in πατρίοις CP. nos invenimus.

——————— *similisque parenti*, A 67
——————— *nomen distabat et aetas*,
Non tam egregiae distabat gratia formae.

Graeci tamen historici Sophiam imperatricem λωβὴν fuisse narrant.

23. *Helena* filia Baduarii et Arrabae neptis Iustini imperatoris. In πατρίοις CP.

24. *Badurius*, alias Bidurius secundus Vigilantiae filius, Iustini imperatoris frater, et comes imperatorii stabuli. Theophanes ad annum Iustini octavum.

25. *Marcellum* Iustini imperatoris fratrem vocat Corippus l. 2.
Fratris in obsequium gaudens Marcellus abibat.

26. *Proiecta* Vigilantiae, et Dulcissimi filia, Iustiniani imperatoris neptis. Procopius l. 2 bell. Vand. et 3 bell. Gotth.

27. *Areobindus* praefectus praetorio orientis, et Africae, pri- V 365
mus Proiectae maritus. Marcellinus P. C. Basilii 6. Procop. l. 2 bell. Vand.

28. *Ioannes* Pompei, filius Anastasii imperatoris pronepos, secundus Proiectae maritus. Procop. l. 3 bell. Gotth.

29. N. N. Iustiniani imperatoris frater, et eius uxor a nullo historicorum nominantur, licet eorum filii passim recenseantur a Procopio et aliis.

30. N. uxor Boraidis Iustiniani imperatoris nepotis, cuius et filiae dissimulatis vocabulis, meminit Procopius l. 3 bell. Gotth.

31. *Boraides* fratris Iustiniani imperatoris filius primus. Procop. ibidem.

32. N. filia Boraídis, Iustiniani neptis, de qua Procopius ibid.
33. *Iustus* fratris Iustiniani imperatoris filius secundus. Procop. l. 2 bell. Pers.
34. *Germanus* fratris Iustiniani imperatoris filius tertius; passim de hoc Procopius: Marcellinus, Iornandes de rebus Get. lib. extremo.
35. *Passara* uxor Germani prior. Procop. l. 2 bell. Gotth.
36. *Iustinus* primus Germani filius ex Passara. Procop. ibid. Marcell. in eius consulatu.
37. *Iustinianus* secundus Germani filius ex Passara. Procop. ibidem. Theophylactus Simocatta l. 3 c. 12 *Dux*, inquit, *designatur* *Ἰουστινιανὸς ὁ τοῦ Γερμάνου υἱὸς τοῖς κορυφαιοτάτοις τῶν ἐν τέλει συναριθμούμενος*. *Iustinianus Germani filius, unus de optimatum primoribus.*
38. *Iustina* filia Germani ex Passara. Procopius hic p. 23.
39. *Ioannes* Vitaliani consulis Nepos, Iustinae Germani filiae maritus. Procop. ibidem, et l. 3 bell. Gotth.

P 140 40. *Mathasuenta* Eutharici, et Amalasuntae reginae filia Vittigis Gotthorum regis relicta, posterior Germani uxor. Iornand. l. de rebus Geticis extremo. Procopius l. 3 bell. Gotth.

41. *Germanus* Germani filius posthumus ex Mathasuenta. Iornand. ibidem.

Legimus apud Theophanem in chron. *Marciani* et *Marcelli* Iustiniani imperatoris Nepotum nomina, quorum hic contra Persas duxit exercitum, anno avunculi trigesimo quinto: ille anno trigesimo sexto missus est in Africam contra Mauritanos, qui nescio an alius ab eo sit, quem Theophanes alter Byzan-
A 70 tius Iustini imperatoris patruelem nominat. De *Marciano* ita Ioannes Epiphaniensis l. 1. *Ἰουστῖνος ἐς τὴν ἑῴαν ἐκπέμπει Μαρκιανὸν στρατηγὸν ἐν τοῖς πατρικίοις τῆς συγκλήτου βουλῆς τεταγμένον, αὐτῷ τε πρὸς γένος συνημμένον τῶν τε πολεμικῶν κινδύνων οὐκ ἄπειρον, καὶ ἄλλως ἀνδρεῖον ὄντα τε καὶ δοκοῦντα.* *Iustinus in orientem Marcianum mittit imperatorem, qui inter patricios et senatores conscriptus erat, et sibi sanguine propinquus, belli vero periculorum minime expers, qui et vir strenuus fuit, et eam apud alios opinionem est consequutus.* De eodem Theophyl. Simocatta l. 3 c. 10. Hos in diagrammate non posuimus, quorum incerti parentes sunt. Legimus praeterea in *πατρίοις* CP. ad portam aeneam septem Iustiniani *συγγενῶν*, *consanguineorum* posita fuisse signa, quorum silentur nomina. Pseudogordianus in epistolis quas Theodorae ac Iustiniano falso adscribit, *Tertullum* patricium Romanum Iustiniani *Exadelphum*, et sanctum Placidum *nepotem* mentitur. Sed facile est fraudem autoris detegere. Plures Theodorae liberos iste memorat; sed praeter unam foeminam,

nulli eidem fuerunt. Sancti Sabae precibus ne vel unum quidem, ut infra dicemus, impetrare potuit marem regni successorem. Ea ipsa foemina praemature obiit, atque etiam Theodora vitam amisit quinquennio antequam quinta synodus Constantinopoli celebraretur, cuius patres a Pseudogordiano illo vitam Theodorae liberisque eius precantes inducuntur. Sed infra plura de illarum epistolarum impostura.

P. 81, 6. *Monachum deo insigniter gratum*] Zosimus vir eximus, cuius diversa sanctitatis monumenta exponit Evagrius l. 4 c. 7 e Lycia destinatus est ad Iustinianum, ut in novell. 5 c. 2. Sabas homo celebris sanctimoniae a Palaestinis ad eundem est allegatus, ut scribit Cyrillus Scythopolitanus: item alii. Euthymius, Theodosius, aliique sanctissimi monachi sub Iustiniano floruerunt: nullius tamen fixum nomen expressit Procopius.

P. 83, 7. *Mansuetissimum hominis ingenium*] Cum in reliquis pertractandis negotiis, tum maxime in disputationibus, quando temperare calorem ingenii, impetum reprimere, sibique imperare perquam difficile est. Ipse de se Iustinianus apud Innocentium Maronianum aequalem suum. *Cognovistis*, inquit, *quantis propositionibus rationabilibus*, *et pacificis cum omni mansuetudine et patientia prolatis a nobis Episcopus Philoxenus persuasus est.* Qua mansuetudine adeo praestare sibi ipse videbatur, ut Episcopos inter disputandum ad eam hortari veritus non sit; quod idem Maronianus Episcopus refert.

P. 83, 10. *Sacerdotibus indulgebat*] Non solum aliena occupantibus, ut hic narrat, et infra Emessenorum clericorum exemplo explicat: sed etiam Constantinopolitanis patriarchis *Oecumenici* nomen per summam Romanorum pontificum iniuriam aucupantibus. Quod cum primus Ioannes Cappadox ausus fuisset, ipse qui tum Iustino avunculo superstite rempublicam administrabat aequo animo tulit, deinde imperium adeptus, ratum gratumque habuit, suisque legibus perniciosum
nomen inscripsit. Quare iurisconsulti multis parcant interpre- A 71
tationibus, cum *Oecumenici* nomen Constantinopolitano patriarchae attributum. In Iustiniani constitutionibus offendunt.

P. 83, 12. *Si quando huiusmodi causas cognosceret*] P 141
Eadem licentia causas ecclesiasticorum Iustinianus cognovit, qua iisdem leges praescribere ausus est; nec solum civiles causas, sed etiam religionis et controversias de fide sibi sumpsit, *gaudebatque*, ut Liberatus ait, *se de talibus causis iudicium ferre;* adeo ut ab episcopis saepenumero scriptis, gravissimisque verbis, et aliorum Caesarum exemplo monitus nihil cesserit. Facundus Herminianensis duodecimum eius operis librum quod de tribus capitibus Iustiniano nuncupavit, in hoc argumentum insumit. Ex quo libro paucula delibare ad hanc

historiae partem illustrandam operaepretium duximus. *Cognovit Marcianus quibus in causis uteretur principis potestate, et in quibus exhiberet obedientiam Christo, et ideo ne impius atque sacrilegus videretur, post sacerdotum sententiam opinioni suae nihil reliquit.* Et statim. *Ob hoc itaque vir temperans, et suo contentus officio ecclesiasticorum canonum executor esse voluit, non conditor, non exactor.* Deinde adlatis exemplis regis Oziae, Dathan, Abiron, Ozae, et aliorum qui se sacris audacter ingesserunt: *His autem,* ait, *atque huiusmodi rationibus et exemplis Augustae memoriae Marcianum commonitum et edoctum fuisse credibile est, ne imperii sibi commissi decorem alieni officii usurpatione foedaret. Quod si etiam minus eius animo quae memoravimus occurrerunt, modestum virum sua procul dubio ratio temperavit, qua nosse facile poterat Christi solius esse regnum cum sacerdotio simul habere, et quae propria sunt sacerdotii regibus interdixisse.* Et infra profert exemplum Leonis imperatoris. *Idcirco,* inquit, *piae memoriae Leo quietem non conturbavit ecclesiae, quia non suo arbitrio ac potestate praesumpsit doctrinae Dominicae decreta statuere, nec quidquam solis creditum sacerdotibus usurpavit. Neque solum non extorquere, sed nec praeire tentavit sententiam sacerdotum.* Et paulo post ita concludit. *Si quis ergo horum periculorum nescius, cum videri doctus appetit importune ac nulla utilitate suadente spontaneis quaestionibus ecclesiam turbat, hic non dispensator familiae Dominicae, sed dissipator est, et mysteriorum dei dispersor. Quod illi principes esse timuerunt, et idcirco non tantum quia vires eorum superabat tanti negotii magnitudo; verum etiam quia non acceperant, non sibi assumpserunt huius dispensationis officium.*

P. 83, 5. *Male parta aliorum bona templis addixit*] Evagr. l. 4 c. 29 narratis Iustiniani rapinis subdit. ἀφειδὴς δὲ χρημάτων ὑπῆρχεν ὥστε πρᾶξαί τε ἄλλα μυρία εὐσεβῆ καὶ θεῷ ἀρέσκοντα, εἴπερ ἐξ οἰκείων δρῷεν οἱ τούτων ἐργάται, καὶ καθαρὰς τὰς σφῶν πράξεις καρποφορεῖν. *Erat et prodigus ita, ut alia infinita exequeretur opera, sane pia, deoque accepta, si modo vel ille, vel alii qui talia moliuntur, de suis ipsorum bonis efficienda curarent, suasque actiones vacuas a sceleris labe, tanquam hostias deo offerrent.*

P. 84, 3. *Illud etiam pugnavit, ut in unam omnes convenirent de Christo sententiam*] Etiam in hist. de bell. Gotth.
A 72 aegre ferre videtur Procopius eam legationem qua Hypatius
V 366 Ephesinus, et Demetrius Philippopolitanus hac super re functi sunt apud Romanum pontificem. Has de fide quaestiones non solum inutiles esse, verum etiam publicae quieti non parum officere Procopius existimavit. De hac eius absurda sententia

fuse disseruimus, cum de historia hac quid sentiremus, pronunciavimus. Iustinianus vero non ideo vituperandus quod pugnaverit, ut in unam omnes convenirent de Christo sententiam; sed quia id ut antistes et ecclesiae doctor egisse visus est, non ut imperator; sicuti manifestum erit ex iis quae infra ad p. 83 notabimus, et paulo ante ex Facundo Hermionense ostendimus.

P. 84, 4. *Haud esse homicidium ratus, quod in alienae opinionis populares committeretur*] Haereticos extremo etiam supplicio puniendos perperam hic negat Procopius, ut ex iis quae ad p. 51 notavimus perspicuum est. Fortasse de Catholicorum caedibus dicere voluit, qui discreparent a Iustiniani opinione de incorrupto Christi corpore, de tribus capitibus, antequam quinta synodus celebraretur, ut infra dicemus ad p. 115.

P. 84, 13. *Tribonianus vereri se vehementer affirmabat,* P 142
ne ob singularem pietatem in coelum improviso surriperetur] Hesychius Milesius Procopii aequalis in libello de viris illustribus. *Τριβωνιανὸς κολακεύων Ἰουστινιανὸν τὸν βασιλέα ἔπειθεν αὐτὸν ὡς οὐκ ἀποθανεῖται, ἀλλ' εἰς οὐρανοὺς ἁρπαγήσεται. ἦν δὲ ὁ Τριβωνιανὸς Ἕλλην τε καὶ ἄθεος. Tribonianus adulando persuadere Iustiniano imperatori conabatur, eum non moriturum, sed in coelum assumptum iri. Erat quippe Tribonianus Gentilis, et atheus.* Idem refert Suidas: merito Agapetus Diaconus illud Iustiniano saepe saepius inculcat, ut assentatores caveret. Scilicet ingenium hominis longa consuetudine didicerat Agapetus.

P. 84, 14. *Ob singularem pietatem*] Scilicet blandiebatur Caesari Tribonianus in ea maxime re, qua ipse summopere sibi Caesar placebat. Inde omnia consilia ducere, ad eam omnes a se sancitas leges referre non est ubi Iustinianus non dicat ac repetat. Suas ad deum preces pro haereticorum conversione apud Episcopos praedicare non desinit, ut Innocentius Maroniae Praesul qui eum coram audivit in epistola ad Thematem narrat. *Ingressus sum* (aiebat Iustinianus) *in oratorium gloriosi Michaëlis Archangeli, quod est in Cochlio, et rogavi dominum dicens. Quia si in veritate uniri habent nobis, compunge eos velociter consentire,* etc. *Et cognovistis quantis propositionibus rationabilibus, et pacificis cum omni mansuetudine et patientia prolatis a nobis vir reverendissimus Episcopus Philoxenus persuasus est,* etc. Denique in ipso illo communi imperatorum nomine, Pius, licet adscititio gloriam pietatis quaesivit novella 78. *Ἀντωνῖνος ὁ τῆς εὐσεβείας ἐπώνυμος, ἐξ οὗπερ καὶ εἰς ἡμᾶς τὰ τῆς προσηγορίας καθήκει. Antoninus qui a pietate nomen invenit, a quo eiusdem nominis decus ad nos usque pertingit.* Sed Christiani imperatores

inde a Constantino magno quasi tesseram religionis quam co-
A 73 lerent, Pii nomen sibi vindicarunt. A Gentilibus illa se accepisse fatentur. FLAVIUS. AUGUSTUS. CAESAR.

P. 84, 15. *In coelum improviso surriperetur*] Consecrationem et ἀποθέωσιν, suo more, hoc est, Gentilium, significare Tribonianus volebat, huiusmodi raptus in coelum etiamnum in imperatorum nomismatis et in fornice Arcus Titi Romae videmus, et in suo ludo Seneca deridet. Sic quidem nugator et ἄθεος Tribonianus. Verum ex Christianis non defuit Ioannes Calcedonii filius Constantinopolitanus patriarcha, qui (ut Nicephorus ait) abhinc annis quadringentis solemni ritu inter missarum religiones Iustiniani quasi coelo recepti memoriam celebravit. In quo facto Graeculi schismatici levitatem vides; nam in ecclesiasticis Romanis tabulis, et in ipsis Graecorum menologiis nullum Iustiniani nominis vestigium apparet. Si unquam a quopiam Graecorum inscriptum, et deinde abrasum, et obliterarum est; hoc ipsum temerarium illius patriarchae factum explodit. Patres concilii Trullani in praefatione suorum canonum τῆς θείας λήξεως Iustinianum dixere; et patres concilii sexti CP etiam Theodoram. Sed ea dicendi forma omnium Christianorum Caesarum memorias prosequi scriptores solent. Etiam Anastasium imperatorem Haereticum ita nominatum supra ad p. 25 lin. 1. notavi. Patres concilii sexti Constantinopolitani, ut in quibusdam manuscriptis codicibus est, Iustinianum ἐν ἁγίοις vocant. Sed quid est? etiam Andreas Ephesinus Antistes actione decima synodi Chalcedonensis Theodosium iuniorem ἐν ἁγίοις semel atque iterum nominat, et autor vitae sancti Nili Theodosium seniorem ἐν ἀγγέλοις, et concilium Romanum, Gotthorum regem Theodoricum *sanctum principem* dixit; quorum nullus in album sanctorum relatus est, et Theodoricus Arianus fuit. Quid plura? Imperatores passim SACRATISSIMI, et DIVINISSIMI appellantur; ipsi de se, NOSTRUM NUMEN; eorum diplomata SACRAE, DIVINAE LITTERAE; Aula SACRUM PALATIUM, DOMUS DIVINA; ipsa imperatorum VESTIGIA SACRA nuncupantur. Orbiculari illo diademate, quod diis olim gentilitas, nos sanctis viris tribuimus, redimita imperatorum capita in eorum nummis nonne vide-
P 143 mus? Ea porro non meriti, sed imperialis et regiae dignitatis praerogativa est. Nam sanctissimus martyr Dionysius Alexandrinus, ut autor est Eusebius, etiam Valerianum et Gallienum gentiles principes, *sanctissimos* nuncupavit. Idque omnino est observandum apud ecclesiasticos scriptores eas dicendi formas, ὁ ἐν ἁγίοις, ὁ ἐν ὁσίοις, ὁ ἐν ἀγγέλοις, honoris tantum gratia nonnunquam usurpari. Quare nimis cautus est interpres octavae synodi CP. qui PIUM, SACRUM imperatorem quam sanctum dicere mavult. Anastasius antiquus interpres bene retinuit

SANCTUM, et Adrianus pontifex Ambrosii testimonio ad Gratianum eam vocem tributam imperatoribus fuisse demonstrat in resp. ad Carolum magnum pro concilio Niceno secundo.

P. 85, 12. *A quibus nullus eum cohibere unquam po-* A 74
tuit] Scilicet Romani pontifices, qui tum saepe Byzantium appulerunt, Ioannes, Agapetus, Sylverius, Vigilius, Pelagius Romanae ecclesiae archidiaconus, aliique orientis episcopi divino zelo succensi: de his non dubito; nam Agapeti diaconi Constantinopolitani etiamnum libellus extat, censor Iustiniani morum ac vitae.

P. 86, 1. *Hoc Romanorum principe nulla firma de deo fuit sententia, vel fides*] Id ecclesiasticae illius temporis historiae loquuntur. Nam tum vel priores haereses invaluerunt, ut *Manichaeorum*, *Sabbatianorum*, *Monophysitarum*, et aliorum. Vel aliae tum primum extiterunt, *Monothelitarum*, *Severianorum*, *Theodosianorum*, *Gaianitarum*, *Agnoëtarum*, *Theopaschitarum*, *Aphthartodocitarum*. Victor Tunn. *Theodosius Sugas* (lege *Sycas*) *relegatus totum pene palatium, et maximam regiae urbis partem sua perfidia maculavit. Quae occasio cunctis pene haeresibus licentiam tribuit, ita ut non solum Theodosianitae, sed et Gaianitae Monasteria atque oratoria apud urbem regiam construxissent.* Sed praestat de uno Iustiniano hic dicere. Sensit ille cum Eutychianis, antequam Byzantium veniret Agapetus pontifex; a quo post diuturnas altercationes, recta est imbutus sententia. Anastasius in Agapeto, Paulus Diaconus in Iustiniano. Theodoram coniugem multarum licet haeresium labe contaminatam, ut ad p. 121 dicemus, et a summis pontificibus semel atque iterum religionis ream ob id pronunciatam, nunquam Iustinianus coërcuit. Evagrius l. 4. Ipse denique in Aphthartodocitarum impietatem lapsus, Eutychio praesule Constantinopolitano a quo redarguebatur in exilium pulso, conscriptoque edicto pro eadem haeresi statuenda, moritur. Evagr. l. 4. Victor Tunn. Eustathius Presbyter in vita sancti Eutychii, qui Iustiniani aequales fuerunt; praeterea Theophanes, Zonaras, Cedrenus, Nicephorus, et alii.

P. 86, 2. *Nullum stabile ius*] Quamobrem tot videmus ANTINOMIAS in Iustiniani constitutionibus.

P. 87, 3. *Cibus, potusque illi nunquam ad satietatem*] Idem habet l. 1 de aedif. *οὐ μέν τοι οὐδὲ τούτοις κατακορὴς γέγονε πώποτε, ἀλλὰ καὶ ἡνίκα δαῖτα αἱροῖτο, ἀπογευσάμενος τούτων δὴ τῶν αὐτῷ ἐδωδίμων, εἶτα μεθίει, οὔπω ἐδηδοκὼς τὰ αὐτάρκη. Neque is unquam ad satietatem se explevit; sed cum cibum sumeret, delibata tantum fercula statim omittebat, nondum cibariis pro necessitate comestis.*

P. 87, 3. *Saepe unum atque alterum diem, noctemque*

cibo abstinuit] Narrat idem fusius ibidem, eamque fuisse morbi causam asserit, de quo nos egimus ad p. 43.

P. 87, 5. *Horam somno indulgens*] Ibidem hoc etiam
tangit Procopius, *πόῤῥω γὰρ τῶν νυκτῶν εἰς κοίτην ἰὼν ἐξανί-
στατο αὐτίκα μάλα, ὥσπερ χαλεπῶς ἔχων τοῖς στρώμασι. Post
multam noctem cubitum ivit, pauloque post surrexit, quasi
cubili indignatus.* Haec de vigiliis, atque ieiuniis ibi Proco-
A 75 pius fuse atque luculenter, quod Iustiniano gratum id futurum
V 367 non dubitaret, cum id ipse saepius, et ambitiose repetat; no-
vell. 8. *Omnes nobis dies, ac noctes contingit cum omni vi-
gilantia et cogitatione degere*, etc. *Et non in vano vigilias
ducimus, sed in huiusmodi eas expendimus consilia, perno-
ctantes, et noctibus sub aequalitate dierum utentes.* Et no-
vella 30. *Neque quicquam detrectamus eorum, quae vel ad
extremam pertingunt difficultatem: vigiliis simul et inediis,
P 144 caeterisque laboribus iugiter pro subditis nostris ultra quam
naturae modus patitur, utentes.* Nescio quis illius aetatis poëta
ἀκοίμητον βασιλέα, imperatorem insomnem Iustinianum dixit,
ut est in epigrammate, quod supra ad p. 47 dedimus.

P. 87, 13. *Nulla rebus agendis erat opportunitas, nullum vestigium antiquitatis*] Ex his illud etiam est, quod statim subdit, *exinde iam turba frequens complevit tribunal postulatura quaestionem, sed apud quos iudices institueret, non habuit.* Haec in theatro magnis clamoribus Iustiniano plebs improperabat. Est apud Theophanem, quem supra laudavimus ad p. 56. *λόγον ἔχοντες, αὐτοκράτορ, ὀνομάζομεν ἄρτι πάντα. ποῦ ἐστιν; ἡμεῖς οὐκ οἴδαμεν, οὐδὲ τὸ παλάτιον, τρισαύγουστε, οὐδὲ πολιτείας κατάστασις. Quaestionem, imperator, habemus; ideoque omnia hic loquimur: quandoquidem, Auguste maxime, neque curiae, neque reipublicae dignitatem ullam superesse videmus.*

P. 87, 15. *Nihil quod imperatoriam deceret maiestatem vel habuit, vel curavit*] De hoc argumento complura hic enumerat Procopius; sed longe plura in reliqua historia, quam eidem Iustiniano legendam tradidit; ex multis unum recitasse sit satis ex l. 2 bell. Pers. *τοῦτον μέντοι τὸν Ἰσδιγούναν Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς μάλιστα πρέσβεων ἁπάντων, ὧν ἴσμεν, ξύν τε πολλῇ φιλοφροσύνῃ εἶδε, καὶ διὰ τιμῆς ἱκανῶς ἤγαγεν, ὥστε καὶ ἡνίκα δὴ αὐτὸν ἑστιῴη Βραδουκίωνα, ὅσπερ αὐτῷ ἑρμηνεὺς εἵπετο, ξὺν αὐτῷ ἐπὶ τῆς στιβάδος κατέκλινε, πρᾶγμα οὔποτε γεγονὸς πρότερον ἐκ τοῦ παντὸς χρόνου. ἑρμηνέα γὰρ οὐδὲ τῶν τινι καταδεεστέρων ἀρχόντων, μήτι γε δὴ βασιλεῖ ὁμοτράπεζον γεγονότα οὐδείς ποτε εἶδεν. ἀλλὰ καὶ μεγαλοπρεπέστερα, ἢ κατὰ πρεσβευτὴν τὸν ἄνδρα τοῦτον ἐδέξατό τε, καὶ ἀπεπέμψατο, καίπερ ἐπ' οὐδενὶ ἔργῳ τὴν πρεσβείαν (ὥσπερ μοι εἴρηται) πεποιημένον. Chosroae legatum Isdigunen ea humanitate*

et honore Iustinianus, quo nullum antehac legatum excepit; cum enim ille secum epulabatur, Braducionem eius assectatorem, ac interpretem, in mensa apud se decumbere voluit; quod nunquam ex omni anteacti temporis memoria usurpatum fuit. Nam interpretem, cum vel infimi ordinis magistratu, nedum cum imperatore, ad mensam considere, nemo est qui viderit. Quin et Isdigunen ipsum longe honorificentius, quam pro legati conditione, excepit, ac remisit; licet nullam, ut dixi, rem eius legatio contineret. Haec minus accurate, ut saepe alia, interpretatus est Raphaël Volaterranus. Caeterum Chosroës Braducionem interpretem, post reditum, egit in crucem, iure suspectam habens immodicam, et effusam in eum Iustiniani benevolentiam. Procop. l. 8 hist.

P. 87, 16. *Ad barbarorum morem se citius comparavit* A 76
sermone, habitu, ingenio] Fortasse sermonem, habitumque patrium indicat, hoc est, Illyricum; nam passim Procopius eam gentem barbaram vocat, et hic p. 94 Romanus sermo in rescriptis, et mandatis principis aliquandiu perduravit, in privatis vero collocutionibus apud orientis imperatores longe ante Iustinianum desueta res erat. In publicis conventibus Latine et Graece iidem orabant; ut Marcianus in concilio Chalcedonensi: Constantinus magnus in Nicena synodo post Romanam orationem, licet Graecam et linguam calleret, Graeco tamen est usus interprete, ut autor est Eusebius l. 3 de vit. Constant. c. 13. Qua itidem ratione rescripta, legesque nonnunquam utraque lingua proponebantur. Rei causam reddit Iustinianus novella 66. Graece quidem διὰ τὸ τῷ πλήθει κατάλληλον, Latine vero διὰ τὸ σχῆμα τῆς πολιτείας. In publicis inscriptionibus, praesertim ecclesiasticis, passim Iustinianus Graecam linguam admiserat. In nummis integrum servavit locum Romanis vocibus; ex quibus primi Mauritius, et Heraclius eas coeperunt expungere. Quod ait de corporis habitu, curiosam in primis rem brevitate occultavit potius, quam explicavit Procopius; nam ex antiquis Iustiniani nummis nonnisi imperialem
eius aetatis cultum observare est. En tibi Iustinum ipso pene P 145
Iustiniani ornatu ac supellectile vestitum apud Corippum l. 2.

Egreditur, tunicaque pius inducitur artus,
Aurea se veste tegens. ——————
Purpureo surae resonant fulgente cothurno,
Cruraque puniceis induxit regia vinclis,
Parthica campano dederant quae tergora fuco.
Augustis solis hoc cultu competit uti,
Sub quorum pedibus regum est cruor. ——
Nobilibus gemmis, et cocto lucidus auro
Balteus effulgens lumbos praecinxit heriles,
Substrictoque sinu vestis divina pependit

Poplite fusa tenus, pretioso candida limbo.
Caesareos humeros ardenti murice texit
Circumfusa chlamys, rutilo quae ornatu metallo
Principis exerta vincebat lumina dextra,
Aurea iuncturas morsu praestrinxit adunco
Fibula, et a summis gemmae nituere catenis,
Gemmae quas Getici felix victoria belli
Praebuit, atque favens dominis Ravenna revexit,
Quasque a Vandalica Belisarius attulit aula,
Signa triumphorum pie Iustiniane tuorum.

A 77 Verum in Iustiniani veste nescio quid peculiare fuisse indicare Procopius videtur, quod vel a barbaris mutuatus sit, vel excogitarit ipse Iustinianus. Certe Ἰουστινιάνειον, *Iustinianeum*, diadematis quoddam genus dictum fuisse Georgius Codinus est autor. Quod eius interpres *doctorale* fuisse *capitium* divinat, ut saepe in eo libello divinare solet. Cedo in veste imperatoria huiuscemodi capitii formam et usum. Iacobus Gretserus vir doctus invenisse se putat, profertque aeneum nomisma Iustiniani huic aureo nummo persimile, quem princeps utriusque linguae cardinalis Barberinus ex musaeo suo aureis, argenteisque nomismatis refertissimo mihi dedit; cristatamque illam, quam vides galeam [vid. fig. 6], Iustinianeam dictam Gretserus existimat. Verum ante Iustinianum Theodosius, Marcianus, Leo, Zeno, Anastasius, et Iustinus eandem πτερωτήν, *cristam*, in galea gestarunt, ut in eorum nomismatis apparet; atque illa est quam τροπαιουχίαν vocatam idem Codinus affirmat. Deinde illud Iustinianeum diadema non bellicum aut castrense fuit, sed civium, et quo in sacris, et in ecclesiis utebatur. Quare eius formam hanc fuisse non dubito, quam nemo ante Iustinianum usurpasse videtur, et in sacris et dum in ecclesiis munera Antistiti offerebat, eum gestasse haec ex musivo tabula Ravennae testatur. [Vid. fig. 7.
P 146 8.] Num *habitus corporis* indicat capillitium a fronte detonsum? Venetorum, quibus favebat Iustinianus, is erat habitus,
V 368
A 78 ut supra docuit Procopius. Quare Cedrenus, τὴν κεφαλὴν πρὸς κόμης κάλλος μικρὸν ἐψαλλισμένην, *capite ad comae pulchritudinem nonnihil detonso;* nam lego ἐψαλλισμένην, non ut habent impressi libri, ἐψιλωμένην: nemo enim est, qui Iustiniani calvitium in antiquis nummis viderit, ut ad p. 37 dixi.

P. 88, 1. *Quae sibi rescripto respondenda forent, haec non uti mos est, quaestori committebat*] Hinc liquet munus fuisse quaestoris edendarum legum formas componere, et pleraque in senatu ore tenus pronunciare. Cassiod. Var. l. 6 epist. *Quaesturam toto corde recipimus, quam nostrae linguae vocem esse censemus.* Spartian. in Adriano; *quaesturam gessit, in qua orationem imperatoris in senatu agrestius pronun-*

cians risus est. Hinc etiam liquet, complures novellarum Iustiniani, quas habemus, ab eo conscriptas esse. Certe illam, quam, instante Saba Palaestinorum legato, contra Samaritas tulit, cuius in 129 mentio est, cum Triboniano in aula nuncupata magnaura Iustinianus sub horam diei tertiam condebat, ut Cyrillus Scythopolitanus prodit. De numero et editione Iustiniani novellarum hoc iurisconsulti scholium in calce *τῆς ἑξήκοντα βίβλου τῶν βασιλικῶν* legi. *Χρὴ δὲ εἰδέναι ὅτι ἑκατὸν ἑξήκοντα ὀκτὼ νεαραὶ συνετέθησαν παρὰ τοῦ Ἰουστινιανοῦ. ἐξ αὐτῶν ἑκατὸν τεσσαράκοντα μία ἐτέθησαν εἰς τοὺς προσφόρους. τίτλους τῶν ἑξήκοντα βασιλικῶν βιβλίων. αἱ δὲ λοιπαὶ ἑπτὰ καὶ εἴκοσι παρεσιωπήθησαν, ἤγουν α. β. ς. ζ. θ. ια. μ. μς. ν. νδ. νε. νς. νη. ξη. οδ. οε. ος. οθ. πγ. πδ. ϛη. ρς. ρκζ. ρκθ. ρλζ. ρμ. μα.* Hunc numerum si cum editis novellis conferas, multo plures Iustinianum scripsisse invenies. Argumento sint eae, quas eruditi iurisconsulti nuper offenderunt, quasque nos partim *κατ' ἐπιτομὴν*, partim integras legimus in codice Vaticano manuscripto, ex quo rescriptum illud ad omnes episcopos de scenicarum nuptiis decerpsimus, quod supra cum Iustini constitutione collatum primi vulgavimus. Quod vero non omnino compta Iustiniani esset oratio, sed barbare sonaret, id aliquando deprehendere est in novellis, quamquam eruditae alioqui sint, nihilque magis te in illis offendat, quam verbosa sententia, et sane Asiaticum dicendi genus.

P. 88, 3. *Turba frequens complevit tribunal*] Nam Iustinianus sibi plerumque sumebat munus non solum quaestoris, ut dixit, sed etiam iudicum, atque pro tribunali sedebat, audiebatque litigantes, et sententias ferebat. Hoc ipse diserte narrat novella 88. *Litem nuper audientibus nobis (id quod publice in regia raro non facimus) orta est controversia*, etc. P 147
Vide etiam novella 91 initio, et 73.

P. 89, 2. *Ea, de quibus consulendum esset, imperator ac Theodora sibi sumerent*] Argumento sit octava constitutio, quae licet de re gravissima sit, non sententiam senatus, sed unius Theodorae rogasse se Iustinianus affirmat. *Haec omnia apud nos cogitantes, et hic quoque participem consilii sumentes eam, quae a deo data est nobis piissimam coniugem.* Lege A 79
quae supra notavimus ad p. 47.

P. 89, 11. *Referendariis vix erat locus opportunus supplicum libellos Caesari ministrandi*] Quale fuit referendariorum munus explicat. En tibi unum ex Iustiniani referendariis ob oculos ponimus suum munus exequentem in synodo quinta Constant. act. 1. *Theodorus circumspectus tribunus, notarius, et referendarius piissimi D. N. dixit. Praesentes venerabilissimi monachi supplicationes porrexerunt divinissimo, ac serenissimo, et victoriosissimo imperatori nostro, et ipsas sanciri*

imperium suum digne iudicavit, et me accipere ac portare ad vestram sanctitatem, docereque venerabiles monachos, ut cum vos edocti eritis, quae ab ipsis facta sunt, canonice formetis ea, quae vestrae beatitudini videntur bene habere. Has itaque cum ad manus habeam, vestrae beatitudini porrigo ad legendum. De refendariorum numero ac dignitate vide novellam 10.

P. 90, 2. *In regia curia conventis iudicibus*] Nam in porticibus imperatoriae domus erat praefectorum praetorium, quaestorum tribunal, iudicum subsellia, referendariorum sedes, tabellionum archiva. Vide Procopium l. 1 aedif. extremo, et Agathiam l. 3 initio. Quare palatii seu curiae nomine iudicia, tribunalia, causaeque forenses notantur. Sic in theatro plebs inclamabat Iustiniano, *τὸ παλάτιον ποῦ ἐστιν οὐκ οἴδαμεν. Palatium, seu curia, ubi sit nescimus.* Hoc est, nulla superest iudiciorum forma.

P. 90, 4. *Erat respublica quasi lascivientium puerorum regina*] Haec sententia, et consimiles huic aliae fortasse dictae ὑπερβολικῶς videantur, et oratorie potius, quam ad historiae, ac veritatis modum expressae. Sed aequi rerum aestimatores, uti graviora, quae in hoc libello legunt, aliorum historicorum testimoniis comprobata vident; ita et leviora illa viderent, quae ob sepultam tenebris antiquitatis historiam, invenire testimonium idem non potuerunt. At vero ut has ipsas sententias, quae veritatem excedere videntur, ab ea minime abhorrere lector intelligat; illud, velim, legat historiae fragmentum, quod ex Theophane ad p. 56 produximus; in eo sane velut in tabula adumbratam contempletur rempublicam Romanam, quasi lascivientium puerorum reginam fuisse Iustiniani temporibus.

P. 90, 6. *Leo quidam genere Cilix*] Hic erat imperatoris referendarius, ut habes infra p. 129.

P. 95, 16. *In maritima suburbana, praesertim in Heraeum secedebat*] Praecipua deliciarum loca sub urbe Byzantio
V 369 haec imperatoribus fuerunt; *Ἕβδομον, Septimum:* non septima Byzantii regio, ut opinatur Heribertus Rosveydus in not. ad vit. Pat. sed suburbanum septimo ab urbe lapide distans. Ita Socrates, et Sozomenus, Idatius in fastis, *Valens Augustus Constantinopoli in miliario septimo levatus est;* et infra. *His consulibus levatus est Arcadius Augustus Constantinopoli in miliario septimo.* Pleraque alia loca sunt, quae ex mensura certae ab urbibus distantiae nomen acceperunt. Id explicat
A 80 Procopius in consimili nomine l. 4 aedif. φρούριον δὲ ἄλλο διαφερόντως ἐχυρὸν ἀνέστησε Σιγγιδόνος ὀκτὼ σημείοις διέχον, ὅπερ Ὀκτάβον λόγῳ τῷ εἰκότι καλοῦσι. *Praesidium aliud apprime munitissimum excitavit, quod ab urbe Singidone octo ferme milliaribus distat; quare Octavum apposite vocatur.*

Ad rem modo. Βροιά, de quo Constantinus Porphyr. de adm. imper. c. 51. Πηγαὶ, *fontes*, quem locum primus exornavit Iustinianus; describit Procopius l. 1 aedif. Ἡρία, *sepulcra*, de quibus statim. Ob aëris salubritatem, Heraclius, ut ait Suidas, *πειθόμενος ἀποθανεῖν ἐν τοῖς εἰς τὰ Ἡρία παλατίοις διέ-* A 80
τριβε: instare sibi mortem audiens in Erianis palatiis se continuit. Saepe Chalcedonem Iustinianus et Theodora animi causa secesserunt, ut ex rescriptis, primis imperii annis indidem datis, colligere est. Longius vero ab urbe regia semel Theodora digressa est ad Thermas Pythias. Theophanes, *τούτῳ τῷ ἔτει Θεοδώρα ἡ εὐσεβεστάτη Αὐγοῦστα ἐξῆλθεν εἰς τὰ θερμὰ τῶν Πυθίων θερμῆσαι, καὶ συνεξῆλθεν αὐτῇ ὅ τε πατρίκιος Μηνᾶς ὁ ἔπαρχος, καὶ ὁ πατρίκιος Ἠλίας ὁ κόμης τῶν λαργιτιώνων, καὶ ἄλλοι πατρίκιοι, καὶ Κουβικουλάριοι, καὶ σατράπαι χιλιάδες τέσσαρες, καὶ πολλὰ ἐχαρίσατο ταῖς ἐκκλησίαις, καὶ πτωχείοις, καὶ μοναστηρίοις. Hoc anno, nempe Iustiniani sexto, Theodora piissima Augusta egressa est ad Thermas Pythiorum calefaciendi se causa; quam comitati sunt Menas patricius et praefectus praetorio, Elias patricius et comes largitionum, aliique patricii, Cubicularii, et satrapae; in comitatu vero fuerunt fere quatuor millia hominum, multaque dona largita est ecclesiis, ptochiis, et monasteriis*, scilicet recuperandae sanitatis ergo.

P. 95, 16. *Praesertim in Heraeum secedebat*] Procopius uti maluit prisco eius loci nomine Ἡραῖον, *Heraeum*, in quo Ἥρας, id est, *Iunonis* phanum olim fuerat. Nam alii, ut Suidas, et Cedrenus ἠρία, hoc est, *sepulcra*, quod, ut in πατρίοις CP. legimus, τὸ πάλαι ἐκεῖ ἐθάπτοντο οἱ πολῖται. *Olim ibi civium monumenta fo i ent.* Alii ἱερεῖον, et ἱέρεια. Quare Maximus Planudes, vel quisquis εἰς τὴν εἴσοδον τῆς Ἱερείας, *in ingressum Hieriae* titulum fecit epigrammati, quod Iustinianus inscripserat regiis aedibus in Heraeo a se constructis.

Εἰς τὴν εἴσοδον τῆς Ἱερείας.
Τοῦτον Ἰουστινιανὸς ἀγακλέα δείματο χῶρον
Ὕδατι καὶ γαίῃ κάλλος ἐπικρεμάσας.

Ioannes Brodaeus l. 4 Anthologiae ad hoc epigramma Ἱέρειαν dictam falso credidit aedem D. M. virg. a Iustiniano constitutam. Sanctus Nicephorus Constantinopolitanus in hist. ηὐλίζετο ἐν τῷ παλατίῳ τῷ καλουμένῳ τῆς Ἱερείας, *in palatio quod Hieriae dicitur mansit.* Sozomenus l. 7 c. 5 Demophilum Episcopum Arianum a Theodosio urbe expulsum ad Ἱέρειαν cum suis secessisse narrat. Hunc locum, in quo sine interpellatoribus Iustinianus ac Theodora se oblectarent, tot instruxerunt deliciis, ut poëtis etiam illius celebrandi causam dederint. Extant etiamnum Pauli Silentiarii, et Agathiae Scholastici nobilium eius aetatis poëtarum epigrammata 4. Anthol.

A 81 lib. quamquam Philologos, de quo potissimum suburbano in iis mentio sit, adhuc ignorare sciam: sed videant unam illorum esse sententiam, et inscripti foribus distichi, de quo modo dicebam. His multam lucem affert locus Procopii libri primi aedif. extremi.

PAULI SILENTIARII.

Πόντος ὑποκλύζει χθονὸς ἕδραν, ἄπλωτα δὲ χέρσου
Νῶτα θαλασσαίοις ἄλσεσι τηλεθάει.
Ὡς σοφὸς ὅστις ἔμιξε βυθὸν χθονὶ, φυκία κήποις,
Νηϊάδων προχοαῖς χεύματα Νηρεΐδων.

EIUSDEM.

Ἐνθάδ' ἐριδμαίνουσι τίνος πλέον ἔπλετο χῶρος
Νύμφαι νηϊάδες, Νηρίδες, Ἀδρυάδες.
Ταῖς δὲ θεμιστεύει μεσάτη χάρις. οὐδὲ δικάζειν
Οἶδεν, ἐπεὶ ξυνὴν τέρψιν ὁ χῶρος ἔχει.

AGATHIAE SCHOLASTICI.

Εἶξον ἐμοὶ Δάφνης ἱερὸν κλέτας ἔκτοθι πόντου
Κείμενον, ἀγραύλου κάλλος ἐρημοσύνας.
P 149 *Ἐνθάδε γὰρ νύμφαι δενδρίτιδες, αἵ τ' ἐνὶ πόντῳ*
Νηρεΐδες ξυνὴν θέντο συνηλυσίην.
Ἀμφ' ἐμὲ γὰρ μάρναντο, δίκασσε δὲ Κυανοχαίτης,
Καί με παρ' ἀμφοτέρας μέσσον ἔθηκεν ὅρον.

P. 96, 2. *Irrumpentis Ceti periculis*] *Porphyrionem*, Cete illud appellarunt Constantinopolitani; quod ex intervallo, annos ferme quinquaginta, ad utrumque Bospori sinum, magnas nautis, atque civibus clades intulit. Vide quae fuse de illo narrat Procopius l. 3 bell. Gotth.

P. 96, 14. *Verae tunc locus narrationi non fuit*] Nimirum adhuc Theodora supererat, cum historiam de bello Gotthico Procopius lucubrabat, ut in praefatione lectorem monuimus.

P. 97, 2. *Theodatum rationibus mihi quidem obscuris in Amalasunthae caedem impellit*] De hac caede audire pene mihi videor submussitantem cum Theodora Theodatum, in ep. 20 l. 10 Var. Cassiod. *De illa persona, de qua ad nos aliquid verbo titillante pervenit; hoc ordinatum esse cognoscite, quod vestris credidimus animis convenire. Desiderium enim nostrum tale est, ut interveniente gratia non minus in regno nostro, quam in vestro iubeatis imperio.* De quo tamen nihil statuo.

P. 97, 3. *Exinde Petrus ad magistri dignitatem evehitur*] Ad quem extant duae Iustiniani novellae 123. 137 hoc

titulo. *Petro gloriosissimo magistro divinorum officiorum.* A 82
P 163 P. 130, 15. *Exercitus optionibus*] Erant et optiones domestici, quorum meminit Procopius l. 1 bell. Vand. *Ὃς ἐπεμελεῖτο τῆς περὶ τὴν οἰκίαν δαπάνης, ὀπτίωνα τοῦτον καλοῦσι Ῥωμαῖοι: qui familiarium expensarum curam gerebat, hunc Romani optionem vocant.* Exercitus optionum dignitatem Nicolaus Pepagomenus in panegyrico sancti Isidori declarat, et ab optionibus fisci distinguit; sic enim ibi legendum *φίσκον*, non *φύσιν*. De optionibus exercitus vide novellam 130.

V 376 P. 130, 16. *Annonam hanc rem appellant*] Mendose in Graeco habes *συνωνή*, ut ad p. 98 monuimus. Nos quam recte *ἀννῶναν* legamus, videre est ex novella 130 ubi Iustinianus de hac ipsa re agit.

P. 131, 5. *Impositio quaedam est veluti improvisa pestis*] Graece est *ἐπιβολή*. Quid illa sit, quis eius autor, quaeve eius instituendae occasio, Simeonis Metaphrastae locus declarat, quem nondum iurisconsulti viderunt. *Λιμὸς ὁμοῦ καὶ λοιμὸς, τὰ δύο ταῦτα κακὰ, καὶ ἀναιρεῖν ὁμοίως δυνάμενα τισὶ τῶν κειμένων ὑπὸ τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ χωρίων ἐνσκήψαντα, πολλοὺς μὲν οἴκους ἀνθρώπων ἐκένωσε, κώμας δὲ ὅλας καὶ συνοικίας, καὶ ἀγροὺς ἐρήμους τῶν οἰκούντων εἰργάσατο. Σκεψάμενοι τοίνυν οἱ τῶν κοινῶν ἐπιμεληταὶ, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ βασιλεὺς αὐτὸς, ὅπως μὴ τὸ κοινὸν τοὺς δι' ἔτους ἐκείνων φόρους ζημιωθῇ, ψηφίζονται τοὺς πλησιοχώρους καὶ αὐτὰ τὰ ἐκτριβέντων τέλη καὶ οἰχομένων*

εἰσπράττεσθαι, καὶ τοῦτο κατὰ πάσης ἐκράτει τῆς ὑπηκόου, καὶ πᾶς ὁ ἐκ γειτόνων οἰκῶν καὶ τοὺς τῶν πλησίον παρέχειν ἠναγκάζετο φόρους, εἴτε ὑπὸ τοῦ λοιμοῦ καὶ τῆς ἐνδείας ἐκτριβέντες ἦσαν, εἴτε τῶν οἰκιῶν ἀνάστατοι διὰ τὴν ἀνάγκην γεγενημένοι. *Pestis et fames; duo haec mala aeque perniciosa grassabantur in quasdam partes imperio Romano subiectas; unde multae domus sine hominibus erant, necnon pagi, integraeque familiae, ac villae habitatoribus vacabant. Quamobrem reipublicae curatores, necnon imperator ipse praecaventes ne publicum aerarium annuis istorum vectigalibus privaretur, decreverunt a vicinis exigere tributa illorum, qui deperissent. Idque in universo imperio obtinebat, et quisque vicinus cuiusque propinqui pendere tributa cogebatur, sive illi ob pestem, atque indigentiam deleti fuissent, seu a propriis sedibus excessissent ob necessitatem.* Hoc iniquum tributum, Sabae viri sanctissimi rogatu tollere volentem Anastasium repressit Marinus praefectus praetorio, ut scribit Cyrillus Scythopolitanus. Is affirmat ecclesiis idem tributum impositum fuisse. Rem non editam placet hic in gratiam iurisconsultorum describere. Οἱ κατὰ καιρὸν Πρακτευταί, καὶ Βίνδικες τῶν κατὰ Παλαιστίνην δημοσίων, ἑκατὸν χρυσίου λίτρας ἐξ ἀπόρων προσώπων καὶ δυσπράκτων ἀνυσθῆναι μὴ δυναμένας εἰσπραττόμενοι ἠναγκάσθη- A 101
σαν ἐπιῤῥίψαι τὴν τούτων εἴσπραξιν τοῖς κατὰ Ἱεροσόλυμα συντελεσταῖς κατὰ ἀναλογίαν τῆς ἑκάστου δυνάμεως. Τῶν τοίνυν ἑκατὸν χρυσίου λιτρῶν καθ' ὃν εἴρηται τρόπον διανεμηθεισῶν περισσοπρακτία, ἀπεγράφησαν ἥ τε ἁγία Ἀνάστασις καὶ οἱ λοιποὶ σεβάσμιοι τόποι καὶ οἰκήτορες. πλὴν ὅτι μέρος μὲν αὐτῆς συνεχωρήθη ὑπὸ τοῦ εὐσεβῶς βασιλεύσαντος Ἰουστίνου ἀναφορᾶς γινομένης ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἡμῶν Σάβα καὶ τῶν λοιπῶν τῆς ἐρήμου ἡγουμένων. τοῦ δὲ λοιποῦ αὐτῆς τελεία συγχώρησις γέγονεν ἐπὶ τῆς παρούσης βασιλείας Ἰουστινιανοῦ διὰ τῆς τοῦ παπᾶ Εὐσεβίου μεσιτείας. *Qui pro tempore in Palaestina publicorum tributorum tractatores, et Vindices fuerunt, cum auri centum librae exigendae sibi relinquerentur a personis egenis quae solvendo non essent, coacti sunt eam imponere exactionem tributariis Hierosolymitanis pro cuiusque facultate. Ergo illo centum auri librarum residuo, eo quo diximus modo, singulis imposito, ecclesia etiam sanctae resurrectionis, et reliqui venerabiles loci, eorumque habitatores descripti sunt. Caeterum tempore pii imperatoris Iustini supplicantibus patre nostro Saba, et reliquis eremi hegumenis pars eius tributi remissa fuit. Tandem reliquae partis absoluta remissio rogatu Eusebi presbyteri ab hodierno imperatore Iustiniano condonata est.* Condonata est ecclesiasticis Hierosolymae duntaxat, de his enim Cyrillus loquitur. Nam alioqui longe secus se res habet; extant enim formae praefecti prae-

torio sub Iustiniano περὶ ἐπιβολῆς: eius vero exactionem provinciarum praefectis inculcat idem Iustinianus. Lege novellam 17 et 128. Corrige Suidam, qui ante Iustiniani tempora nullum ἐπιβολῆς usum fuisse, ex hoc Procopii loco videtur colligere in voce ἐπιβολή.

P 164 P. 132, 6. *Militem pulchrioribus*, etc.] Haec vel militum erat effrenata licentia, vel indulgentia principis, contra quam ab eo cautum lege erat novella 130.

P. 132, 15. *Censitores (hos logothetas vocavit)*] *Λογοθέτην ἑλληνίζοντες τὴν τιμὴν ταύτην καλοῦσι Ῥωμαῖοι. Eum qui publicarum rationum curam gerit, logothetam Graeco vocabulo Romani vocant.* Procop. l. 3 bell. Gotth. In edicto 12 legimus *λογοθέσιον πολιτικῶν πόρων.* Quod Theophanes vocat *γενικὸν λογοθέσιον.* S. Nicephorus *δημοσίων λογιστὴν, publicarum rationum ministrum*, quem vulgo nominari dicit *λογοθέτην.*

P. 132, 16. *Duodecima quaque parte ipsis constituta*] Ut eo avidius inhiarent lucro militemque expilarent. Et optionibus, qui annonam militibus erogabant, *πέντε καὶ δεκάτην μοῖραν, quintam decimam partem*, ut est in nov. 130 constituerat Iustinianus.

P. 133, 11. *Exercitus numero exiguus esset*] Ioannes Antiochenus in collectaneis; *Ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ τοῦ βασιλέως σὺν Οὔννοις ἑπτακισχιλίοις διαβὰς τὸν Ἴστρον Ζαβεργὰν ἐγγὺς τῆς βασιλίδος ἔφθασε ληϊλατῶν τὰ μεταξὺ, ἅτε μὴ στρατιᾶς που φρουρούσης, ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν πρὸ αὐτοῦ βασιλέων ἑξακοσίας καὶ τεσσαράκοντα πέντε χιλιάδας μαχίμων ἀνδρῶν ὁ τῶν Ῥω-*

A 102 *μαίων ἐκορυφοῦτο στρατός. Ἰουστινιανὸς δὲ μόλις εἰς ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα περιέστησεν. ὥστε μηδὲ δύνασθαι ἐξαρκεῖν ἔν τε Λαζικῇ καὶ Ἀρμενίᾳ καὶ Λιβύῃ, καὶ Γότθοις, καὶ Ἰταλίᾳ. Sub Iustiniano imperatore Zaberganes cum septem millibus Hunnorum traiecto Danubio usque ad regiam urbem pervenit, interiecta omnia devastans, quippe cum militum praesidio destituta essent. Siquidem tempore priorum Caesarum Romanus exercitus reducebatur ad summam sex millium, et quadraginta quinque bellatorum. Iustinianus vero vix ad centum et quinquaginta reduxit; ita ut satis non essent ad praesidia Colchidis, Armeniae, Africae, Gotthorum, et Italiae.* Idem testatur Agathias l. 5 idque factum ait *τῇ τῶν κρατούντων ὀλιγωρίᾳ, imperatoris negligentia.*

P. 133, 15. *Damnis milites afficerentur*] Totum hunc locum de militibus, eorumque damnis, et de corruptela militaris disciplinae illustrabit alter Agathiae locus libro quinto extremo; quae omnia mala Iustiniani *ῥαθυμίᾳ*, *desidiae*, eiusdemque, et ministrorum avaritiae ille adscribit.

P. 133, 16. *Graecumque nomen ut probrum aliis obiectaretur, quasi nullum Graecia ferret strenuum militem*]

De qua Graecia dicit? Num de tota illa orbis parte, quae Graece loquitur, an de ea, in qua, ut Aristoteles 1 meteor. cap. ult. ait, *ᾤκουν οἱ Σελλοὶ, καὶ οἱ καλούμενοι τότε μὲν Γραικοὶ, νῦν δὲ Ἕλληνες, habitabant Selli, et qui olim Graeci, nunc vero Hellenes vocantur?* Horum fines ponit Constantinus Porphyr. l. 1 them. 17 hinc Sestum, Abydum, et Propontidem; inde vero Cyzicum et Granicum fluvium. Graecorum et Graeciae nomine raro, vel nunquam veteres autores Graeci, frequenter Romani usi sunt; seculis posterioribus etiam illi vocem usurparunt, et universae quae Graece loqueretur genti accommodarunt, ut est apud Iulianum Apostatam, Athenaeum, Theodorum Studitam in epistolis, et alios. Sic accipiendum hic arbitror. Et hoc sensu primum Iustiniani tempore Romanum imperium Graecorum dici imperium coepit a Romanis, quod eius gentis dominationem et fastum stomacharentur. Anast. biblioth.

P. 134, 12. *Alexander, qui eo censitor missus est*] Hic Alexander est Psallidius, sive Forficula, de quo infra Procopius, et fuse ac libere de eius moribus l. 3 bell. Gotth. initio, ab accisa moneta et forfice detonsa vulgo Forficula vocatus.

P. 135, 6. *Limitaneos*] Zosimus l. 2 a Constantino magno limitaneorum numerum diminutum fuisse narrat. Lege quae paulo ante notavimus ad p. 105.

P. 135, 7. *Quadriennalia et quinquennalia stipendia illis a quaestoribus differrentur*] Ob id milites Berrhaeae praesidiarii ad Chosroëm defecerunt. Lib. 2 bell. Pers. Dagistaeus P 165
de eadem re queritur per epistolas ibidem circa finem libri.

P. 135, 13. *Quos vocant scholarios*] Quasi σχολάζοντας, bellico ab opere *vacantes*, et veluti feriatos milites. Nam, ut ait Agathias l. 5. *οὗτοι στρατιῶται μὲν ὀνομάζονται, καὶ ἐγγεγράφαται τοῖς τῶν καταλόγων βιβλίοις, εἰσὶ δὲ οἱ πολλοὶ ἀστι-* A 103
κοί τε καὶ φαιδροείμονες, καὶ μόνον οἶμαι ὄγκου τοῦ βασιλείου ἕνεκα, καὶ τῆς ἐν ταῖς προόδοις μεγαλαυχίας ἐξευρημένοι. Hi milites quidem nominantur, et in albo conscripti sunt, verum quamplurimi eorum urbem colunt, et vestium ornatu gaudent, atque ut reor ad pompam duntaxat principis, eiusque in processibus maiestatem adinventi fuerunt. Horum in palatio uti munia diversa, sic nomina; *praetoriani milites, custodes palatii, excubitores, corporis custodes*, de quibus supra ad p. 28 lin. 17. Horum alii erant qui stipendia merebantur, alii codicillares: quare mirum non est ad tria millia et quingentos fuisse, atque iis supernumerarios a Iustiniano additos esse, cum honoris ergo eum gradum atque nomen ambirent quamplurimi. Horum denique ordines modo appellantur *officia*, atque ab horum praefectura dicitur *magister officiorum*; quem Graeci *μάγιστρον τῶν ἐν παλατίῳ τάξεων*: modo *scholae*, σχο-

λαὶ, atque inde σχολάριοι. Procopius l. 8. οἱ περὶ τῆς τοῦ παλατίου φυλακῆς λόχοι, οὕσπερ σχολὰς ὀνομάζουσι. *Militum manipuli qui ad palatii custodiam destinati sunt; hos scholas vocant.* Hoc est, milites, ut dixi, feriatos. Quare ex ingenio alii interpretantur: *domus regis* SCHOLA *dicitur, id est, disciplina: quia non tantum* SCHOLASTICI, *id est, disciplinati et bene correcti sunt, sicut alii: sed potius ipsa schola, quae interpretatur disciplina, id est, correctio, dicitur: quae alios habitu, incessu, verbo, et actu, atque totius vanitatis continentia corrigat.* Episcopi in epistola ad Ludovicum.

V 377 P. 135, 16. *Inerti et imbelli cuique nomen id sibi adsciscere licuit*] Scilicet tempore Zenonis; adstipulatur Agathias l. 5 et rem exacte narrat. Nam a Zenone γνώριμοι, et συνήθεις, *noti* ac *familiares* ea militia donati sunt. Deinde alii οὐ πρὸς ἀξίαν, ἀλλὰ πρὸς χάριν, *non pro dignitate eligi coeperunt, sed ad gratiam.* Denique a Iustiniano εἰς ἐμπορείαν μετέστη τὸ χρῆμα, *ad negotiationem redacta res est.* ὡς μηκέτι ἄλλως ἐν τοῖσδε τοῖς στρατεύμασι καταλέγεσθαι τοὺς βουλομένους πρὶν ἂν χρυσίου τὶ μέτρον καταθεῖεν: *ita ut nullus in iis numeris inscriberetur, nisi qui prius certam auri summam solvisset.*

P. 136, 9. *Certa stipendia Caesari condonarunt*] Saepissime in reliquis suae historiae libris hoc Procopius repetit. Nec mirum, quando et militi in stationibus et in castris degenti eadem stipendia Iustinianus negavit. Lege l. 1 et 2 bell. Pers. et l. 8 historiae.

P. 136, 14. *Sunt in imperatoria domo dignioris ordinis milites*] Nominat hic *domesticos*, et *protectores*, infra p. 117. *Silentiarios:* iique omnium dignissimi fuerunt, quippe qui ab intimo imperatoris cubiculo essent, ob idque *cubicularii* etiam appellati. Porro cubiculum anterius ex quo statim in ipsum imperatoris ibatur cubiculum, ob silentium quod principis reverentia servabatur, vocatum fuit *silentium*, et Graeci corrupto vocabulo σιλεντιαρίκιον: et intimi illi cubicularii, *silentiarii*, quamobrem ἐπιστάτας τῆς ἀμφὶ τὸν βασιλέα σιγῆς, *praepositos silentii quod imperatoribus impenditur*, hos Agathias nuncupavit. Cyrillus Scythopolitanus, εἰς τὸ λεγόμενον σιλεντιαρίκιον φθάσαντας οἱ ἐπὶ τῶν θυρῶν σιλεντιάριοι ἔνδον εἰσεδέξαντο. *Qui cum ad silentium pervenissent, a silentiariis ostio praepositis introducti sunt.* Hic locus dicebatur *ad secundum velum*; nam *primum velum* erat in primis ipsis, et exterioribus cubiculis, quod *consistorium* vocabatur a consistente mul-
A 104 titudine, et principis audientiam praestolante. Haec ibidem Cyrillus declarat. Silentiariorum dignitas et honor praecipuus fuit, ut eorum tituli ostendunt. Magnus Silentiarius, θαυμασιώτατος, in actis concilii Chalcedonensis, et in antiquissimo

volumine ex corticibus arborum ita legi; *ego Romulus V. C.
silentiarius his instrumentis testis subscripsi.* Cum Zonaras
ergo χαμαίζηλον ἀξίωμα dixit, ad praefectos urbis et praetorii,
patriciosque et senatores, et huiusmodi superiores gradus re-
spexit; inter quos tamen numerare silentiarios Dorotheus non
dubitavit doct. 23. τὴν σύγκλητον, τοὺς πατρικίους, στρατηλά-
τας, ὑπάρχους, σιλεντιαρίους, εἰσὶ γὰρ αὗται πολύτιμοι στρατιαί.
*Senatum, patricios, praefectos, silentiarios, quae omnes sunt
honestissimae militiae.*

P. 137, 4. *Sed plura de his ad hoc unum caput revo-
cemus*] Quae Procopius praetermittit lege apud Agathiam l. 5
extremo; licet et ille quae praeterit, duobus verbis complecta- P 166
tur. περιεώρα Ἰουστινιανὸς τὰς τάξεις διαφθειρομένας, ὡς δὴ
τὸ λοιπὸν ἥκιστά γε αὐτῶν προσδεησόμενος. *Militarium ordi-
num exitium et corruptelam perinde Iustinianus negligebat, ac
si nunquam in posterum illi futuri sibi essent, necessarii.*

P. 137, 10. *Duo iam et triginta excurrunt anni*] Iterum
ac tertio idem in hac historia repetit. Imperium autem Iusti-
niani perduravit novem et triginta totos annos, ita ut extremo
eius anno Narses pontem Salarium tertio ab urbe lapide refe-
cerit. Sic enim ibi legimus. IMPERANTE. D. N. PIISSIMO. AC.
TRIUMFALI. SEMPER. IUSTINIANO. PP. AUG. ANN. XXXVIIII. Hos
annos Iustinianum integros exegisse testatur illorum temporum
scriptor Ioannes Epiphaniensis scholasticus, quem Evagrius l. 5
extremo civem suum atque cognatum nominat. Ἰουστινιανὸς
βασιλεὺς ἐννέα καὶ τριάκοντα τοῖς πᾶσιν ἔτεσι Ῥωμαίων ἄρξας
ἐτελεύτα τὸν βίον. *Iustinianus imperator novem et triginta
integros annos cum Romanum imperium tenuerit, vita functus
est.* Unde Zonaram, chronicon Alexandrinum, aliosque corri-
gas. Verum cum Idibus Novembris diem Iustinianus obierit,
ad trigesimum nonum annum septem praeterea menses, ac dies
tredecim addamus oportet. Nam anni imperii Iustiniani nu-
merandi sunt a calendis Aprilis consulatus Mabortii, quando
Caesar et imperii collega a Iustino renunciatus est; quod
non solum Marcellinus comes, et Evagrius tradunt, sed etiam
Cyrillus Scythopolitanus Iustiniani aequalis, qui anno secundo
post consulatum Lampadii et Orestis sextum Iustiniani com-
putat. Ipse Iustinianus novella 47 imperii sui annum unde-
cimum in secundum P. C. Belisarii annum incidere affirmat;
publicasque eius anni tabulas ita notari iubet. *Imperii Iusti-
niani divinissimi Augusti, et imperatoris anno undecimo P.
C. FL. Belisarii V. INL. anno secundo.* Ergo ad quadra-
gesimum annum imperii Iustiniani defuerunt menses quatuor,
dies decem et septem.

P. 137, 14. *Suo quique in ordine perpetuo succedunt*]
De Asterio scriba praetoriano Synesius epist. 61. τῆς συμμορίας A 105

τῶν ταχυγράφων Ἀστέριος εἷς οὐκ ἔσχατος, ἀλλ' ἐν αὐτοῖς τρίτος ἢ τέταρτος, νῦν δὲ κἂν πρῶτος εἴη. *Ex ordine scribarum Asterius, in quo non postremus est, sed tertius ferme vel quartus, nunc fortasse primus.* Nam ex quo tempore illinc Synesius discesserat, coniicit Asterium gradum aliquem in suo ordine fecisse.

P. 139, 7. *Ad utrumque fretum publicanorum ordines instituti*] Theophanes de Irene imperatrice, τῆς Ἀβύδου καὶ τοῦ ἱεροῦ τὰ λεγόμενα κουμέρκια ἐκούφισε. *Abydi et templi vectigalium, quae commercia vocantur, modum statuit.* Templi Blacherniani scilicet, quod est ad ostia Euxini maris, ut supra dixi ad p. 15.

P. 139, 13. *Addaeum gente Syrum*] Aliis est Audius. Evagr. l. 5 c. 3. *Non longo tempore post, Aetherium, et Addaeum utrumque ex ordine senatorio, qui principem locum apud Iustinianum diu tenuerant, in iudicium ob piaculum quoddam adducit Iustinus. Quorum alter, Aetherium dico, confessus est se animo instituisse, imperatorem veneno conficere, habuisseque Addaeum illius conatus socium, et in omnibus adiutorem. Verum Addaeus gravi cum iureiurando affirmat, se istius rei prorsus ignarum esse. At uterque tamen securi percussus est: atque Addaeus, cum iam caput abscinderetur, dixit ingenue, se licet falso de iis rebus esset accusatus, iusta tamen, debitaque a deo facinoris cuiusque contemplatore et vindice sibi inflicta supplicia. Theodotum namque aulae praefectum se praestigiis quibusdam e medico sustulisse. Caeterum ista itane se habeant, an secus, non possum equidem pro certo affirmare: attamen uterque scelestus fuit: quippe Addaeus insano puerorum amore exarsit: Aetherius autem nullum calumniae genus praeteriens, tum vivos, tum mortuos nomine aulae imperatoriae, cui regnante Iustiniano praefuit, fortunis spoliavit.*

P. 141, 16. *Unciam serici sex aureis dabat*] Ante Iustinianum carius. Nam sub Aureliano, ut Vopiscus ait, *libra auri, libra serici fuit*, et in lege Rhodia est, ὁλοσηρικὰ ὅμοια
P 167 τῷ χρυσίῳ, *sericum et aurum tantundem valent.* Ex his locis corruptissimum hunc Procopii locum emendavimus. Nam quod in Graeco est τὴν οἰκίαν, restituimus τὴν οὐγκίαν, *unicam:* cum enim imperante Iustiniano sericum per totum Romanum orbem distractum fuerit, minus quam tempore Aureliani pendebatur; scilicet aureis octo et viginti minus. Nam si tunc libra auri, libra serici fuit, ut affirmat Vopiscus, centum circiter aureis libra serici erat. Ex quibus si octo et viginti aureos detrahas, duobus et septuaginta aureis libra sub Iustiniano vendebatur. Quam summam colliges, si cum Procopio sex au-

reis constitisse dicamus unciam serici: quare ex coniectura et historia *οὐγκίαν* reposuimus.

P. 142, 1. *Quem holoverum vocant*] Ergo holoverum tinctura serici et color est, non sericum, ut ad hanc diem multi existimarunt, inanibusque rationibus id astruere conati sunt.

P. 142, 13. *Causidicorum ordinem statuit evertendum*]
In pragmatica Iustiniani sanctione a Petro Pitheo edita c. 12
medicis, causidicis, grammaticis, annonae restituuntur; ergo A 106
ablatae fuerant. Zonaras, *de consilio praefecti stipendia liberalium artium magistris olim constituta in omnibus urbibus sustulit.* Anonymus in chronico, *ὁ βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς πέμψας εἰς Ἀθήνας ἐκέλευσε μηδένα τολμᾶν διδάσκειν φιλοσοφίαν καὶ ἀστρονομίαν. Iustinianus imperator nuntios Athenas misit, qui prohiberent philosophiam et astronomiam doceri.*

P. 144, 6. *Duo Romanis consules creabantur, Romae quidem alter, alter Byzantii*] Saepe quidem unus sine collega consul vel in oriente, vel in occidente fuit. Sed quid causae est, quod antiquorum epistolae et pleraque alia monumenta extant unico tantum consulis nomine consignata iis etiam an-
nis, quibus duos fasti consules habent? Ex hoc Procopii loco V 378
peti posse causa videtur. Quia scilicet aliquo opus erat spatio temporis, quo consulum creatorum nuncii ultro citroque perferrentur; interim provinciales consulem solum notabant, cuius primum notitiam habuissent. Synesius epist. 132. *χθὲς καὶ πρώην ἐπὶ τῶν ἔναγχος ὑπάτων, ὧν ἅτερός ἐστιν Ἀρισταίνετος, τὸν γὰρ συνάρχοντα ἀγνοῶ. Nudiustertius, novis consulibus, quorum alter est Aristaenetus, collegam enim ignoro.* Ad hunc locum vir eruditissimus Dionysius Petavius; *συνάρχων Aristaeneti Honorius imperator fuit anno* 404. Bene est, sic habent fasti; subdit. *Nec mirum ignorari ab Synesio; etenim consularis honos principali fastigio, velut sidus solis lumine condebatur.* Sed ludi, venationes, munera statim initio consulatus ab Honorio de more data, publicae tabulae eius nomine consignatae consulem nonne prodebant? Dicamus ex Procopio quod est. Synesius orientis consulem commode statimque habere potuit, consulem occidentis nec commode nec statim. In tabulis vero publicis, consulis, cuius nomen ignorabatur, sic mentio fiebat. *Φλαβίου Πρωτογένους καὶ τοῦ δηλωθησομένου ὑπάτου. FL. Protegene, et declarando conss.* Act. 7 concilii Constantinop. sub Flaviano. Chalcedonensis concilii actiones notatae sunt, *Marciano, et qui fuerit nunciatus conss.* in calce diplomatis Theodosii sic legimus, *FL. Antiochi et alterius declarandi consulatu.*

P. 144, 13. *Non est omnino comitia videre consularia*] Ut donativis, strenisque parceretur, quod hic narrat Procopius, et Iustinus apud Corippum confirmat.

Non solum optati iubeo spectacula circi,
Praemia sed populis, et maxima dona parabo.

P. 145, 8. *Nam de commissis ab eo in sacerdotes, infra locus erit*] Ubi tandem? tertio hic iam idem pollicetur; neque ullum in hac historia huiusce rei vestigium invenias. Nempe de Iustiniani ac Theodorae saevitia in sacerdotes dicere ani-
P 168 mus erat. Theodora iussit Sylverium occidi, Vigilium fune per urbem trahi. Iustinianus quamplurimos Episcopos Africanos custodiis inclusit; viros sanctissimos Eutychium Constanti-
A 107 nopolitanum, et Anastasium Antiochenum ecclesiis expulit. Lege Vict. Tunn. in chron. Liberatus Diac. in breviar. c. 24. *Caetera vero*, inquit, *quae subsequenter in episcopos et catholicam ecclesiam a Iustiniano facta sunt, quomodo consentientes episcopi in trium damnationem capitulorum muneribus ditabantur, vel non consentientes depositi in exilium missi sunt, vel aliqui fugà latitantes in angustiis felicem exitum susceperunt, quoniam nota sunt omnibus, puto nunc a me silenda.* Vide quae notavi ad p. 48 et 53.

P. 146, 8. *Effracto aquarum ductu*] Fortasse intelligit de Adrianaeo aquae ductu, quem initio sui imperii Iustinianus restauraverat. Anonymus in chronic. *Ἰουστινιανὸς ἀνενέωσε τὸν τοῦ Ἀδριανείου ὕδατος ἀγωγὸν, ὃν πρὸ τοῦ τὸ Βύζάντιον βασιλεῦσαι Ἀδριανὸς βασιλεὺς ἐποίησε τοῖς Βυζαντίοις χαριζόμενος. Iustinianus restauravit Adrianaeum aquaeductum, quem, antequam Byzantium imperii sedes esset, Adrianus imperator fecerat in gratiam Byzantiorum.* Lege chron. Alexandr. Ad hunc aquarum ductum restaurandum triginta talenta Mauricium imperatorem Byzantiis donavisse scribit Theophylactus Simocatta l. 8 c. 13.

P. 146, 5. *Frequens multitudo aquatum veniens, sese ad fontes opprimeret*] Theophanes anno Iustiniani trigesimo sexto, *μηνὶ Νοεμβρίῳ ἀβροχία πολλὴ ἐγένετο καὶ λεῖψις ὑδάτων, ὥστε γενέσθαι μάχας πολλὰς ἐν τοῖς ὑδρείοις. Mense Novembre nullae pluviae fuerunt, et ob id aquarum penuria, ita ut ad fontes multae pugnae extiterint.* Et eodem anno, mense Augusto, *γέγονε λεῖψις ὑδάτων, ὥστε σφαλισθῆναι τὰ δημόσια λουτρὰ καὶ ἐγένετο φονοκοπία εἰς τὰ ὕδατα. Talis fuit aquae penuria, ut publicae clauderentur balneae, et ad fontes caedes patrarentur.*

P. 146, 8. *Regia non caperet, in qua priores Caesares diutius perque libenter versati fuissent*] Ante Iustinianum in diversis urbis Byzantii regionibus quinque regiae numerantur, quas autor descriptionis vocat *palatia*; praeterea *domus divinae Augustarum* sex, *nobilissimae* tres. Celebres inter has erant domus *Placidiae* et *Marinae* in regione prima. Domus *Pulcheriae* in regione tertia, et undecima. Domus *Arcadiae*

in regione nona et decima; in qua et *Eudociae* domus fuit. Has domos apud historicos δεσποινικὰς, et δεσποτικὰς, *dominicas* appellatas reperies: in quarum aliis imperatores sedes habuerunt; aliae recondendis Caesarum divitiis erant destinatae; harum praefecti *curatores* dicti, et ex primaria electi nobilitate. Imperante Iustiniano domus Placidiae curator Zimarchus fuit, Iustini senioris commilito, domus Marinae Georgius Theodorae Augustae consanguineus. Marinae domui Belisarii bona, post eius obitum, addicta fuerunt, ut Theophanes ait; τοῖς βασιλικοῖς θησαυροῖς, Zonaras; eam ob causam quam modo dixi. Ad has omnes regias suas Iustinianus adiecit munificentissime constructas in suburbano *Heraeo* in *Iucundiano*, quod deinde *Iustinianeum* vocatum est, hodie *Galata* et *Pera*. Procop. l. 1 aedif. extremo.

P. 149, 5. *Alexandrinos id perpetuo contra usurpasse atque liceret, reique publicae interesset*] Impudentissime mentitus est Hephaestus; Iustinianum vero ab eo decipi turpe fuit. Nam ea Diocletiani largitas in egenos erat omnibus nota. Et A 108
cum alii, tum Dioscorus Alexandrinus paucis ante annis in concilio Chalcedonensi eiusdem factus est criminis reus, in quod Iustinianus incurrit. Nam ille in suam rem convertebat, ut in dato libello narrat Ischyrion, τὸν παρεχόμενον παρὰ τῶν βασιλέων σῖτον πρὸς τὸ τοὺς παρεπιδημοῦντας, ἔτι δὲ καὶ ἐντοπίους πένητας παραμυθεῖσθαι, *frumentum ab imperatoribus concessum cum ad convenarum, tum ad provincialium pauperum solatium.* Conc. Chalced. act. 3.

P. 150, 1. *Dederat Paulum Alexandrinis Antistitem*] P 169
Cyrillus Scythopolitanus in vita S. Sabae. Miror Evagrium synchronum in serie episcoporum Alexandriae hunc praetermisisse. Licet Iustinianus Paulum Alexandrinae praeficiendum ecclesiae curaverit, vide tamen in eo initiando canonum ecclesiasticorum observantiam. *Paulus quidam* (ait Liberatus in breviar. c. 23) *unus abbatum Tabennensium monachorum, ad Alexandrinam sedem ordinatur episcopus Pelagio interveniente Apocrisario Romano, plane orthodoxus suscipiens Chalcedonensem synodum. Ordinatus est a Mena Constantinopoli praesente eodem Pelagio responsario Vigilii, et Apocrisariis Ephraemii Antiocheni, et Petri Hierosolymorum.*

P. 150, 4. *Cuius opera facile Alexandrinorum primatum studia ad Chalcedonensis concilii firmitatem crederet excitanda*] *Atque ob id Paulus accepit ab imperatore potestatem super ordinationem ducum, et tribunorum, ut removeret haereticos, et pro eis orthodoxos ordinaret, per illos enim populi invalescebant.* Liberat. in brev. c. 23.

P. 150, 6. *Arsenius quidam*] Cyrillus Scythopolitanus, Ἀρσένιός τις Ἰλλουστρίου ἀξίωμα ἔχων πολλὴν οὐκ οἶδα ὅθεν

πάροδον ἔχων παρὰ τῷ βασιλεῖ καὶ Θεοδώρᾳ τῇ βασιλίσσῃ παραδι-
δάξας τὴν αὐτῶν εὐσέβειαν εἰς ὀργὴν κατὰ τῶν ἐν Παλαιστίνῃ
Χριστιανῶν ὀρθοδόξων πιστῶν κεκίνηκε. *Arsenius quidam digni-
tate illustris facilem nescio qua ex causa aditum habuit apud
imperatorem et Theodoram Augustam, quod falsis narrationibus
contra Christianos, qui in Palaestina degunt, concitavit.* Sub-
dit Procopius, sentiebat ille cum Samaritis, verum ne tantae
potentiae iacturam faceret, Christianorum sibi consulto nomen
adsciverat. Nempe, ut idem Cyrillus narrat, cum sanctus Sa-
bas Constantinopolim pervenisset Christianorum Palaestinae cau-
sam acturus, a quo sibi etiam atque etiam timebat, ob paren-
tis et fratris in Christianos Palaestinae saevitiam, quodque ambo
crudelissimum ea de causa supplicium dedissent; Scythopoli
enim a Christianis incendio interierunt, quod idem Sabas multo
ante praedixerat. Σιλβανὸς ὡς ἐπὶ εἰρήνης ἐν Σκυθοπόλει εἰσ-
ελθὼν χωρὶς κελεύσεως βασιλικῆς ἁρπαγεὶς ὑπὸ τῶν Χριστια-
νῶν εἰς τὸ μέσον ἐκαύθη τῆς πόλεως. Silvanus Arsenii pater
fuit, ut Cyrillus ibidem.

P. 150, 14. *Nullo principes affecerunt incommodo, nisi
quod regia prohibuere*] Addit Cyrillus, Ἀρσένιος ἀφανὴς ἐπὶ
χρόνον γέγονε τοῦ βασιλέως Ἰουστινιανοῦ ἀναιρεθῆναι αὐτὸν
κελεύσαντος. *Arsenius se ad tempus occuluit, quod eum in-
terfici iusserit imperator.* Id fortasse per speciem; quare per
A 109 simulationem et ipse Christianorum mysteriis tum est initiatus.

P. 151, 3. *Theodoram offendit, quae contrariis Caesaris
studiis, ut infra dicam, ea in re niti visa est*] Id est, in
causa Chalcedonensis concilii; nam Iustinianus σύνοδίτης, *con-
ciliaris* erat: contra, Theodora damnabat eam synodum, am-
plectebatur Severum, Acephalos, Monophysitas, Theopaschitas,
et alios eius temporis Haereticos. Vide Evagr. l. 4. Victor
Tunn. ad consulatum Basilii, et ad consulat. Decii. *Theodo-
rae Augustae factio unum de Trinitate passum asserens non
V 879 secundum quid, sed absolute, suscipiendum cunctis generali
lege imponit, et a clericis atque monachis subscriptiones vio-
lenter exegit.* Sanctus Sabas, ut Cyrillus refert, orare noluit
pro sobole, quam sibi Theodora concedi a deo petebat, ἵνα
μὴ οἱ υἱοὶ αὐτῆς τῶν Σευήρου θηλάσωσι δογμάτων, καὶ χεῖρον
Ἀναστασίου ταράξωσι τὴν ἐκκλησίαν. *Ne, inquiens, eius quo-
que filii Severi dogmata gustarent, et quam Anastasius peri-
culosius ecclesiam perturbarent.* Quare bis anathemate perculsa
est, semel ab Agapeto, ut idem Victor affirmat ad consulatum
Iustini; iterum a Vigilio. Sanctus Gregorius l. 9 epist. 36.
*recordandae memoriae Vigilius papa in urbe regia constitu-
tus contra Theodoram tunc Augustam, et Acephalos damna-
tionis promulgavit sententiam.* Quod hic de concilio Chalce-
donensi, et de contrariis factionibus dicturum se pollicetur

Procopius, omnino desideramus; idem octavo libro superioris P 170 historiae innuebat, ut ad p. 53 notavi.

P. 151, 5. *Psoëm diaconum Rhodoni praefecto necandum tradit*] Bene cum tota hac historia de Psoë conveniunt quae Liberatus eodem loco narrat. *Cogitante Paulo Episcopo removere Eliam magistrum militum, Psoius diaconus quidam et Econumus ecclesiae, amicus Eliae per portitores litterarum velocissimos pedestres, quos Aegypti Symmacos vocant, omnia molimina Pauli Eliae scribebat. Contigit autem Paulum invenire litteras eius Aegyptiace scriptas et legere, et timens quod de Proterio contigerat, sollicitus de eo factus est, et coepit Psoium compellere, facere rationes ecclesiae. Quem tradidit iudici, et imperatori de eo retulit. Eo tempore apud Alexandriam Rhodo erat Augustalis. Qui eum accipiens custodiendum usque ad imperatoris praeceptum, consilio cuiusdam prioris civitatis nomine Arsenii acceptis muneribus, inscio, ut fertur, episcopo, clam nocte totis viribus eum magno cruciatu occidit. Cuius filii et affines imperatorem interpellantes, suggesserunt ei qua vi eorum parens mortis debitum persolvisset. Quod audiens imperator vocavit Liberium, et fecit Augustalem, misitque eum Alexandriam inquirere causam. Ad quam urbem Liberius cum venisset, Rhodonem ad se venire iussit, et ab eo requirebat quomodo occidisset diaconum. Ille vero respondit, iussione episcopi fuisse factum: habere se imperatoris delegationem aiebat, ut quidquid iuberet episcopus, modis omnibus impleret. Sed negante Paulo Episcopo, et se nescire clamitante, prior ille civitatis Arsenius homicidii illius autor inventus, morte mulctatus est. Porro Paulo Episcopo Gazam in exilium misso Rhodo cum gestis de eo actis directus est Constantinopolim. Cuius gesta cum intra palatium principi legerentur, iussit eum ab scurrone duci, et foras regiam* A 110 *civitatem occidi.*

P. 151, 11. *Antistites viros probatos, Alexandriam de causa cognituros mittit*] Causa quidem Alexandriae, ut ait Procopius, cognita est; sed Gazae, ubi Paulus exulavit, depositus est, ut idem Liberatus narrat, et Cyrillus Scythopolitanus.

P. 153, 13. *Iustiniano libuit Christianorum sanctiones pervertere*] Etsi passim in novellis vindicem atque custodem canonum ipse se appellat. Utrum gravius fuit ecclesiasticas sanctiones pervertere, an praescribere? Hoc tam licenter fecit Iustinianus, ut quidquid insigne in ecclesiasticis canonibus est, sua voluerit autoritate stabilitum, declaratum, ac poenis vindicatum. Inde factum est, ut ecclesiarum orientis episcopi eas sibi regularum collectiones concinnare coeperint, quas *νομοκανόνια*, sive *νομοκάνονας* vocant. Quorum primus autor fuit Ioannes Scholasticus, qui Eutychio CP. in exilium pulso suf-

fectus a Iustiniano est. Extat in Vaticana bibliotheca Ioannis illius *νομοκάνων* in quinquaginta titulos distributus. Sed ea Iustiniani immoderata licentia quemadmodum in occidentis ecclesias minime pervasit, ita in oriente patriarcharum vel oscitantia, vel adulatione invaluisse videtur.

P. 153, 15. *Alienae manus mentiendae peritus*] Horum infinitam suo tempore fuisse multitudinem, Iustinianus ipse confirmat ea lege quam contra eosdem tulit. Novell. 73.

P. 155, 1. *Ille accepta pecunia mox legem scribit*, etc.] Centenariae praescriptionis ecclesiis a Iustiniano concessae, occasionem hic vides. Praeterea non tantum ecclesiae Romanae, ut ex novella 9 quidam colligunt praescriptionem centum annorum amplificatam fuisse; sed hanc legem in universo Romano imperio perinde valuisse.

P. 155, 9. *Quibus ex tanta temporum distantia, atque nocte rerum olim gestarum, nulla defensio suppeteret*] Adeo incommodum atque absurdum hoc visum est, ut vel hac de causa centenariam praescriptionem Iustinianus revocare coactus
P 171 sit, atque omnino tollere, ut habes in edicto quinto, cui falsus est titulus *de litigiosis* praefixus. *Ἐπειδὴ δὲ*, inquit, *διὰ τοσούτου διαστήματος τοῦ αἰῶνος μᾶλλον ἤπερ τοῦ χρόνου, οὔτε ἡ ἀκεραιότης τῶν ἀποδείξεων, οὔτε ἡ πίστις τῶν πεπραγμένων, οὐδὲ ἡ ἡλικία ἰσχύει βοηθῆσαι τοῖς μάρτυσι.* Mirum est a Procopio de revocatione huius centenariae praescriptionis nihil dici. Fortasse id Iustinianus curavit post annum imperii secundum atque trigesimum, quando haec Procopius scribebat.

P. 156, 2. *Si quando enim Paschatis celebritatem*] Non Hebraeis modo, sed ipsis etiam Christianis vertentem Paschatis diem invertere Iustiniano placuit. Nam anno eius imperii undevigesimo, ut narrat Theophanes, a quo Ioannes Siculus accepit, *ἐγένετο διαστροφὴ περὶ τοῦ ἁγίου πάσχα, καὶ ἐποίησαν οἱ δῆμοι τὴν ἀποκρεώσιμον μηνὶ Φεβρουαρίῳ τετάρτῃ. ὁ δὲ βασιλεὺς προσέταξεν ἑτέραν ἑβδομάδα πραθῆναι κρέα, καὶ πάντες οἱ κρεωπῶλαι ἔσφαξαν καὶ προέθηκαν, καὶ οὐδεὶς ἠγό-*
A 111 *ραζεν, οὔτε ἤσθιε. τὸ δὲ πάσχα γέγονεν ὡς ὁ βασιλεὺς ἐκέλευσε, καὶ εὑρέθη ὁ λαὸς νηστεύων ἑβδομάδα περιττήν. Facta est eversio*, ut vertit Anastasius, *de sancto Pascha, et a carnibus coepit vulgus abstinere mense Februario, die quarta. Imperator autem praecepit alia hebdomade carnem apponi, et omnium carnium venditores occidere et apposuere, et nemo emebat, aut edebat. Porro Pascha factum est, ut imperator iussit, et inventus est populus ieiunans hebdomada superflua.* Ex hoc loco corrige Nicephorum Callisti l. 17 c. 32 qui idem perperam narrat.

P. 156, 9. *Liberio, de quo paulo ante memoratum*] Erat

patricius Romanus a Theodahato Gotthorum rege ad Iustinianum ablegatus. Diversis magistratibus in oriente functus est. Tandem contra Gotthos senex licet et bellorum inexpertus in Italiam mittitur.

P. 157, 12. *Eudaemon frequenti numero propinquorum relicto paulo post intestatus decessit*] Cuius ob id omnia bona Iustinianus rapuit nulla habita propinquorum ratione; idem narrat de Euphrata Eunucho; de Triboniano et ex Agathia, de aliis diximus supra ad p. 55. Iustinus iunior tantam non tulit Iustiniani impietatem, ut Corippus scribit; verum

——————— *aliena pecunia, dixit,*
Reddenda est, vivus patri qui substitit haeres,
Thesauros fidis privatos ferre ministris
Imperat. ———————

P. 157, 13. *Euphratas*] De quo mentio est l. 8 historiae non longe a principio.

P. 158, 2. *Irenaei*] Vide Evagr. lib. 4 cap. 4 et chron. Alexandr. ad consulatum Iustiniani 3 et ad consulatum Lampadii et Orestis, et Procop. l. 1 bell. Pers.

P. 158, 10. *Quartam haeredes haberent*] Lege novell. 38. Anonymus in chron. *Δοκῶν εὐνομεῖν Ἰουστινιανὸς ὁ βασιλεὺς πράγματι ἐπεχείρει παρανομωτάτῳ, τῶν γὰρ τελευτώντων τὰς περιουσίας οὐκ εἴα κληρονομεῖν τοὺς ἐκ γένους, ἀλλὰ τῷ δημοσίῳ προσαφώριζε. Iustinianus imperator specie pietatis rem iniquissimam aggressus est; nam haereditates defunctorum cognatos adire minime permisit, sed fisco eas addixit.* Sic Belisarii bona Augustae domui marinae, ut supra diximus, addicta sunt a Iustiniano.

P. 159, 12. *Malthanes*] In inscriptione novellae 142 est *Μαρθάνῃ*, in epistola Iustiniani, et actis synodi Mopsuestenae, *Marthanii.* Unde colligitur, Malthanem anno imperii Iustiniani vigesimo quarto in Cilicia fuisse; nam Mopsuestia oppidum est secundae Ciliciae, ubi concilium adversus Theodorum celebratum est, cui Malthanes iussu Caesaris interfuit.

P. 161, 6. *Priores Romani principes*] De Augusti cura hac super re lege Suetonium. Pius, ut Capitolinus ait, *vehicularium cursum summa diligentia sublevavit.* Severus, ut V 380
scribit Spartianus, *vehicularium munus a privatis ad fiscum traduxit.* Imperatores ipsi Caesar, Nero, et alii per dispositos equos vel vehiculis ac rhedis prope incredibili celeritate itinera A 112
longissima emensi sunt. Vide Val. Max. l. 5 c. 5. Plin. l. 7 c. 5. Plutarch. in Caes.

P. 161, 7. *Ut quam celerrime ex nunciis cognoscerent*] Suetonius in Augusto eandem sententiam sic extulit. *Et quo celerius, ac sub manum annunciari cognoscique possit, quid in provincia quaque gereretur, iuvenes primo modicis inter-*

vallis per milliarias vias, dehinc vehicula disposuit commodius, etc.

P. 161, 12. *Octona ferme stabula*] Graecam vocem σταθμὸν cum de Veredariis sermo est, a bonis autoribus *stationem* vel *mansionem* dici non ignoro; sed *stabulum* tam trito usu prisci dixerunt, ut de Romanis vocabulis quae ad Graecos transierunt, hoc etiam sit. Autor vitae sancti Hypatii, qui Arcadii imperatoris tempore floruit, πλησίον τῆς μονῆς στάβλος ὑπῆρχεν ἐν ᾧ εἰσιν οἱ ἵπποι τοῦ δρόμου. *Prope monasterium stabulum erat in quod equi publici cursus divertunt.* Procop. l. 5 aedif. καταλυτήριον τῶν βερεδαρίων. *Diversorium veredariorum.* Byzantio in Asiam iter facientibus statim occurrebant stabula in Rufiniano, Chalcedone, Dacibizae, Nicaeae, Helenopoli, Sasimis. Qui vici et urbes σταθμοὶ a scriptoribus hac de re vocantur. De quo nomine, deque aliis publici cursus incommodis suam Sasimorum ecclesiam ita describit Gregorius Nazianzenus.

Σταθμός τίς ἐστιν ἐν μέσῃ λεωφόρῳ
Τῆς Καππαδοκῶν, ὃς σχίζεται εἰς τρισσὴν ὁδὸν, etc.
Κόνις τὰ πάντα καὶ κόνις σὺν ἅρμασι,
Θρῆνοι, στεναγμοὶ, πράκτορες, στρέβλαι, πέδαι,
Λαὸς δ' ὅσοι ξένοι τε καὶ πλανώμενοι,
Αὕτη Σασίμων τῶν ἐμῶν ἐκκλησία.
In regiae medio viae est vicus situs
Qui scindit in tres se vias, etc.
Hic cuncta strepitus, pulvis hic cum curribus,
Lamenta, fletus, carnifex, et compedes,
Tormenta. Cives hospites hic et vagi.
Erat haec meorum Sasimorum ecclesia.

Σταθμὸν, *vicum* Bilius transtulit, *mansionem*, vel *stationem* verius dixisset; sic enim efferendam puto commodius eam vocem, cum de urbibus vel oppidis ubi stabula veredariorum erant, autores loquuntur.

P. 161, 15. *Equis quam exercitatissimis aliis aliunde succedentibus feruntur*] Synesius epist. 132. οὐδεὶς βασιλέως ἀγγελιαφόρος δημοσίαν ἵππον ἀμείβων ἔξεισι τῆς πόλεως, ᾧ μὴ τὰ πρὸς τὴν σὴν λογιότητα μέρος γίνεται τοῦ κατόπιν φορτίου. *Nullus imperatoris veredarius equum publicum mutans urbe proficiscitur, cui non humeralis sarcinae pars aliqua sit quod ad eruditionem tuam mittitur.* Non solum equis cursum conficiebant, sed curribus, ut Nazianzeni locus ostendit, et rhedis, unde veredi.

P. 164, 3. Πορφυρίωνα] Scribendum πορφυρεῶνα, ut eius pagi episcopi in actis synodicis subscribunt. Est nomen περιεκτικόν. Ibi fortasse Tyrii purpuras piscabantur. In epistola

Simeonis Stylitae ad Iustinianum iuniorem θηλυκῶς nomen affertur, τῆς αὐτῆς πορφυρεῶνος.

P. 164, 8. *Porphyrionem maritimum pagum*] Talis fuit A 115
ut Episcopum haberet. Iustiniani tempore Theodorus eam rexit ecclesiam, qui in epistola Epiphanii tum Tyriorum Antistitis subscriptus habetur. Huic deinde successit sub eodem Iustiniano Christophorus, qui concilio Constantinopoli a Menna celebrato interfuit, ut ex hac eius manu liquet, *Χριστοφόρος Πορφυρεῶνος Φοινίκης παραλίας.*

P. 164, 12. *Cum in conspectum Iustiniani, Theodoraeque venirent tum alii*, etc. *utrumque principis pedem osculo* P 173
prosequebantur] Alios inferioris ordinis id observasse credibile est, quando patriciorum hic usus erat, ut hic habes, et p. 68 et 69. Corippus lib. primo,

——————— *et poplite flexo*
Plurima divinis supplex dabat oscula plantis.

De Persarum legatis idem narrat Menander Protector lib. primo. Ab ecclesiasticis idem servatum ostendere videntur episcoporum et monachorum litterae ad Iustinianum, *ὁ ἀρχιεπίσκοπος τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης Ἀγαπητὸς ὁ ἀξιωθεὶς τῶν εὐσεβῶν ὑμῶν ἰχνῶν. Archiepiscopus veteris Romae Agapetus qui ad piorum vestrorum vestigia pedum admissus est.* Et monachi, *ἐδεήθημεν τῶν εὐσεβῶν ὑμῶν ἰχνῶν, piis vestris vestigiis supplicavimus.* Et alibi, *ἅμα πᾶσιν ἡμῖν τοῖς πρεσβυτέροις εἰς τὰ ἴχνη τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως δραμεῖν, simul cum nobis presbyteris ad vestigia piissimi imperatoris nostri accurrere.* Ab ecclesiasticis hoc genus obsequii minime requisivisse Iustinianum palam est; imo a patriarcha in ingressu discessuque benedici consuevisse Innocentius Maronianus eius temporis scriptor testatur in epist. ad Thematem. *Piissimus atque amator dei imperator noster accersito sanctissimo patriarcha Epiphanio praecepit nos ingredi cum ipso, et postquam locutus est ei quae deus illi inspiravit, ipsum quidem dimisit, secundum morem oratione facta pro eius pietate.* Si hoc est, qui credere Graecis possumus Agapetum Romanum Iustinia vestigia veneratum fuisse, cum ad eum patris prae se ferens autoritatem accesserit? nam in epistola ad Petrum Hierosolymitanum, *cum itaque pervenissemus*, inquit, *ad comitatum serenissimi imperatoris filii nostri*, etc. Sic imperatores Romanos appellavere Romani pontifices; quod dicere neque Epiphanius patriarcha, neque alius Graecorum severissimus censor, et ecclesiasticae dignitatis vindex unquam posset. Illa vero loquendi consuetudo est, et Graeca quaedam adulatio. Orientis episcopi suis imperatoribus ita semper blanditi sunt. Photius Tyrius Marciano Augusto, *δέομαι οὖν προκαλινδούμενος τῶν ὑμετέρων ἰχνῶν. Oro igitur ad vestrorum pedum vestigia provolutus.*

Eustathium Episcopum Beryti non puduit imperatoris etiam ministros illa dicendi forma venerari *τῶν ποδῶν ὑμῶν*, *per vestra vestigia*, qui nonnisi usu Graecanico excusari potest, dummodo usus ipse dignus excusatione sit. Qui etiam ante Iustiniani tempora sic invaluit, ut Sabas vir sanctus consueta
A 116 suae genti locutione Anastasio imperatori Haeretico dixerit: *ἦλθον εἰς τὸ προσκυνῆσαι τὰ ἴχνη τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας. Vestrae pietatis vestigia adoraturus veni.* Agatho pontifex Romanus in summo catholicae fidei discrimine hoc usus est orientalium more per epistolam, ut eo vehementius Constantini Augusti animum ad religionis defensionem permoveret. *Tanquam praesentialiter prostratus*, inquit, *et vestris vestigiis provolutus*, *quaeso.* Et ad Constantinum et Irenem eodem pietatis affectu scripsit Adriánus I.

P. 166, 3. *Romanorum opes: pars direptas a barbaris; pars a Caesare in diversis latebris retrusas affirmare*] Quidquid alii opinarentur, grave aes alienum Iustinianus reliquit, quod Iustinus successor dissolvit, ut Corippus affirmat lib. 2.

Plurima sunt vivo nimium neglecta parenti,
Unde tot exhaustus contraxit debita fiscus,
Reddere quae miseris moti pietate paramus.

et paulo post;

——— *Innumerae mox advenere catervae,*
Fortia centenis onerataque brachia libris
Deposuere humeris. Turmae glomerantur in unum,
Et totus fuso circus resplenduit auro.
Tunc posita ratione palam, populoque vidente
Debita persolvit genitoris, cauta recepit.

P. 166, 5. *Ex rebus humanis excesserit*] De Iustiniani morte nihil Procopius, nam post hunc librum ab eo absolutum, totum septennium Iustinianus superfuit. Antiqui scriptores silent; ex recentioribus Sabellicus Enneade 8 lib. 4. et
P 174 Octavius a Rosberg mente captum obiisse affirmant. Id quidem de Iustino Iustiniani nepote etiam veteres narrant; et illius aetatis historici, Menander Protector l. 2 et Theophylactus Simocatta l. 3 c. 11. Num sicut inscitia Iustini senioris, ita iunioris dementia ob nominis similitudinem (ut supra saepe notavimus) Iustiniano adscripta est? Verum quae de Iustiniani stoliditate ad p. 36 l. 12 notavimus, huc facere videntur. Nam legisse me memini apud Suidam antiqui et boni autoris haec verba. *Ὁ δὲ Ἰουστινιανὸς εἴτε ὑπὸ γήρως τὰ καίρια μὴ φρονῶν, εἴτε ἄλλως ἔμελλε τὴν ὀρθογνώμονα περὶ Χριστοῦ δόξαν διακινήσειν, εἰ μὴ ἐξ ἀνθρώπων ᾤχετο. Iustinianus vero vel propter senectutem, vel alia de causa minime sana mente paratus erat ad orthodoxam de Christo sententiam perturban-*

dam, nisi ex humanis excessisset. Nescio an ex Evagrio id confirmari possit l. 4 extremo, *ἀοράτως τρωθεὶς τὸν βίον κατέστρεψε, ex occulto perculsus hanc vitam finivit;* et l. 5 c. 1. *οὕτω μὲν δὴ Ἰουστινιανὸς ἅπαξάπαντα ταράχου καὶ θορύβων πληρώσας, καὶ τὰ ἐπίχειρα τούτων πρὸς τῷ τέρματι τοῦ βίου κομισάμενος εἰς τὰ κατωτάτω μετεχώρησε δικαιωτήρια. Iustinianus igitur, cum omnia omnino turba ac tumultu complevisset, mercedemque his rebus debitam in extremo vitae suae tempore reportasset, ad supplicia iusto dei iudicio apud inferos luenda profectus est.* Mortis quidem genus obscurum; obscurius vero est quod post mortem Iustiniano praemium sit persolutum. An quod hic Evagrius memorat flagitiosae eius vitae sane meritum? an quae flagitiosis etiam, sed poenitentibus, non negatur *ἡ ἀκήρατος λῆξις*, immortalis vitae conditio, ut idem Theophylactus l. 8 c. 9 affirmat? Tantum iudicium in diem supremum remittamus.

INDEX HISTORICUS

IN LIBROS VIII. DE BELLIS.

A secretis dicitur scriba arcanorum I, 182, 19.

Abagarus vel Abgarus. Vide Augarus.

Abandanes Chosrois scriba I, 243, 3. legatus ad Belisarium I, 244, 15. reditum suadet Chosroi I, 245, 9.

Abasgia II, 499, 17. Abasgi ubi siti I, 288, 20. II, 471, 14. vicini Caucaso Hunnisque contermini II, 502. 5. et Bruchis II, 573, 4. veteres Christianorum et Romanorum amici I, 288, 20. Christi fidem amplectuntur sub Iustiniano II, 472, 11. qui apud illos deiparae templum aedificat II, 472, 21. mittit ipsis episcopum II, 475, 10. eos castrari vetat II, 472, 16. cum multi eunuchi fierent vi regum tyrannica II, 472, 2. ad Persas deficiunt II, 498, 5. 21. ipsos domant Romani II, 499, 14. Persae tentant II, 548, 21.

Abigas Numidiae fluvius I, 494, 2. eius derivationes I, 494, 12. vide Amigas.

Abigis, protector, II, 176, 16.

Abocharabus Phylarchus Saracenorum I, 100, 1, 11.

Aborrhas fl. Circesium alluens, in Euphratem influit I, 171, 6. ad eum sita Theodosiopolis I, 236, 8.

Abramus, e servo rex Homeritarum, Christianus I, 105, 7. vincit Aethiopes I, 105, 19. eorum regi tributum pendit I, 105, 19. vanam expeditionem in Persas suscipit I, 107, 7.

Absarus urbs, olim Absyrtus II, 465, 10. quantum distet ab urbe Petra II, 476, 3.

Absyrtus urbs, sic dicta ex nece Absyrti, cuius tumulus ibi extat II, 465, 11.

Abydus I, 168, 10. 363, 22. 366, 21. quantum ipsam inter et Sestum spatium I, 310, 8.

Acacius archiep. Constantinop. Basiliscum tyrannum templo eiicit I, 343, 6.

Acacius Adolii pater I, 243, 12. homo nefarius, sublato Amazaspe, fit proconsul Armeniae I, 159, 7. interficitur I, 159, 15. 524, 19.

Acampsis fl. II, 464, 14.

Acarnania II, 116, 15.

Achaia terrae motibus concussa II, 594, 20.

Acherontis sive Acherontiae castellum Totilas capit II, 376, 20. Ioannes obsidet II, 386, 19. Morrhas Gotthus praesidio tenet II, 597, 4. eo se recipit Ragnaris II, 634, 19.

Achilles Vandalorum dictus Homer I, 349, 19.

Aciei Romanae egregia dispositio I, 61, 16. Persicae I, 70, 6. Romanae et Persicae ad Euphratem I, 93, 19. Rom. et Vandalicae I, 420, 6. Cabaonis Mauri I. 348, 20. Maurorum I, 453, 6. Romanae I, 453, 19. Rom. et rebellium I, 486, 19. Romanae et Gotthicae II, 618, 1. Vide Praelium.

Acilisene in Armenia maiori I, 83, 6.

84, 19. illic fanum Dianae Tauricae I, 84, 10. hac de re controversia II, 480, 3.
Acinaces a Procopio dicuntur ξιφίδια II, 178, 19.
Aclas suburbium Carthaginis I, 440, 7.
Adagia I, 124, 15. 125, 19. II, 32, 9. 177, 16. 227, 12. 556, 6.
Adaülfus, Visigotthorum rex, migrat in Galliam I, 318, 18
Adergudunbades, primus Cabadi in regnum redeunti obsequium defert, fitque Chanaranges I, 33, 1. 12. Cabadem alumnum invito Chosroë rege servat I, 115, 12. proditus a filio I, 116, 15. misere perit I, 118, 4.
Adolius Acacii filius I, 160, 3. natione Armenus et Silentiarius I, 243, 11. in Persarmeniam irrumpit I, 261, 20. ictu lapidis occumbit I, 267, 10.
Adonachus praesidii Chalcidensis praefectus I. 205, 2.
Adoptio legitima, ius in bona adoptantis dat adoptato I, 53, 5. adoptio per arma, barbarorum propria I, 54, 2.
Adrastadaransalanes, novae apud Persas dignitatis nomen I, 54, 13 solus eam obtinuit Seoses I, 33, 13. 56, 15.
Adriani moles describitur II, 106, 20. oppugnatur frustra a Gotthis II, 108, 1. eo se recipit Paulus II, 434, 19. munit eam Totilas II, 630, 6. capit Narses II, 632, 3.
Adrianopolis Thraciae urbs, quanto dissita spatio Constantinopoli II, 455, 16.
Adriaticum mare I, 369, 7. 401, 6. II, 452, 4. 486, 10. dividitur a Tyrrheno insulis Gaulo et Melita I, 372, 14. sinum Ionium efficit II, 79, 3.
Adrumetum, urbs I, 382, 19. astu capitur a Mauris I, 510, 5. 15. astu recipitur a sacerdote Nosocomii praefecto I, 511, 5. in fide manet I, 523, 14.
Adulitarum in Aethiopia portus I, 101, 10. urbs Adulis I, 105, 8. quantum ab urbe Auxomide et mari distet I, 101, 10.
Advocati, legati ad principes I, 259, 21. II, 21, 9.
Aeetes Colchorum rex II, 468, 13. Cytaiae natus II, 535, 20.
Aegisthus, infantis nomen a capra nutriti mirabili studio II, 215, 3.
Aegypti montes I, 99, 4. fluvius Nilus II, 62. 6. nautae I, 360, 7. inundatio insolita II, 398, 10. pestilentia I, 250, 8.
Aemilia ubi sita II, 80, 20. provincia Gotthis carissima II, 220, 13. 272, 1. in ditionem redit imperatoris II, 224, 13. res ibi gestae II, 320, 16. urbs eius princeps Placentia II, 238, 10.
